


VI-721-hagel



100001533314

F.A.061

V.6

1912

ANTONII
AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
OPERA OMNIA.

ЛІНОГІА
ІМІТГІДІА
АРХІЕПІСКАПРЯКОМУІІ
ОРЕАМОНІА

R. 71852

ANTONII
AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
OPERA OMNIA

Quæ multa adibita diligentia colligi potuerunt.

Volumen Sextum

QUO

PARS SECUNDA ET PARS TERTIA
EPITOMES JURIS PONTIFICII VETERIS
TUM
REPERTORIUM DECISIONUM ROTÆ

Continentur.



L U C Æ MDCCLXXI.

TYPIS JOSEPHI ROCCHII
CENSORIBUS APPROBANTIBUS.



521895

ЛИТОГРАФИЯ
АУГУСТИН
АРХИЕПИКОПИ ТАРАКАНОВСКИЙ
ОПЕРА ОМИА

Она выпущена в diligента коллегией богословов

Volume Sextum

600

PARS SECUNDA ET PARS TERTIA
ETATOMES IURIS PONTIFICII AD ERIUS
MUT

APPENDICUM DECISIONUM XOTAE

Cognitioenium.



L U C E M D C C L X X I

TYPOGRAPHIA BOGDANOVICII
CENSORIBVS APPROPRIATA



JOSEPHI ROCCHII TYPOGRAPHI

P R A E F A T I O.

Dicitum a nobis fuit in superioris Voluminis Præfatione, quod quidem Volumen Juris Pontificii Veteris priorem tantum partem complectitur, his sanè libris fructum omnem laborum, quos & magnos, & graves in Pontificii juris studium ANTONIUS AUGUSTINUS insumperat, non ostendi modò, sed planè contineri. Nunc autem de Volumine hoc Sexto, quod alteram tertiamque comprehendit partem, sermonem instituentes eam vel sententiam, vel opinionem nostram etiam atque etiam confirmare debemus. Nam si tractatio illa prior, quæ personas tantum respiceret sacerdotales, multum certe eruditionis; multum historiæ, adeoque multum utilitatis continebat, propterea quod dignitatis atque autoritatis pontificalis veros fontes adaperiret: hæc quidem omnia in reliquis hisce duabus partibus ubiorem sane locum, majoremque vim obtinere noscuntur.

Habetur enim in altera parte quidquid ad res sacras pertinere potest: Atque (ne illud attingam quanti referat rerum ipsarum veram qualitatem, ac naturam penitus distinguere) quam præclarum est earum omnium rerum originem, connexionem, ordinem contemplari; quæ de eis omni tempore sapientum opinio fuerit, decreta, quæ de illis facta sint, invenire & agnoscere!

Tertia verò pars ad judicia omnino spectat, eorumque exercendorum rationem, poenasque in sceleratos homines constitutas persequitur, quæ quanti facienda sint nemo non videt.

Exstat etiam in hoc Volumine REPERTORIUM DECISIONUM ROTÆ, quod a multis ANTONIO AUGUSTINO tribuitur: quocircà legenda omnino sunt quæ scripsit doctissimus Gregorius Mayansius in suo de AUGUSTINI Vitâ Commentario *. pag. civ.

Libellum ego haud omissendum censui, ne quid ex ANTONII AUGUSTINI scriptis a me prætermissum videatur. Cæterum viri summi doctrina, atque intelligens planè judicium non ita in opusculo hoc, ut in reliquis illius scriptis omnibus, floret ac nitet.

Uberrimus Index rerum & verborum, quæ in toto Volumine notari debeant, studiosè a me diligentèque comparatus, postremas Voluminis paginas tenet.



ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.
Pars Secunda
DE REBUS.

Tom. VI.

A

ANTONI AUGUSTINI

JURIS CONSULTI AVETERIS ETIOME

Paris Sculpsit

D. L. P. A. S.

ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
JURIS PONTIFICII VETERIS EPITOME.
PARS SECUNDA DE REBUS.

LIBER PRIMUS

De Ecclesiis, sacris Ædibus, Templis, Basilicis, &
de Oratoriis, atque Altaribus.TITULUS I.
DE ECCLESIA CATHOLICA.
CAPUT I.

Redimus in unum Deum, &c.
Et unam sanctam Catholica-
m, & Apostolicam Eccle-
siam. Symb. CP. refert Chalc.
syn. ante canones, & action.
2. & action. 5. & synod. V.
CP. action. 6. & VI. synod.
CP. action. 17. & Martin. in conc. Later. secr. 4.

CAPUT II.

De summa Trinit. c. 1. Greg. IX. & in 4. coll. Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur. In qua idem ipse sacerdos, & sacrificium Jesus Christus, &c. Inn. III. in concil. gener. Lateranen. c. 1. prope fin.

CAPUT III.

De summa Trin. c. 2. Gr. IX. & in 4. coll. Unitatem hujusmodi non veram, & propriam, sed quasi collectivam, & similitudinariam (Abbas Joachim) esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fi- deles una Ecclesia, juxta illud, Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, &c. Omnes unum corpus sumus in Christo, &c. & quod Jesus Christus de fidelibus dixit in Evangelio: *Volo Pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, ut sint consummati in unum.* Non enim ait, *ut fideles Christi sint unum*, id est, una quædam res, quæ communis sit omni- bus, sed tantum sint *unum*, id est, una Eccle- sia propter Catholicæ Fidei unitatem, & tandem unum regnum propter unionem indissolubilis charitatis, &c. Cum ergo Veritas pro fidelibus suis ad Patrem orat: *Volo, inquiens, ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus.* Hoc nomen *unum* pro fidelibus quidē accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia, pro per- sonis vero divinis, ut attendatur identitatis in na- tura unitas, quemadmodum Veritas alibi ait: *Estone perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est,* &c. Innoc. III. in conc. Later. cap. 2.

CAPUT IV.

Similis est status omnis Ecclesiæ magnæ navi, quæ per undosum pelagum diversis locis, & regio-

nibus viros portat ad unam potentis regni urbem properare cupientes, &c. Clemens epist. 1. ad Jacob. fratrem Domini, post princ. Anaclet. in epist. 1. in princ. Ivo part. 3. cap. 1. decret.

CAPUT V.

Scimus, sicut & a Patribus accepimus, Chri- stum esse caput, cuius & membra sumus. Ipse namque est sponsus, & Ecclesia sponsa, cuius filii nos sumus, &c. & sicut ei (Christo) sua conjun-cta est sponsa, id est, Ecclesia, sic Episcopis jun- guntur Ecclesiæ, unicuique pro portione sua, Epes. 1. &c. Evarist. epist. 2. in princ. Cœlestin. epist. ad Nestor. in fin. in conc. Epes. tom. 1. c. 17. Burch. lib. 1. cap. 76. Ivo part. 5. cap. 182. decret.

CAPUT VI.

Ecclesia Dei sine macula, & ruga debet exis-
tere, & ideo non oportet eam a quibusdam concul-
cari, quia scriptum est: *Una est columba mea, Cant. 6.*
perfecta mea. Hinc iterum Dominus ad Mosem:
Est locus penes me & stabis super petram. Quis Exod. 33.
est locus, qui non sit Domini, cum cuncta in ipso,
per quem creata sunt, continentur? Est tamen
locus apud Deum, videlicet sanctæ Ecclesiæ uni-
tas, in qua supra petram statur, dum confessio-
nis soliditas humiliter tenetur, &c. Fabian. ep.
3. ad Hilarium episcop. ad med.

CAPUT VII.

Quasi in arcæ modum, quatuor mundi con-
structa lateribus, atque in pœtribilium lignorum
compage, & bitumine charitatis adstricta est Ec-
clesia, ut nullius adveritate spiritus, nullius ve-
nientis extrinsecus tumore fluens perturbetur.
Felix epist. 1. in princ.

CAPUT VIII.

Omnes Ecclesiæ, ubicumque tandem fuerint
ad unum Christi thalamum referuntur. Cœlestin.
in epist. ad cler. & popul. CP. princ. tom. 1. conc.
Epes. cap. 18.

CAPUT IX.

Ut pax & concordia sit, atque unanimitas in
populo Christiano, quia unum Deum Patrem
habemus in cœlis, & unam matrem Ecclesiam,
unam fidem, unum baptisma, &c. Magunt. sub
Carolo cap. 5. Magunt. sub Raban. cap. 4.

CAPUT X.

Quia unus est pater noster, & magister, & Do-
mi-

minus, una fides, unum baptisma, una mater sancta Ecclesia, instanter, & vigilanter ab omnibus certandum est, quamquam diversorum donorum modis curratur, qualiter una ad sanctam, & supernam Hierusalem matrem nostram tendamus, quo sine fine cum Domino vivere mereamur. *Aquisgran. cap. 114. in fine.*

C A P U T XI.

Universalis sancta Dei Ecclesia unum corpus manifeste esse credatur, ejusque caput Christus, Apostolicis oraculis approbamus. Unde Paulus: 1. Cor. 12. d. Vos autem estis corpus Christi, & membra de Rom. 12. b. membro. Itemque: Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus Coloss. 2. d. possumus in Christo. Item: Cujus caput Christus, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones, subministratum crescit in templum sanctum in Domino. Paris. sub Ludovico, & Lothar. lib. 1. cap. 2. Capitul. lib. 5. cap. 166.

C A P U T XII.

Ecclesia Græcum nomen est, quod in Latinum vertitur *convocatio*: propter quod omnes ad se vocat. *Catholica*, id est, universalis, ideo dicitur, quia per universum mundum est constituta, vel quoniam Catholica, hoc est generalis in eadem doctrina est ad instructionem. *Isidor. in 7. lib. Etymolog. c. 1. de officiis Ecclesiast. cap. 1. Ivo part. 3. cap. 3. decr.*

T I T U L U S II.
DE ECCLESIIS ET ALIIS LOCIS
PIIS AEDIFICANDIS, ET
RESTITUENDIS.

C A P U T I.

*N*emo aedificet, aut constituat monasterium, vel oratorium domum sine voluntate Episcopi urbis. *Chalced. cap. 4. Ivo lib. 3. tit. 16. cap. 1. panorm. & part. 7. cap. 1. decret. Anselm. lib. 5. cap. 54.*

C A P U T II.

Nemo monachus, clericus, laicus oratorias domos aedificet, quæ non habeant necessaria. *Nicæn. II. cap. 17.*

C A P U T III.

Sunt quædam pia loca, ut fertur, in diversis regionibus inventa, quæ ita impia solitudine, & sacerdotibus destituta, nulloque debito, ibidem renovante * existunt officio, ut cum sint pro sola Dei laude constituta, divino attestante oraculo: *Domus mea domus orationis est: nunc autem, ut aliae domus utilitate sacerularium hominum sordere inveniuntur. Itaque si proprio jure ecclesiæ sunt subjecta, Episcopus ibidem sine intermissione presbyteros cum sufficiente sua utilitatis ope constituat. Et si sacerularium hominum jure sunt constituta, ab Episcopo illius diocesis admonentur, & si admoniti presbyteros infra trium mensium spatium ibidem neglexirent constituere, & curam exinde habens Episcopus, absque neglectu Principi suggestat, quatenus ejus emendetur sententia. Eugen. II. & Leo IV. in synodo Rom. cap. 24.*

C A P U T IV.

Ecclesia, & qualibet pia loca destructa jacen-

tia, &c. proprio dispendio restaurentur, non sufficiente vero necessario, a populo plebis auxilientur, qualiter Dei dominus honorificæ videantur existere, (*Leo*) & ne ruinis obruta, in Dei laudibus perseveret. *Eugen. II. & Leo IV. in ead. synod. cap. 25.*

C A P U T V.

Ecclesiæ per congrua, & utilia facite loca, Matt. 21. 16. q. 7. c. quas di vinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes divinis orationibus Deo dicatos 28. & deponi. Clem. epist. 2. ante fin. Cæsar. lib. 4. 12. sens. d. 1. c. cap. 46.

C A P U T VI.

Boni Principis, ac Regis est, ecclesiæ contritas, atque scissas restaurare, novas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atque tueri. Marcell. epist. 2. post princ. Anselm. lib. 6. cap. 187. Difl. 96. c. ult.

C A P U T VII.

Scripsisti, quod fervore fidei, quo polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaveris ecclesiæ Dei, vel novas quasque construxeris, sed in his clericos, quos constituas, non habere, &c. Innoc. epist. 4. in princip. ad Felicem Episcop.

C A P U T VIII.

Facite ergo & domum, ubi & ipse pater vester (Bonifacius) debeat habitare, & ecclesiæ, ubi debeat orare, ut Deus vobis indulget peccata vestra, & donet vobis vitam perpetuam. Gregor. III. ep. 5. in fin. populo Thuring.

C A P U T IX.

Thuringis, & Germaniæ populo ea, quæ ad animæ respiciunt utilitatem, & salutem, scribere non omisimus, inter alia, ut construant episcopia, & ecclesiæ condant, injungentes. Greg. II. ep. 7. ad Bonif. Episcopum, in fine.

C A P U T X.

De censu ecclesiæ, id est, solidum de causa suscipe, &c. dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, &c. & opus perficere sacrarum ecclesiæ, juxta canonum instituta. Zachar. ep. 5. ad Bonif. ante finem.

C A P U T XI.

Hoc nobis justum, & rationabile visum est, ut si Ecclesia civitatis ejus, cui præstet Episcopus, ita est idonea, ut ipsa nullius indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis, qui in ipsis parochiis deserviunt, vel reparationibus ecclesiæ rationabiliter dispensetur. Si vero Episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere consisterit, parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod clericis, vel architectis rationabiliter sufficiat, reservetur, &c. Concil. Carpent.

C A P U T XII.

*De obligationibus *, vel agris, quos dominus noster Rex ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, &c. definimus, ut in reparationibus ecclesiæ, almoniis sacerdotum, &c. quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adjutorium ecclesiastici operis constringantur, &c. Aurel. c. 5. al. 7.* * oblationibus, f.

C A P U T XIII.

In Episcopi est arbitrio, quid de obligationibus basilicis civitatum collatis in reparatione basilice, aut

aut obseruantum ibi substantiae deputetur, &c.
Aurel. III. c. 5.

C A P U T XIV.

Si qui ex servis fiscalibus fortasse ecclesias construxerint, easque de sua paupertate dotaverint, has procuret Episcopus prece sua auctoritate Regia confirmari. *Toler. III. c. 15.*

C A P U T XV.

Multi fidelium in honorem Christi, & Martyrum in parochiis Episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuunt, &c. inde labentium basilicarum ruinæ non reparantur, quia avaritia sacerdotali omnia auferuntur. [Constitutum est a praesenti concilio, Episcopos ita dicentes suas regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre, sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam de decimis, &c. tertiam consequantur. Quod si amplius quipiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur appellantibus ipsis conditoribus, aut propinquis eorum, &c. *Tol. IV. cap. 32. Raban. c. 32. de pœnit. Burch. lib. 3. c. 203. Ivo part. 3. c. 255. decr.*

C A P U T XVI.

Omnis presbyteri, qui virtutem habuerint, * faciant, &c. Episcopo suo placitum fiant *, ut reparare ecclesias sibi commissas intendant. Quod si facere distulerint, ab Episcopo suo districti, ecclesias sibi creditas, ut ratio permittit, digne reparationem. Ecclesiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, sollicitudine, intentione, & dispositione Episcopali, ut ratio permiserit, habeant reparationem. *Emerit. c. 16. in fine.*

C A P U T XVII.

Si quis beneficium de rebus ecclesiæ habet, ad tecla ejusdem ecclesiæ restauranda, vel ad ipsas ecclesias ædificandas omnino adjuvet. *Arclat. sub Carolo cap. 25.*

C A P U T XVIII.

De restauratione tectorum nobis necessitas incumbit indicare, quia non tantum domos monasteriorum, sed & ipsæ ecclesiæ propter tectorum inopiam ruinas minantur. *Furon. sub Carolo cap. 46.*

C A P U T XIX.

De etenim tempore (Constantini Imp.) ^{12. q. I. c. 15.} & deinceps viri religiosissimi non solum possessio-nes, & prædia, quæ possederant, sed etiam se-metipos Domino consecravint, ædificantes basili-cas in suis fundis, in honore sanctorum martyrum per civitates, ac monasteria innumera, in quibus ecclæsia Domino servientium conveniret, &c. *N. de primitiva Eccles. ante Nicæn. concil. Burch. lib. 3. c. 4. Ivo part. 3. c. 6. decret. Cæs. lib. 7. cap. 58.*

C A P U T XX.

Per beatum Petrum Apostolorum Principem in occidentis, per beatum vero Joannem Apostolum, & Evangelistam in orientis, id est, in Asia partibus, per beatum etiam Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundata, & ex oblationibus fidelium constat ditata, atque honorata (Ecclesia.) Qualiter autem cæteri coapostoli illorum in regionibus sibi a Christo Domino ad prædicandum commissis ecclesiæ Christi fundaverint, & fidelium donis constare fecerint, gesta illorum evidenter testantur, &c. *Aquen. sive Aquisgr. sub Pipino lib. I. c. 12.*

C A P U T XXI.

Christiana religio exemplum sumens ex antiqua Patrum traditione, domos in honorem Dei ædificat, ac dedicat, & altaria erigit, eisque oleum superfundit, ac sacrofancto chrismate perungit ea, & de factis, dictisque Jacob melodiam Christo canit, & a fidelibus oblationibus * & vota, & preiosarum, diversarumque rerum, ad decorum & honorem divini cultus sacerdotum, ceterorumque ministrorum Christi usus, pauperumque receptionem, ac recreationem suscipit donaria, &c. Sicut verbis ejusdem Patriarchæ Jacob aperte demonstratur, cuncta Deo dicata tempa, & terribilia sunt, & Dei habitacula, & vere domus Dei sunt, & portæ cæli, &c. *Ibid. c. 24.*

C A P U T XXII.

Qui lartatesta ecclesiæ restaurare debent, & hoc negligunt, &c. ab ecclesiastica communione separantur. *Meld. c. 62.*

C A P U T XXIII.

Ut Ecclesiæ sarciantur, vel restaurantur in ædificiis ab iis, qui earum rebus utuntur, aut ab unoquoque tale ex earum familia præbeatur adiutorium, per quod, si fieri potest, redificantur. *Indignum est enim, juxta historiam Domino per Prophetam reprobante, nos in domibus lacunatis habitare, & domos Dei esse desertas.* *Fullen. part. 2. c. 11.*

C A P U T XXIV.

Statutum est, ut ædificia laicorum, quæ ecclesiis adjuncta sunt, auferantur, & nulla in atrio ecclesiæ ponantur, nisi tantum presbyterorum. *Salegunt. c. 12. post Burch. decret. Ivo part. 15. cap. 178. decret.*

C A P U T XXV.

Loca, quæ Deo dicata sunt, aut monasteria sunt, maneant perpetuo monasteria, nec possint ultra sæcularium fieri habitacula. *Froslejan. cap. 3. ex Capitul. lib. I. c. 31. Chalced. c. 24.*

C A P U T XXVI.

Ab illo etenim tempore (Constantini Imp.) ^{12. q. I. c. 15. Futurem.} & deinceps viri religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipos Domino consecravint, ædificantes basilicas in suis fundis, in honore sanctorum martyrum per civitates, ac monasteria innumera, in quibus ecclæsia Domino servientium conveniret, &c. *N. de primitiva Eccles. ante Nicæn. concil. Burch. lib. 3. c. 4. Ivo part. 3. c. 6. decret. Cæs. lib. 7. cap. 58.*

T I T U L U S III.

ECCLESIAE AD ILLUM EPISCOPUM
PERTINENT, IN CUJUS DIÆCESI
ÆDIFICANTUR.

C A P U T I.

NEC etiam constitutat (Episcopus) presbiteros, aut quemlibet alium clericum in Ecclesiis, quæ sibi subjectæ non sunt præter voluntatem Episcopi, cui illa ecclesia commissa est. Sed neque quisquam presbyterorum, vel diaconorum, qui sacræ officiis dediti sunt, ultro, ac per se ecclesiæ ingrediens sacrum aliquod operetur, in quibus ab initio sortem minime consecutus est. Illicium enim est hoc, & omnimodis a

6 Juris Pontificii Veteris Epitome

canonicis præceptionibus alienum. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram vilus fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdicta sunt, separetur aliquo tempore, &c. Similiter & presbyter ille, vel diaconus segregatus sit, donec ab aliena recedat ecclesia. Quod si & segregationem contempserit omnimodis deponatur, & ab omni honore sacrao deiiciatur. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. cap. 23. vel 21.*

16. q. 5. c. 3.
Lator.

C A P U T II.
Indicavit nobis (*Joannes Episcopus*) quod quidam Exuperantius Episcopus ausu temerario in diœcesi ipsius oratorium construxerit, idque sine præcepti auctoritate contra morem præsumperit dedicare, missasque illic publicas celebrare non metuit, quam rem cum summa celeritate ac distriptione convenit emendare, nec ulterius tale aliquid attentare permittas. *Greg. lib. III. registr. epist. 19. Joann. Subdiac. Anselm. lib. 5. c. 29. vel 27.*

C A P U T III.
Si oratorium ædificare volueritis, absque licentia Episcopi non faciat, justitia sua in omnibus servata, &c. *Alex. III. in ep. ad G. Prior. Cfratres post Lateran. conc. part. 27. c. 5.*

16. q. 5. c. 1.

C A P U T IV.
Si quis Episcoporum in alienæ civitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel profundi sui negotio, aut ecclesiastica utilitate, vel pro quacumque sua opportunitate, permitta licentia ædificandi, quia prohibere hoc nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimode reservatur, in cuius territorio ecclesia atturgit, reservata vero ædificatori Episcopo hac gratia, ut quos desiderat clericos in re suæ videre, ipsos ordinet is, in cuius civitatis territorio est, vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat, & omnis ecclesia ipsius gubernatio ad eum, in cuius civitatis territorio ecclesia surrexerit, pertinebit. Quod si etiam sacerularium quicumque ædificaverit ecclesiam, & alium, magis quam eum, in cuius territorio ædificat, invitandum putaverit, tam ipse, cui contra constitutionem, ac disciplinam gratificare vult, quam omnes Episcopi, qui ad hujusmodi dedicationem invitantur, a conventu abstinebunt, si quis excesserit, in reatum devocabitur, ordinemque recognoscatur canonici. *Arauf. c. 10. Anselm. lib. 5. c. 9.*

C A P U T V.

Ne presbyter territorii alicujus sine conscientia sui Episcopi in alterius civitatis territorio præsumat basilicis, aut oratoriis inservire, nisi forte Episcopus suus illum concedat Episcopo illi, in cuius territorio habitare dispositus, in quo si excessum fuerit, Episcopus, cuius presbyter non fuerit, fratri suo noverit culpabilem se factum, qui clericum juri suo illicita facientem, sciens ab scandali admissione non revocavit. *Epaun. c. 5.*

C A P U T VI.

16. q. 7. c. 10.

Omnes basilicæ, quæ per diversa loca construæ sunt, vel quotidie construuntur, secundum priorum canonum regulam, in ejus Episcopi territorio, in cuius positæ sunt potestate, consistant. *Aurel. c. 19. vel 17. Colon. cap. 4. Burch. lib. 3.*

cap. 8. Ivo part. 3. cap. 10. decret. Anselm. lib. 5. cap. 10. in Rom.

C A P U T VII.

Ecclesiæ, quæ fuerunt in heresi Ariana, nunc autem sunt catholicæ, ad eos Episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ in quibus ecclesiæ ipsæ fundatae sunt, pertinere videntur. *Tolet. III. c. 9.*

C A P U T VIII.

Sicut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorij conventum non adiicit: id-
eoque basilicæ, quæ novæ conditæ fuerint, ad eum Episcopum pertinebunt, cuius conventus esse constiterit. *Tolet. IV. c. 34. Burch. lib. 3. c. 147. Ivo lib. 2. tit. 6. c. 5. panorm. C part. 3. c. 212. decret. Anselm. lib. 5. c. 27.*

16. q. 3. c. 3.
16. q. 5. Pos-
sessio. c. 2.

T I T U L U S IV.

*N U L L U S S A C E R D O S S A C R A F A C I A T
I N L O C O N O N C O N S E C R A T O , E T
D E C A E R E M O N I I S C O N S E C R A -
T I O N I S E C C L E S I A E .*

C A P U T I.

UT super memorias martyrum missæ celebrentur. *Felix. C LXX. Episcopi in syn. ep. 2. ante fin.*

C A P U T II.

Nullus presbyter missas celebrare præsumat, *De conf. d. 1.*
nisi in sacratis ab Episcopo locis, qui sui particeps
de cetero voluerit esse sacerdotij. *Synod. Roman. CCLXXVIII. Episcoporum sub Silvestro in epi-*
logo, in fin. Capit. lib. 6. c. 198. Anselm. lib. 7. c. 125. Tarrac. lib. 3. cap. 85.

C A P U T III.

Ecclesiæ per congrua, & utilia facite loca, *16. q. 7. c. 18.*
quæ divinis precibus sacrare oportet, & in singulis
facerdotes divinis orationibus Deo dicatos po-
ni, quos ab omnibus venerari oportet, & non a
quoquam gravari. *Clem. ep. 2. ante fin. Caesar. lib. 4. c. 46.*

C A P U T IV.

In aliis locis sacrificare, & missas celebrare non
licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius jus-
serit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, te-
nente videlicet civitatem, consecratus fuerit; ali-
ter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebra-
nda, docente nos novo, & veteri Testamento. Hæc
Apostoli a Domino acceperunt, & nobis tradide-
runt, &c. *Clem. ep. 3. ante fin. Burch. lib. 3. c. 59. Ivo part. 3. cap. 62. decret.*

C A P U T V.

Deo sacrificantes perfecte non debent vexari,
sed portari, consolari, atque ab hominibus vene-
rari. Ipsi autem quando Domino sacrificant, non
soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant,
ut Domino perfecte in sacratis Deo locis sacri-
ficare probentur. Ait namque auctoritas legis divi-
nae: *Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco,* *Deut. 12. b.*
quem videris, sed in loco, quem elegit Dominus
Deus tuus, &c. Anael. ep. 1. in med. Burch. lib.
3. c. 71. Ivo part. 2. c. 67. decret.

C A P U T VI.

De Ecclesiæ consecratione, & de missarum *De consecr. d.*
celebrationibus non alicubi, quam in sacratis Do-
mino locis, absque magna necessitate, fieri debe-
re,

re, licet omnibus, quibus sunt nota novi, ac veteris testamenti precepta, &c. *Felix IV. ep. 1. c. 1. Burch. lib. 3. cap. 57. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 6. panorm. C part. 3. cap. 60. decr.*

C A P U T VII.

Ead. d.c. 1. Judæi ergo loca, in quibus Domino sacrificabant, divinis habebant supplicationibus consecrata, nec in aliis, quam in Deo dicatis locis, munera Domino offerebant. Si enim Judæi, qui umbræ legis deserviebant, hæc faciebant: multo magis, quibus veritas patefacta est, &c. tempa Domino adificare, & prout melius possumus, ornare, eaque divinis precibus, & sanctis unctionibus suis cum altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus, devote, & solemniter sacrate, & non in aliis locis, quam in Domino sacratis ab Episcopis, & non a Choropiscopis, qui sæpe prohibiti sunt, nisi summa exigente necessitate, missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus: & hoc si summa necessitas agere compulerit, non in dominibus, quia in sacris canonibus sacrificia in dominibus offerri prohibita sunt, sed in tabernaculis divinis precibus a Pontificibus dicatis, & in mensis Domino sacratis, & sacra unctione a Pontificibus delibutis, pro summa necessitate, & non pro libitu cuiusquam, & pigritia agatur. Satius ergo est, missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet, aisi pro summa contingat necessitate, quoniam *necessitas non habet legem*. Unde scriptum est: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*, &c. Et sicut non alii, quam sacrati Domino sacerdotes debent missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis, quam in prefatis Domino sacratis locis missas cantare, aut sacrificia offerre licebit. [Si autem, ut legitur in consilio Laodicensi cxxvi. quod hi, qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quam in dominibus exorcizare non possunt, multo magis majoris gradus ministeria, nisi ab Episcopis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent, officia agi, vel sacrificia offerri licet. Quod autem oblationes in dominibus offerri non debent, in eodem concilio CLVIII. prohibitum habetur. Non oportet in dominibus oblationes celebrari ab Episcopis, & presbyteris. [Solemnitates vero dedicationum ecclesiarum, & sacerdotum per singulos annos sunt celebrandas: ipso Domino exempla dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendo dans forniam, cū reliquis populis eandem festivitatem celebraturus venit. Si. Joann. 10. c. cut scriptum est: *Facta sunt encænia in Hierosolymis, C hyems erat, C ambulabat Jesus in templo in portico Salomonis*. Quod autem octo dierum sint encænia celebranda, peracta dedicatione templi, in libro Regum reperies. *Felix IV. ep. 1. c. 1. Capit. lib. 7. c. 431. Burch. lib. 3. c. 58. Ivo part. 2. c. 76. C part. 3. cap. 24. C 61. decr. C lib. 2. tit. 2. c. 1. C 2. panorm. Anselm. lib. 5. cap. 22. C lib. 7. cap. 127. Tarrac. lib. 3. cap. 86. C 93.*

Deut. 21. b. Exod. 20. d. De conf. d. 1. cap. 10. *holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*, &c. Et sicut non alii, quam sacrati Domino sacerdotes debent missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis, quam in prefatis Domino sacratis locis missas cantare, aut sacrificia offerre licebit. [Si autem, ut legitur in consilio Laodicensi cxxvi. quod hi, qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quam in dominibus exorcizare non possunt, multo magis majoris gradus ministeria, nisi ab Episcopis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent, officia agi, vel sacrificia offerri licet. Quod autem oblationes in dominibus offerri non debent, in eodem concilio CLVIII. prohibitum habetur. Non oportet in dominibus oblationes celebrari ab Episcopis, & presbyteris. [Solemnitates vero dedicationum ecclesiarum, & sacerdotum per singulos annos sunt celebrandas: ipso Domino exempla dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendo dans forniam, cū reliquis populis eandem festivitatem celebraturus venit. Si. Joann. 10. c. cut scriptum est: *Facta sunt encænia in Hierosolymis, C hyems erat, C ambulabat Jesus in templo in portico Salomonis*. Quod autem octo dierum sint encænia celebranda, peracta dedicatione templi, in libro Regum reperies. *Felix IV. ep. 1. c. 1. Capit. lib. 7. c. 431. Burch. lib. 3. c. 58. Ivo part. 2. c. 76. C part. 3. cap. 24. C 61. decr. C lib. 2. tit. 2. c. 1. C 2. panorm. Anselm. lib. 5. cap. 22. C lib. 7. cap. 127. Tarrac. lib. 3. cap. 86. C 93.*

Fad. d.c. 15. C 16. *Facta sunt encænia in Hierosolymis, C hyems erat, C ambulabat Jesus in templo in portico Salomonis*. Quod autem octo dierum sint encænia celebranda, peracta dedicatione templi, in libro Regum reperies. *Felix IV. ep. 1. c. 1. Capit. lib. 7. c. 431. Burch. lib. 3. c. 58. Ivo part. 2. c. 76. C part. 3. cap. 24. C 61. decr. C lib. 2. tit. 2. c. 1. C 2. panorm. Anselm. lib. 5. cap. 22. C lib. 7. cap. 127. Tarrac. lib. 3. cap. 86. C 93.*

C A P U T VIII.

De fabrica vero cuiuslibet Ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, & si in eo loco consecrationis solemnitas debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, si per eam minime aqua benedicta * jaetetur, quia consecrationem cuiuslibet Ecclesiæ, in qua Spiritus sancti ^{ta.} exorcizata non ponitur, celebritatem tantum scimus esse Missarum, & ideo si qua sanctorum Basilica a fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione cum in ea Missarum fuerit celebrata solemnitas, totius sanctificationis consecrationis implebitur. Si vero sanctuaria, quæ habebat, ablata sunt, rursus eorum depositione, & Missarum solemnitate reverentiam sanctificationis accipiet. *Vigil. epist. un. cap. 4. Burch. lib. 3. cap. 62. Ivo lib. 2. tit. 2. c. 5. Panorm. C part. 3. c. 25. decr. Anselm. lib. 5. c. 91. in addit.*

C A P U T IX.

Gum parietes Ecclesiæ in sua integritate permanenterint, & tabula altaris mota, vel enormiter læsa non fuerit, ob casum prædictum * nec Ecclesia, nec altare debet denuo consecrari. *Innoc. III. Archiep. Bisunt.*

C A P U T X.

In dioecesi tua tam Dominicis diebus, quam privatis tibi Ecclesiis dedicationes impendere licet. *Innoc. III. Epis. Ternacen.* *

C A P U T XI.

Ut in dominibus non fiant oblationes ab Episcopis, vel presbyteris. *Laod. cap. 57. G. 58. L. A. quis gr. c. 84. Felix IV. ep. 1. c. 1.*

C A P U T XII.

Quisquis presbyter inconsulto Episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit. *Carth. 2. c. 9.*

C A P U T XIII.

Deponatur clericus, qui sine licentia Episcopi intra domum in oratoria domo sacrificat, vel baptizat. *Trull. c. 31.*

C A P U T XIV.

In quibus locis, & quo apparatu Missarum solemnia exceptis Basilicis celebrari debeant, & utrum celebrari debeant, quia in Concilio Laodeno ita scribitur: „quod non oporteat in dominibus oblationes celebrari ab Episcopis, vel a presbyteris“. *Cabilon. sub Carolo c. 49. Vid. Laodic. c. 58. Capitul. lib. 7. c. 51. in addit.*

C A P U T XV.

Si quis presbyterorum abhinc, excepto quando in itinere pergitur, & locus Basilicæ procul est & id in Altaribus ab Episcopo consecratis fieri necessitas compellit, ne populus Dei sine missarum celebratione, & corporis, & sanguinis Domini perceptione maneat Missarum celebrations in hujusmodi locis illicitis, (domibus, & hortis) post tot, tantasque prohibitions facere attentaverit, dignum est, ut gradus sui periculum incurrat, &c. *Paris. sub Lud. C Lothar. lib. 1. c. 47.*

C A P U T XVI.

Non sicut se habet quorundam reprehendenda & emendanda consuetudo, propter aedificulas, quas sibi ad votum suum construunt, ibique Deo sacrificium offerri posse, & debere contendunt, tem-

Deut. 12. templa per sacerdotum ministerium nomini divino dicata, penitus sunt negligenda, ac relinquenda, præsertim cum Dominus dicat in lege: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo venietis, &c.* Et in sacris canonibus Concilio scilicet Laodicensi, est institutum, quod „ non oporteat in domibus oblationes ab „ Episcopis, & presbyteris fieri “. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 2. cap. 11. in fine. Laod. cap. 58.*

C A P U T XVII.

In Conventibus Serenitatis vestra jam admotum est, quod consecratio corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi, per domos, & ædificulas quasdam (*sive capellas*) ad quorundam libitum præparatas, & per alia qualibet incongrua loca fieri non debeat, excepto quando in itinere pergitur, & id in aliis locis, quam in Basiliis Deo dicatis, vel etiam in Altaribus ab Episcopo consecratis, ne populus Dei sine missarum celebratione, & corporis & sanguinis Domini perceptione maneat, necessitas fieri compellit, &c. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 3. c. 6.*

C A P U T XVIII.

De conf. d. 1. c. 11. & 29. Cœcimus. Missarum solemnia non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebra esse censemus. Concedimus etiam, ut si cubi, quod nostris exigentibus culpis perplurimum est factum, a Nortmannis, seu alio qualcumque modo Ecclesiae fuerint incensæ, in capillis Missas interim liceat celebrare, donec ipsæ Ecclesiae restaurari queant. In itinere vero positis si Ecclesia defuerit, sub divo, seu in tentoriis, si tabula altaris consecrata, ceteraque ministeria sacra ad id officium pertinentia adiunt, Missarum solemnia celebrari permittimus. *Magnunt. sub Arnulph. c. 9. Burch. lib. 3. c. 56. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 3. & 4. Panorm. & part. 3. c. 59. decr.*

C A P U T XIX.

In locis non consecratis, id est in solariis, si ve in cubiculis propter infirmos, vel longius iter, a quibusdam presbyteris sacrificium offerebatur, quod omnimodis interdictum est. *Metens. c. 5.*

C A P U T XX.

De conf. d. 1. cap. 18. Non oportet clericos ignaros, & præsumptores super monumenta in campum mysteria portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in Ecclesia, aut in Basilica, ubi martyrum Reliquæ sunt positæ, ibi pro defunctis oblationem offerri. *Mart. Brac. cap. 69.*

C A P U T XXI.

Missarum solemnia, nequaquam alibi, nisi in Ecclesia celebranda sunt, non in quibuslibet domibus, & in vilibus locis, sed in loco, quem elegerit Dominus juxta illud, quod scriptum est: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit Dominus, ut ponat nomen suum ibi.* *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. cap. 11.*

C A P U T XXII.

Felix constituit supra sepulchra, aut memorias Martyrum Missas celebrari. *Damasc. in Felic.*

T I T U L U S V.

NON CONSECRABANTUR ALIQUANDO ECCLESIE INJUSSU PONT. MAX.

C A P U T I.

*B*asilicas noviter institutas, non petitis ex *De conf. d. 1. cap. 5.* more præceptionibus, dedicare nemo audiat, nec ambiant sibi met Episcopi vindicare clericos potestatis alienæ. *Gelas. epist. 1. cap. 6. Vorm. cap. 48. Anselm. lib. 5. cap. 4. Tarrac. lib. 3. cap. 91.*

C A P U T II.

De locorum consecratione sanctorum, &c. nobis patefactum est, quod absque præcepto Sedis Apostolicæ nonnulli factas Ecclesiæ, vel Oratione sacrare præsumant, &c. & quod in quocumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, non omnino fidelium constructiones adificatas, sacris possessionibus * audacter instituere membrantur. Quæ quoniam tam acerba sunt, ut eadem vix noster possit ferre auditus, si revera Christianitatis affectus in illis regionibus certus, & fixus est, & districtus ista quarantur, & a quibus fuerint gesta, prodantur, &c. *Gelas. epist. 1. cap. 27. Burch. lib. 3. cap. 21. Ivo part. 3. cap. 26. decret. Anselm. lib. 5. cap. 80.*

T I T U L U S VI.

DE CONSECRATIONE ALTARIS.

C A P U T I.

*A*ltaria placuit non solum unctione Christi, *De conf. d. 3. cap. 31.* matis, sed etiam sacerdotali benedictione *cap. 31.* sacrari. *Agath. cap. 14.*

C A P U T II.

Consecrare altare presbyter non præsumat. *26. q. 6. Ministrare. c. 3. Agath. cap. 43.*

C A P U T III.

Altaria nisi lapidea infusione Chrismatis non *De conf. d. 1. facrentur. Epaun. cap. 26. Burch. lib. 3. cap. 25. cap. 30. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 5. panorm. & part. 3. cap. 30. decreti.*

T I T U L U S VII.

SOLIUS EPISCOPI EST CONSECRARE ECCLESIAS, ET ALTARIA.

Vide libro quarto titulo quadragesimo sexto posita, quibus adde:

C A P U T I.

*S*ED & Ecclesiæ, quas, ut putatur, tam Photius, quam ii, qui ab ipso consecrati sunt, dedicaverunt, vel si commotas mensas stabilierunt, rursus dedicari, & inthronizari, atque stabiliri decernimus. *Syn. VIII. gener. CP. sub Hadr. H. cap. 4.*

C A P U T II.

Si quis presbyter ausus fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut Altarium consecrare, a suo officio deponatur. Nam & antiqui Canones hoc vetuerunt. *Brach. I. cap. 37.*

C A P U T III.

Statuit sancta Synodus, ut Episcopi de Ariana hæresi venientes, si quas Ecclesiæ, suo nomine catholica fidei, neendum benedictione a catholico sacerdote perceptra, (consecrarent) consecrarent denuo. *Cæsaraugust. II. cap. 3.*

C A P U T IV.

Altaria erigere, & Basilicas consecrare presbyteris

teris & Choropiscopis prohibitum est, quia sicut
eis illicita consecratio est altaris, ita & constru-

Psalm. 98. Erexit altare solus Aaron in tabernaculo, ipse unxit, quia summus Sacerdos Dei uti-
que erat. Sicut scriptum est: *Moyses, & Aaron in sacerdotibus ejus.* Id, quod tantum facere
Principibus sacerdotum iustum est, quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt, presbyteri, qui
filiorum Aaron gestant figuram, arripere non
prafsumant, &c. constitutio Altaris, benedictio,
vel uncio prohibita est. Nec benedicere Eccle-
siam, vel Altaria consecrare, nisi tantum Epi-
scopi possunt, &c. *Hispalens. II. cap. 7.*

C A P U T V.

Consecratio virginum, & benedictio, vel un-
cio Altaris a presbyteris minime fiat. Similiter
non liceat eis Ecclesias consecrare, nec per im-
positionem manus Paracletum Spiritum tradere,
&c. *Vormac. cap. 8.*

T I T U L U S VIII.

NE EPISCOPUS CONSECRET ECCLE- SIAS IN ALIENA DIESCESI.

Vide libro quarto titulo quadragesimo
octavo.

T I T U L U S IX.

ECCLESIA CONSECRATA NON CON- SECRATUR ITERUM, SI AUTEM IL- LIUS CONSECRATIO EST DUBIA, CONSECRETUR.

C A P U T I.

De conf. d. 1.
cap. 31. So-
lemnitates. **D**e ecclesiarum consecratione quotiens dubi-
tatur, & nec certa scriptura, nec certi te-
stes existunt, a quibus consecratio sciatur, abs-
que ulla dubitatione scitote eas esse consecra-
das, &c. Quoniam non monstratur esse iteratum,
quod nescitur factum. *Felix IV. epist. 1. cap. 2.*
Burch. lib. 3. cap. 58. *Ivo part. 3. cap. 24. decr.*
& lib. 2. tit. 2. cap. 2. panorm. *Anselm. lib. 5.*
cap. 22. Tarrac. lib. 3. cap. 93.

C A P U T II.

Cum dubitatur de consecratione Ecclesie, ca-
nonice dedicetur. *Greg. ep. 7. ad Felicem Episc.*
cap. 3. in concil. *& reg. lib. 12. cap. 31. ind. 7.*
Anselm. lib. 5. cap. 23.

C A P U T III.

Si Ecclesias in nomine Triunitatis consecravit
(Episcopus) dum sacerdotio fungebatur, conse-
cratio sit confirmata. *Zachar. epist. 4. ad Bonif.*
Episcopum in med.

C A P U T IV.

De conf. d. 4.
Placuit. 111. Quotiens super Ecclesiarum consecratione
haesitatur, sine ulla trepidatione consecrentur.
Carth. V. cap. 6. *Afr. 39. Capit. lib. 7. cap. 391.*
Ivo part. 1. cap. 147. decret. *& lib. 1. tit. 2. c.*
86. panorm. *Cesaraug. lib. 12. cap. 53.*

T I T U L U S X.

NE PRETIUM ULLUM ACCIPIATUR CONSECRATIONIS CAUSSA.

Vide libro quarto titulo quadragesimo septi-
mo, quibus adde haec:

C A P U T I.

Polychronius sicubi ad dedicandam quamli-
bet parochiarum in sua regione ecclesiam
rogaretur, non dabant auctoritatis suarum facultatem

Tom. VI.

nisi decem librarum auri accepisset remuneratio-
nem, &c. quod canones calcavit, ut Christus te-
statur: *Gratis accepistis, gratis date.* *Xyst. III. Matt. 10. 6.*
in synod. Rom. cap. 6.

C A P U T II.

Statuimus, ut sicut pro dedicandis basilicis, *1. q. 1. c. 106.*
& dandis ordinibus nihil accipendum est, ita pro
balsamo, sive luminaribus emendis nihil presby-
teri chrisma accepturi dent, &c. *Cabilon. sub Ca-*
rolo cap. 16. *Burch. lib. 4. cap. 93.* *Ivo lib. 1. tit.*
2. cap. 91. panorm. *& part. 1. cap. 287. decret.*

T I T U L U S XI.

COMMUNIA DE CONSECRATIONE

ECCLESIAE, VEL ALTARIS.

C A P U T I.

Decernimus, ut cum dedicatur basilica, non *De poenit. e.*
extendatur indulgentia ultra annum sive *14. Gr. IX. c.*
ab uno solo, sive a pluribus Episcopis dedicetur, *5. eod. tie. in*
ac deinde in anniversario dedicationis tempore *4. coll.*
quadraginta dies de injunctis poenitentiis indul-
ta remissio non excedat, &c. *Innoc. III. in concil.*
gener. Lateran. cap. 62. in fine.

C A P U T II.

Comperimus nullam extitisse caussam, pro *14. q. 6. c. 2.*
qua potuerint rationabiliter occupari *Judeo-*
rum synagogae) atque eas esse inconsulte, ac te-
mere consecratas. Idcirco experientia tuae preci-
pimus, ut quia quod semel consecratum est, Ju-
dæsi ultra non valet restituiri, &c. Studii ruris sit, ut
præfatus frater, & coepiscopus noster (Victor)
dare premium debeat, quatenus quod occupari fe-
cit in jus ecclesiæ ipsius valeat permanere, & il-
li opprimi, aut aliquam pati injustitiam nullo
modo videantur. Gregor. lib. 7. registr. Indict.
2. epist. 58. Fantino defensori.

C A P U T III.

Significasti nobis quendam presbyterum *De adulter.*
cum alterius conjugi, instinctu diabolico, in ec-*c. 5. Gr. IX.*
clesia frequenter dormisse, quæ utique * se, &
illum cuidam sacerdoti hujusmodi delictum co-*& in 1. coll.*
fellois fuisse, tibi publice detexit, & hoc ipsum
idem sacerdos nomen adulteri cœlans, dicitur
proposuisse in præsentia tua, &c. Nos igitur jux-
ta sanctorum Patrum decreta volumus, ut di-
gnam poenitentiam præfatæ adulteræ imponens,
ecclesiam prælibatam per aspersione aquæ san-
ctificando reconciliies, &c. *Alex. III. Carthag.*
episc. post conc. Later. part. 50. 51.

C A P U T IV.

Proposuisti, quod venientibus ad ecclesiam S. *De conf. eccl.*
Jacobi ex diversis regionibus peregrinis, &c. ho-*vel alt. c. 4.*
mocida contingunt fieri interdum, & aliquan-*in Gr. IX. in*
do vulnera inferuntur, &c. fraternitati tuæ taliter*3. coll. de de-*
respondemus, quod manente ecclesia, & al-*dic. cap. 3.*
tari, reconciliari poterat per aquam cum vino,
& cinere benedictam. *Innoc. III. ep. ad Archiep.*
Compostell.

C A P U T V.

Cœmeteria, in quibus excommunicatorum *De conf. eccl.*
corpora sepeliuntur, per suorum violentiam *o. 7. Gr. IX.*
propinquorum reconcilianda erunt aspersione *& in 4. coll.*
aqua solemniter benedictæ, sicut in dedicationi *de celebr. di-*
bus ecclesiarum fieri consuevit. *Innoc. III. in ep.* *vini offic.*
*ad Sevin. * episc.* ** al. Seno-*
nem.

B

C A -

C A P U T VI.

De conf. eccl. c. 3. ap. Gr. IX. & in 1. coll. de dedic. eccles. c. 2. Altare, in quo tabula, cui consecrationis benedictio Pontificali ministerio adhibetur, mota, vel enormiter fracta fuerit, debet non immerito consecrari, *Innoc. III. in ep. ad Nidrosiens. episc.*

C A P U T VII.

Cum ad dedicationem basilicæ, quam illustrissimus Praefectus, & Patricius filius noster Liberius in Arausica civitate fidelissima devotione construxit, Deo propitiante, & ipso invitante conveniremus, &c. pervenit ad nos, esse aliquos, qui de gratia, & libero arbitrio minus caute, & non secundum fiduci regulam, sentire veliat, &c. *Araus. II. in princ.*

C A P U T VIII.

16. queſt. 1. Compr. 6. 34. 10. q. 1. cap. 1. Quæ in jure monasterii de facultatibus offeruntur, in nullo dicecesana lege ab Episcopis contingantur. [Si autem ex laicis quisquam a se faciat basilicam consecrari desiderat, nequaquam eam sub monasterii specie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab Episcopo non constituitur, a dicecesana lege audeat segregare. *Ilerd. c. 3.*

C A P U T IX.

2. q. 2. c. 1. Placuit. Unusquisque Episcopus meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi ante dorem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levius culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali substantiatione eorum, qui ibidem servituri sunt, tamquam domus privata consecretur ecclesia. *Brac. II. cap. 5. Vormac. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decret.*

C A P U T X.

De conf. d. 1. cap. 9. Si quis basilicam non pro devotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificat, ut quidquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua quæstus causa condiderit, &c. nullus Episcoporum tam abominabili voto consentiat, nec basilicam, quæ non pro sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria condicione est condita, audeat consecrare. *Brac. II. cap. 6.*

C A P U T XI.

10. q. 1. Sic quidam, c. 2. Multi contra canonum constituta sic ecclesiæ, quas ædificaverint, postulant consecrari, ut dorem, quam eidem ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere, &c. omnia ad Episcopi ordinationem pertineant. *Toler. III. cap. 19. Magunt. sub Arnulph. c. 4. Vorm. 6. & 55. Trosl. cap. 6. Burch. lib. 3. cap. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 3. panorm. & lib. 3. c. 23. decret.*

C A P U T XII.

Per dedicationes basilicarum, aut festivitates martyrum ad ipsa solemnia confluentes, chorus feminæ turpia, & obscena cantant, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Convenit, ut sacerdotes loci talia a septis basilicarum, vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vertare debeant, & arcere. Et si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum substinere. *Cabil. 19.*

C A P U T XIII.

In sanctum, & satis venerabile concilium refi-

dentibus nuntiatum est nobis, eo quod aliqui Pontifices regulam veritatis prætermittentes, Ecclesiæ, quæ a fidelibus pia devotione construantur, extra dies Dominicos consecrent, &c. Propria deliberatione censemus, ut nulli penitus Pontificum, in quibuscumque provinciis constitutio amodo liceat, præter certos dies dominicos ecclesiæ sanctas consecrare. *Cæsar Augustan. III. cap. 1.*

C A P U T XIV.

Rogabant enixius sanctum virum, ut synagogam suam ecclesiæ consecraret in honore sancti Salvatoris mundi, quorum petitionem minime aspernatus, synagogam illorum, quæ major esse videbatur, in nomine unigeniti Filii Dei redemptoris mundi consecravit. Ex tunc itaque per diversas orbis terræ nationes, & provincias mos inolevit, ut basilicas plurimas, vel oratoria Pontifices Christianæ legis in honorem sancti Salvatoris mundi concedere, & dedicare non definant. Nam antea antiquiores nostri, vel majores hoc peragere minime præsumperunt, &c. Rogeraverunt autem Metropolitanum præfati viri, ut ceteras synagogas eorum in honore quorundam beatorum martyrum consecrando reconciliaret, &c. *Athanasius in sermone de imagine Christi. Beritens. VII. synod. act. 4. ante fin.*

C A P U T XV.

Lucina vidua matrona, quæ vixerat cum viro Marco annis xv, & in viduitate sua habebat annos xix. suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi die, noctuque hymnis, & orationibus domino Iesu Christo confitebantur. *Damascan. in Marcelllo.*

T I T U L U S XII.
REVEREANTUR CHRISTIANI ECCLESIA M. cap. 5.

C A P U T I.

CUM propter damnum, quod propter pecuniam. cap. 5. Quocata nostra passi sumus in ecclesiæ, surripuerunt quidam pia loca, & Episcoporum domos, & monasteria, & facta sunt communia divisoria, si quidem hi malint reddere, ut in prisianam formam restituantur, recte est: si minus, si clerici fuerint, eos deponi jubemus; si monachi, vel laici, excommunicari, uti condemnatos a Patre, Filio, & Spiritu sancto, & constituentur ubi vermis non moritur, & ignis non extinguitur, quod Domini voci contradicunt dicenti: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Nicæn. II. cap. 13. Trull. 49. Anselm. lib. 7. cap. 172.*

C A P U T II.

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici sic exponunt ecclesiæ supellecilia pro priis, & etiam alienis, ut potius domus laicæ, quam Dei basilicæ videantur, non considerantes, quod Dominus non sinebat, ut vas transferretur per templum, &c. Prohibemus, ne hujusmodi supellecilia in ecclesiæ admittantur, nisi propter hostiles incursum, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes ad eas oporteat haberi refugium. Sic tamen, ut necessitate cessante res in lo-

loca pristina reportentur, &c. *Innoc. III in conc. gen. Lat. c. 19.*

C A P U T III.

e.ult. de relig. Greg. IX. e.ult. de imm. eccl. in 4. collect. Prælati de cætero non permittant illos, qui ad eorum ecclesiæ caussa venerationis accedunt, vanis figuris, aut falsis decipi documentis, sicut & plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit. *Inn. III. in conc. gen. Lat. c. 62.*

C A P U T IV.

Matt. 21. 4. Concedet pergentes ad ecclesiæ Divinas scripturas attendere, & locis Dei, quæ serius sunt, agere, secundum quod scriptum est: *Domus vœa domus orationis vocabitur*: non alios secum ad immane peccatum sua culpa suadere. *Leo IV. in synod. Rom. cap. 35.*

C A P U T V.

Arcæ ab ecclesiæ expellantur, nisi una ad vestimentum, & libros. Sed si forte difficultis guerra fuerit, illæ, quæ in ecclesiæ fuerint, nullum debitum laicis reddant, sed ecclesiæ. *Gregor. VII. in conc. Rom. ann. incert. cap. 32.*

C A P U T VI.

Infames sunt impugnatores Episcoporum, &c. & conculcatores ecclesiæ. *Euseb. epist. 1. ante medium.*

C A P U T VII.

Dif. 30. c. 10. Si quis docet domum Dei, & in ea conventus, sive synaxes esse contemnendas, anathema sit. *Gangr. cap. 5. Burch. lib. 3. cap. 94. Ivo part. 5. cap. 84. descr.*

C A P U T VIII.

Dif. 30. c. 11. Si quis extra ecclesiæ separati congreget ecclesiæ, contemnens ecclesiæ, quæ ecclesiæ sunt, facere velit sine voluntate presbyteri, & Episcopi, anathema sit. *Gangr. cap. 6. Burch. lib. 3. cap. 95.*

C A P U T IX.

Dif. 41. c. 3. Patsimoni- am. Domos Dei veneramur, & conventus in eis, ut sanctos, & utiles suscipimus, non concludentes pietatem domibus, sed omnem locum in Dei nomine ædificatum honorantes, atque in ipsa ecclesiæ Dei conventum communem in communè utilitatem recipimus. *Gangr. in fin. Ivo part. 8. cap. 321. descr.*

C A P U T X.

Dif. 42. c. 4. Non oportet in domibus Dominicis, vel ecclesiæ agapas facere, & in Dei domo comedere, & accubita sternere. *Laod. c. 28. Trull. cap. 74. Aquisgr. 80. Burch. lib. 3. cap. 82. Ivo part. 3. c. 73. descr.*

C A P U T XI.

Dif. 42. Nulli, c. 5. Episcopi, vel clerici in ecclesiæ non coaniventur, nisi forte necessitas hospitiæ id cogat: & populi ab hujusmodi conviviis quoad fieri potest arceantur. *Carth. c. 42. G. Carth. III. c. 30. L. Afr. 9. L. Aquisgr. c. 59. Burch. lib. 3. c. 83. Ivo part. 3. c. 74. descr.*

C A P U T XII.

Ne quis in ecclesiæ votum suum cantando, bimendo, vel lasciviendo dissolvat, quia Deus talibus votis irritatur potius, quam placatur. *Aurel. II. c. 12.*

C A P U T XIII.

Sacrificia matutina missarum, sive vesperti-

narum nequis cum armis pertinentibus ad bellorum usum expertat. Quod qui fecerit, in sacerdotis potestate consistat, qualiter ejus distinctione debeat castigari. *Aurelian. III. cap. 28. Capitul. lib. 7. c. 277.*

C A P U T XIV.

Non licet in ecclesiæ choros fœcularium, vel puellarum cantica exercere, nec convivia in ecclesiæ præparare, quia scriptum est: *Domus Matt. 21. b. mea, domus orationis vocabitur. Antifod. c. 9.*

C A P U T XV.

Multa quidem eveniunt, quæ dum leviter corrigitur, sæpius ad majora considunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum quod per dedicationes basilicarum, aut festivitates martyrum, ad ipsa solemnia confluentes chorus scismaticus turpia quidem, & obsecna cantica decantare videntur, dum aut orare debeant, aut clericos psallentes audire. Unde convenit, ut laicæ dæcades loci talia a septis basilicarum, vel porticibus ipsarum, ac etiam ab ipsis atriis vetare debeant, & arcere; & si voluntarie noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut disciplinæ aculeum sustinere. *Cabilon. c. 19.*

C A P U T XVI.

Lue. 19. g. Non oportet intra sacra septa tabernam esse, vel ciborum, aliarumve rerum venditiones fieri, ut debitus honor ecclesiæ conservetur. Nam Salvator noster Deus, dum nos in carne docuit, non facere domum patris sui, domum negotiationis jussit, &c. Si quis fecerit, excommunicetur. *Trull. c. 77.*

C A P U T XVII.

Nemo intra sanctum templum jumentum introducat, nisi iter faciens cum maxima necessitate, domo, & diversorio indigeat: nam si jumentum non introducat, id peribit, & quæ affert, & is, qui ducit in periculum mortis incident: ut enim sabbatum propter hominem factum esse didicimus, ita hoc casu salutem hominis conservabimus. Si quis sine necessitate id fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 89.*

C A P U T XVIII.

Qui cum uxore, vel alias indiscrete sacra loca pollunt, & contemnunt illic existentes, extra ea sacra loca (etiam catechumonorum) exire juberimus: si non fecerint, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 98.*

C A P U T XIX.

Ut de sepeliendis in basilicis mortuis illa constitutio serveretur, quæ ab antiquis patribus constituta est. *Arelat. sub Carolo c. 21.*

C A P U T XX.

Sacerdotes debent fideles admonere, ut quando ad ecclesiæ convenient, sine strepitu, ac tumultu eam ingrediantur, in qua etiam, quamdiu orationis caussa morantur, nequaquam inanes inter se proferant confabulationes. Sed & tempore, quo missarum solemnia celebrantur, non solum ab otiosis, & inutilibus verbis, verum etiam & a perniciose cogitationibus funditus abstinendum est. *Furon. sub Carolo c. 38.*

C A P U T XXI.

Canticum turpe, atque luxuriosum circa eccl^{esi}as agere omnino contradicimus, quod ubique vitandum est. *Magunt. c. 48. Capitul. lib. 5. c. 97. Burch. lib. 3. c. 87. Ivo part. 3. c. 77. decr.*

C A P U T XXII.

Nullus mortuus intra eccl^{esi}am sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni presbiteri, aut fideles laici. *Magunt. c. 52.*

C A P U T XXIII.

Multi eccl^{esi}am ingressi, non ad Deum puram simplicemque orationem dirigunt, quoniam quod ore precantur, hoc etiam mente non meditantur. De talibus Beda in homilia Evangelii se- primadecima, &c. Sunt itaque plerique quibus potius cordi est, vanis, & obscoenis confabulati- nibus vacare, quam lectionibus divinis aurem accommodare, quibus etiā nusquam tam delecta- bile videtur esse susurrations aliorum auribus in- gerere, cachinnis ora dissolvere, quam in eccl^{esi}a Dei, ubi eum humiliter, devoteque debuer- ant invocare, & peccata sua deflere. Sed & hoc ejusdem hostis antiqui instinctu fieri dubium non est. Quod autem domus Dei non sit hujuscemodi illicitarum actionum, sed potius orationum lo- cus, Dominus docet in Evangelio, dicens: *Do- mus mea domus orationis es*, &c. Origenes quo- que ubi de velamine Mosis scribit &c. *Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 2. c. 12. in princ.*

C A P U T XXIV.

Matt. 21. Quando convenitis ad eccl^{esi}am, pro pecca- tis vestris orate, nolite scandala concitare, aut otiosas fabulas dicere. In eccl^{esi}ia stantes, nolite verbosare, sed sacras scripturas patienter audire. Qui enim in eccl^{esi}ia verba vana locutus fuerit, & pro te, & pro aliis rationem redditurus est in die judicii, quia verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit, &c. Plures sunt, de quo- rum perditione nimium contristor, illos dico, qui venientes ad eccl^{esi}am, magis litigare cupiunt, quam orare, & quando debent lectiones divi- nas in eccl^{esi}ia intentis auribus tota pietate su- scipere, tunc foris caussas dicere, & diversis fe- student calumniis impugnare: aliquando etiam quod pejus est, aliqui nimium iracundia succen- duntur, amarissime rixantur, &c. & calcibus, & pugnis invicem colliduntur. Melius fuerat talibus ad eccl^{esi}am non venire, quam tot ma- lis contra se Divinam iram provocare. Isti e- nem & si cum minoribus peccatis ad eccl^{esi}am ve- niunt, cum multis criminibus de eccl^{esi}ia rever- tuntur, &c. Quando ad eccl^{esi}iam convenitis, no- lite vos talibus fabulis occupare, unde possitis peccata acquirere. Nolite vos occupare ad litigandum, sed potius ad orandum, non ut rixan- do Deum offendere, sed supplicando gratiam il- lius possitis acquirere. *Augustinus in Homiliis ad populum apud Paris. d. c. 12. in med.*

C A P U T XXV.

Johann. 2. Cum fecisset Dominus quasi flagellum de fu- niculis, omnes ejeicit de templo. Quid ergo fra- tres mei, quid putatis faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui

hostias, quæ sibi immolarentur, ementes in tem- ple invenit, & eliminare festinavit? Hæc propter illos diximus, qui eccl^{esi}am ingressi, non solum intentionem orandi negligunt, verum etiam ea, pro quibus orare debuerant, augent. Insuper & arguentes se pro hujusmodi stultitia, conviciis, odiisque, vel detractionibus inseguuntur, addentes videlicet peccata peccatis, & quasi funem sibi longissimum incauta eorum augmentatione texentes, & nec timentes ex eo districti judicis examinatione damnari, &c. Multum tremenda sunt hæc dilectissimi, &c. ne veniens improbus per- versum quid in nobis, unde merito flagella- ri, ac de eccl^{esi}ia ejici debeamus, inveniat, & ma- xime in illa, quæ specialiter domus orationis vo- catur, observandum, ne quid ineptum geramus, nec cum Corinthiis ab Apostolo audiamus: *Num- quid domos non habetis ad agenda, vel loquen- da temporalia? cur eccl^{esi}iam Dei contemnitis?* *Beda homil. 22. in Joann. apud Paris. d. cap. 12. ante fin.*

C A P U T XXVI.

Summopere omnibus fidelibus procurandum est, ut nihil in eccl^{esi}ia dishonestum aut cogita- tione, aut dicto, aut facto gerant, ne forte peccatis, pro quibus absolvendis confluxerant, peccata accumulantes non absolutionem peccatorum ac- quirant, sed magis funes, quibus quodammodo ligentur, sibi accumulent. *Paris. d. cap. 12. in fine.*

C A P U T XXVII.

Matt. 11. Congessimus in opere conventus nostri non- nulla capitalia ad vestram, fideliumque vestro- rum observationem, & salutem pertinentia, quo- rum hic omisa prolixitate mentionem tantum facimus, scilicet, quod loca Deo dicata frequen- tius, devotissime a fidelibus ad Deum exoran- dum, sibique propitium faciendum sint adeunda, & quod in basilicis Deo dicatis non sit fabulis otiosis, turpibusque, & obscoenis sermocinationi- bus vacandum, & negotia secularia, publicaque placita habenda, & quod qui hæc in eccl^{esi}ia Dei faciunt majora sibi peccata accumulent, &c. *Pa- ris. sub Ludov. & Lothar. lib. 3. c. 2.*

C A P U T XXVIII.

De reverentia eccl^{esi}iarum Dominus ait: *Do- mus mea domus orationis vocabitur cunctis gen- eribus.* Unde etiam legitur in evangelio, quod ipse *Ezra. 56. Matt. 11. Johann. 2.* Dominus cum venisset ad Hierusalem, & intro- isset in templum, eos, qui negotia terrena, & em- ptiones, ac venditiones illicitas in eodem exer- cebant, quasi flagellum de funiculis faciens o- mnes inde ejecerit. His temporibus, nec loca sancta venerantur, neque ministri Dei condigne honorantur, &c. Unde necessitas magna nos coe- git pro hac re ad vos reclamare, & petere, ut sic- ut apud antecessores vestros Reges, atque Imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem sancta Dei eccl^{esi}ia habuit, & per immunitatem eorum possessiones eccl^{esi}asticæ inconvulsæ persliterunt, manentesque in eis tempore illæsi perseveraverunt, ita apud vos modernis temporibus incon- taminate permaneant, &c. *Magunt. sub Raban. in Prolog. post med.*

CA.

C A P U T XXIX.

Quod ecclesia cum magna reverentia adeunda sit, sicut in Capitulari Dominico continetur, & in Maguntiacensi, & Turonensi, ac Arelatensi tempore gloriose Imperatoris Caroli conventibus decretum est. Magunt. sub Arnulph. cap. 21.

C A P U T XXX.

Statuit sancta synodus, ut mala consuetudo, quæ apud omnes pene jam inolevit, omnino prohibeatur, hoc est, quod colloquia sua in atrio aliquius ecclesiæ constituunt habenda, & tunc ea in ipsa maxima exercent ecclesia, ubi orationes, & divina tantum fieri aequum est officia. Salzburgiad. cap. 9. Ivo part. 15. c. 173. decr.

C A P U T XXXI.

Videmus crebro in ecclesiis messes, & scenum congeri, unde volumus, & hoc penitus obseretur, ut nihil in ecclesia, præter vestimenta ecclesiastica, & vasa sancta, & libros, recondatur, ne forte si alia ibi, quam oportet, negotia exerceantur, a domino audiamus: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum. Theodulph. ad presbyteros Aurelian. cap. 8.

C A P U T XXXII.

Non debere ad ecclesiam ob alias causam convenire, nisi ad laudem Domini, & ejus servitium faciendum; disceptationes vero, & tumultus, & vaniloquia, & cætera actiones ab eo dem sancto loco penitus prohibendæ sunt. Ubi enim Dei nomen invocatur, Deo sacrificium offeratur, Angelorum frequentia inesse non dubitatur, periculosem est tale aliquid dicere, vel agere, quod loco non convenit. Si enim Dominus illos de templo ejicit, qui victimas, quæ sibi offerrentur, emebant, vel vendebant, quanto magis illos iratus inde abiiciat, qui mendaciis, vaniloquiis, risibus, & hujusmodi nugis locum divino cultui mancipatum foedant? Theodulph. ad presbyteros Aurel. cap. 10.

C A P U T XXXIII.

Linus ex præcepto beati Petri constituit, ut mulier velato capite in ecclesiam introiret. Dam. in Lini.

T I T U L U S XIII.
S O L I S C L E R I C I S P A F E T A D I T U S A D
A L T A R E , N O N A U T E M L A I C I S
N E Q U E F E M I N I S .

C A P U T I .

Impatienter audivimus, tantum divinarum rerum subiisse despectum, ut fœminæ sacris altaribus ministrare ferantur, & cuncta, quæ non nisi virorum famulatu deputata sunt, sexum, cui non competit exhibere, viso quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxa omnis, & crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committeates minime publicando pravis excessibus se favere significant, &c. Quo more teneant jura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus injuncta dissimulant ut contraria domui Dei, cui præsident, potius operentur? Qui quantum apud Dominum possent si ei non nisi convenientia procurarent? tantum quid mereantur adspiciant, cum execrabilis studio

se stentur adversa. *Gelas. ep. 1. c. 28. Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 45.*

C A P U T II.

*Solis ministerio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare (*ibidem*) liceat. Laod. cap. 19. in fine.*

C A P U T III.

Non oportet mulieres ingredi ad altare. Laod. c. 44. G. 45. L. in secretarium. Mart. Brac. 42. Aqui/gr. 82. Vid. Capit. lib. 1. c. 17.

C A P U T IV.

Laici secus altare, quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigilias, quam ad missas stare penitus non presumant. Sed pars illa, quæ a cancellis versus altare dividitur, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum & communicandum laicis, & fœminis, sicut mos est, panteant sancta sanctorum. Turon. II. c. 4. Capitul. lib. 7. c. 278. Burch. lib. 3. c. 102. Ivo part. 2. c. 137. decr.

C A P U T V.

Placuit, ut ingredi sacrarium ad communicandum non liceat laicis viris, vel mulieribus, nisi tantum clericis, sicut & antiquis canonibus institutum est. Brac. 1. c. 31.

C A P U T VI.

Sacerdotes, & Levitæ ante altare communient, in choro cleris, extra chorum populus. Toler. W. c. 17.

C A P U T VII.

Nemini laico licet intra sacrum altare ingredi, imperiali potestate, vel auctoritate nihil ad hoc faciente, nisi cum vult dona offerre, juxta veterem traditionem. Trull. c. 69.

C A P U T VIII.

Quidam nostrorum verorum virorum relatu, quidam etiam visu didicinus, in quibusdam provinciis contra legem divinam, canonicamque institutionem fœminas sanctis altari bus se ultra ingere, sacrataque vasa impudenter contingere, & indumenta sacerdotalia presbyteris administrare, &c. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, & in concilio Laodicensi capitulo XLIV. & in decretis Gelasii Papæ titulo xxvi. copiose invenitur. Hoc ergo tam illicitum factum quia ex toto a religione Christiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum est, &c. Paris. sub Lud. & Lothar. lib. 1. c. 45.

C A P U T IX.

Hoc secundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum, ut nulla fœmina ad altare presumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare, aut sedere. Nannet. cap. 3.

C A P U T X.

Non liceat mulieri in secretarium ingredi. Mart. Brac. c. 42. Laod. c. 44.

C A P U T XI.

Fœminæ missam sacerdote celebrante nequam ad altare accedant, sed locis suis stent, & ibi sacerdos earum oblationes Deo oblatus accipiat: memores enim debent esse fœminæ infirmitatis suæ, & sexus imbecillitatis, & idcirco sancta quælibet in ministerio ecclesiæ contingere per-

2. Reg. 6. 6. pertimescant, quæ etiam laici viri pertimescere debent, ne Ozæ pœnam subeant, qui dum arcam Domini extraordinarie contingere voluit, Domino percutiente interiit. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 6.*

TITULUS XIV.

QUIBUS DIEBUS DEREANT CHRISTIANI AD SUAS ECCLESIAS CONFLUERE.

Vide libro nono cap. xiv. quibus adde:

CAPUT I.

7. q. 1. c. 29. **S**i quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est Nativitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius singulari * lucro studeat, quæ servitio suo parere: convenit, ut triennio a communione suspendatur, similiter diaconus, vel presbyter, si per tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. *Agath. c. 64.*

De cons. d. 3. c. 4. **C**APUT II. Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus ecclesiæ, cui proximus fuerit, die dominico defesse non debet. *Aurel. c. ult. Cæsar. lib. 4. c. 62.*

CAPUT III.

Concedit syn. noct. Regi Episcopum ad consilium de cœnato. Ut nullus Episcoporum natalem Domini, aut Pascha alibi, nisi ad ecclesiam suam, præter infirmitatis incursum, aut ordinem Regium celebra-re præsumat. *Lugdun. H. c. 5.*

TITULUS XV.

LAICI NON INGREDIANTUR CUM ARMIS IN ECCLESIAM: MULIERES VERO POST PARTUM, VEL POLLUTÆ MENSTRUO, INGREDI POSSUNT: ITEM VIRI, QUI CUM UXORIBUS CONCUBERUNT.

CAPUT I.

Dist. 5. c. 2. Si mulier. 8. ult. c. d. **M**ulier potest ingredi in ecclesiam eadem hora, qua peperit. *Greg. ad Aug. interr. 8. vel 10. Nicol. ad cons. Bulg. c. 68. Capit. lib. 6. c. 204. Ans. lib. 10. c. 59. in addit. Tarrac. lib. 6. c. 225.*

CAPUT II.

Item, quæ ex consuetudine menstrua patitur. *Ibid. Ivo part. 8. c. 88. decr. Ans. ubi sup. Tarrac. ibid. Cæsar. lib. 10. c. 56.*

CAPUT III.

13. q. 4. Vir. c. 7. **S**i quis sua conjugi non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorum gratia uitur, iste profecto de ingressu ecclesiæ seu de sumendo corporis dominici, sanguinisque mysterio, suo est judicio relinquendus, &c. *Ibid. Ivo d. c. 88. Ans. ubi supr. Tarrac. ibid.*

CAPUT IV.

Nullus fæcularium nec in ecclesia, nec infra atrium ipsius ecclesiæ qualecumque scandalum, aut similitates penitus excitare præsumat, nec arma trahere, aut quemcumque ad vulnerandum, vel interficiendum penitus appetere. Quod si quis fortasse præsumperit ab Episcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipse juxta statuta canonum communione privetur. *Cabilon. c. 17.*

CAPUT V.

Si quis temerarius atrium ecclesiæ evaginato gladio præsumptuose intraverit, sacrilegium facit. Et idcirco sacrilegium in atrio Domini fa-

ctum, sacrilegii more altari, & Domino persolvatur, &c. *Tribur. c. 6.*

CAPUT VI.

Decretum est, ut nemo gladium in ecclesiam portet, Regali tantum excepto. *Salegunstad. c. 8. post Burch. decr. Ivo part. 15. c. 174. decr.*

TITULUS XVI.

NE IN ECCLESIIS JUS DICATUR.

CAPUT I.

Nullus judex laicus, vel Vicarius in ecclesia, vel coemeterio aliquam potestatem exercitat, vel aliquem distingat, aut capiat, aut furum ibi requirat. *Gregor. VII. in syn. Rom. ann. incert. c. 12.*

CAPUT II.

Ut placita publica, & sæcularia neque in atriis basilicarum, neque in ipsis basilicis fiant dicente Domino, *Domus mea domus orationis vocabitur. Matt. 21. b. Arel. sub Carolo c. 22.*

CAPUT III.

Placita quidem sæcularia in ecclesiis, vel in atriis ecclesiarum a Comitibus, Vicariisque usque modo multis in locis habita, ne ultra fiant, interdicendum est, cum auctoritate Domini, qui expulsis de templo negotiatoribus afferuit debere domum Dei, domum esse orationis. *Turon. sub Carol. c. 39.*

CAPUT IV.

Præcipimus, ut in ecclesiis, aut in domibus ecclesiarum, vel atriis placita fæcularia minime fiant. *Magunt. c. 40. Capitul. lib. 5. c. 91. C lib. 7. c. 31. in additis.*

CAPUT V.

Ut in locis sacratis, diebus dominicis, vel aliis solemnitatibus judicia publica non exerceantur, &c. *Syn. apud S. Medard. c. 6.*

CAPUT VI.

Præcipimus, ut in ecclesiis, five atriis ecclesiarum, vel domibus placita fæcularia minime fiant, quanto minus rixæ, & contentiones. *Magunt. sub Arnulph. c. 21. ex concilio Turon. sub Carol. c. 39. C 40.*

CAPUT VII.

Nón debere ad ecclesiam ob aliam caussam convenire, nisi ad laudem Domini, & ejus servitium faciendum; disceptationes vero, & tumultus, & vaniloquia, & cæteræ actiones ab eodem sancto loco penitus prohibenda sunt, &c. *Theodulph. ad presbyt. Aurel. c. 10.*

TITULUS XVII.

DE HIS, QUI AD ECCLESIAS CONFUGIUNT.

CAPUT I.

Si quis ad aliquam crucem in via, persequenti- bus inimicis confugerit, liber, ac si in ipsa ecclæsia permaneat. Quod si qui pro securitate ecclæsiae, vel prædictæ crucis, aliquod crimen peregerit, & ad ecclesiam, vel ad crucem confugerit, accepta securitate vitæ, & membrorum reddatur justitiæ. *Urban. II. in Clar. syn. 29. C 30.*

CAPUT II.

Præcipimus, ut in eos, qui ad ecclesiam vel coemeterium fugiunt, nullus omnino manum mittere audeat. Quod si fecerit excommunicetur,

tur. Innocent. II. in synodo Roman. c. 12. post pa-
norm. Iovonis.

C A P U T III.

Sancimus, ut in eos, qui ad ecclesiam, vel coe-
meterium confugerint, nullus manus mittere au-
deat, quod si fecerit, anathema sit. Eugen. III. in
conc. Remen. c. 14.

C A P U T IV.

25. q. 2. c. 1. Privilegia ecclesiarum, & sacerdotum sancti
Apostoli iussu Salvatoris intemerata, & inviolata
3. q. 6. c. 1. omnibus decreverunt manere temporibus. [Le-
ges ecclesiæ Apostolica firma mus auctoritate. A-
nacler. ep. 1. ante fin. Ans. lib. 4. c. 1. Tarrac.
lib. 1. c. 2971.

C A P U T V.

Si quisquam ad ecclesiam fugerit, non illum,
nisi sua voluerit sponte, ab ea dicimus educen-
dum. Denique si quondam latrones & diverso-
rum criminum rei ad asylum templi Romuli
fugientes, indemnitatem consequebantur, quan-
to potius ii, qui ad templum Christi confugium
faciunt, delictorum remissionem suorum adepti,
debent etiam sibi a suspecto juramento præstato,
omni præstigia securitati restitui? Nicol. ad con-
sulta Bulgar. c. 95.

C A P U T VI.

De immunitate ecclesiæ, existit, si liber, quantumcumque gravia malefi-
eccl. cap. 6. cia perpetravit, non est violenter ab ecclesia ex-
ap. Gr. IX.
Opin. coll. trahendus, nec inde damnari debet ad mortem,
cod. tit. c. un. vel ad poenam, sed rectores ecclesiæ sibi obtainere
debent membra, & vitam. Super eo tamen,
quod inique fecit, est legitime puniendus, & hoc
verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus
populator agrorum, qui dum itinera frequen-
tar, vel publicas stratas obsidet, ob transgressio-
nis insidias, ab ecclesia extrahi potest, impuni-
tate non præstata, secundum canonicas sanctiones.
Si vero servus fuerit, qui confugerit ad eccle-
siam, postquam de impunitate sua dominus ejus
clericis juramentum præstiterit, ad servitium do-
mini sui redire compellatur, & invitatus; alioqui
a domino poterit occupari, &c. Innocent. III. il-
lustri Regi Conatæ *. V. I. Præsenti, 2. C. de iis
qui ad ecclesiæ confugiunt §. Sane. Instit. de iis
qui sunt sui juris, vel alieni.

C A P U T VII.

23. q. 8. c. 28. Si vobis. Quoniam saxe contingit, ut ad ecclesiam con-
fugiant, qui propter crimina in exilium vel insulæ
damnantur, aut certe quamcumque senten-
tiæ excipiunt, subveniendum est his, & sine
dubitacione petenda indulgentia. Hoc ergo de-
cercite, si vobis placet. Universi dixerunt: Pla-
cket, Op. constitutatur. Sardic. c. 7. G. 8. L.

C A P U T VIII.

Difl. 87. c. 6. Eos, qui ad ecclesiam confugerint, tradi non
oportere, sed loci sancti reverentia, & interces-
sione defendi. Araus. cap. 5. Raban. cap. 22. de-
poenit. Burch. lib. 3. c. 195. Ivo part. 3. c. 112.
decret.

C A P U T IX.

d. c. 6. Si quis mancipia clericorum pro suis mancipiis
ad ecclesiam confugientibus crediderit occupan-
da per omnes ecclesiæ districtissima damnatione

feriatur. Araus. c. 6. Burch. Op. Ivo ubi sup. Op.
part. 3. cap. 118. Op. part. 16. c. 70.

C A P U T X.

Servus reatu atrociori culpabilis, si ad eccle-
siam confugerit, a corporalibus tantum suppliciis
excusat. De peccatis vero, vel quocumque o-
pere, placuit a dominis juramenta non exigi.
Epaun. c. 39.

C A P U T XI.

Nullus clericorum servum, aut discipulum
suum ad ecclesiam confugientem, extrahere au-
deat, vel flagellare præsumat; quod si fecerit,
donec digne pœnitiat, a loco, cui honorem non
dedit, segregetur. Herd. c. 8. Ivo lib. 2. tit. 7. c. 5.
pan. Op. part. 3. c. 117. Op. part. 9. c. 370. decr.
Cæsar. lib. 7. c. 5.

C A P U T XII.

Ecclesiastici canones, & lex Romana consti-
tuerunt, ut ab ecclesiæ atriis, vel domo Episcopi
reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri
consignari, nisi ad Evangelia datis sacramentis
de morte, & debilitate, & omnium pœnarum
genere sint securi, ita ut ei, cui reus fuerit crimi-
nosus, de satisfactione conveniat. Quod si quis
sua sacramenta convictus fuerit violasse reus per-
jurii, non solum a communione ecclesiæ, vel o-
moum clericorum, verum etiam & a catholico-
rum convivio separetur. Quod si is, cuius reus
est, noluerit intentione faciente componi, & ipse
reus de ecclesia actus timore discesserit, ab eccle-
siæ clericis non queratur. Aurel. c. 1. vel 3. Ra-
ban. c. 22. de pœn. Burch. lib. 3. c. 190. Ivo part.
3. c. 107. decr.

C A P U T XIII.

De raptoribus id constituendum esse censi-
mus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confu-
gerit, & foeminam ipsam violentiam pertulisse
constiterit, statim liberetur de potestate raptoris,
& raptor mortis, vel pœnarum impunitate
concessa, aut serviendi conditioni subjectus sit,
aut redimendi se liberam habeat facultatem, &c.
Aurel. cap. 2. vel 4. Raban. cap. 22. de pœnit.
Burch. lib. 3. cap. 191. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 1.
panorm. Op. part. 3. cap. 108. decret. Anselm.
lib. 10. cap. 57. Cæsar. lib. 10. cap. 89. Op. lib.
15. cap. 68.

C A P U T XIV.

Servus, qui ad ecclesiam confugerit pro quali-
bet culpa, si a domino pro admisla culpa sacra-
mentum suscepit, statim ad servitium domini
sui redire cogatur, & posteaquam dato sacra-
mento, domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœ-
na pro eadem culpa, qua excusat, probatus
fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesiæ, & præ-
varicatione fidei, a communione, & convivio
catholicorum extraneus habeatur. Si vero servus
pro culpa sua ab ecclesia defensatus, sacramenta
domini, clericis exigentibus, de impunitate per-
ceperit, exire nolentem a domino liceat occupa-
ri. Aurel. cap. 3. vel 5. Raban. ubi supra. Burch.
lib. 3. cap. 192. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 2. panorm.
Op. part. 3. cap. 109. decret.

C A P U T XV.

De mancipiis Christianis, quæ in Iudaorum
ser-

16 Juris Pontificii Veteris Epitome

servitio detinentur, si eis, quod Christiana religio vetat, a dominis imponitur, aut si eos de ecclesia excusatos tollant pro culpa, quæ remissa est, & affligere, aut cedere fortasse presumperint, & ad ecclesiam iterato configurerint, nullatenus a sacerdote reddantur, nisi pretium offeratur, ac detur, quod mancipia ipsa valere pronunciaverit juxta taxationem. *Aurel. III. c. 13.*

C A P U T XVI.

Si quis necessitatis impulsu ad ecclesiæ septa configurerit, & sacerdote, vel præposito ecclesiæ prætermisso, atque contempto, eum quisque de locis sacris, vel altari seu vi, seu dolo abstrahere, aut sollicitare forte presumperit, ut inimicus ecclesiæ ab ejus liminibus arceatur, quounque juxta Pontificis distinctionem digna pro indicta poenitentia emendatio subsequatur, eo tamen, qui abstractus est, prius ecclesiæ restituto. *Aurel. IV. cap. 21.*

C A P U T XVII.

Quæcumque mancipia sub specie conjugii ad ecclesiæ configurerint septa, ut per hoc credant posse fieri conjugia, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio a clericis defensetur, &c. ne in sanctis locis talis coitus misceatur. De qua re decernimus, ut parentibus, aut propriis dominis, prout ratio poscit, personarum accepta fide, restituti, sub separationis promissione reddantur. Postmodum tamen a parentibus, atque dominis libertate concessa, si voluerint, eos propria voluntate conjungant. *Aurel. IV. cap. 23.*

C A P U T XVIII.

Cum prioribus canonibus jam fuerit definitum, ut de mancipijs Christianis, quæ apud Judæos sunt, si ad ecclesiam configurerint, & redimi se postulaverint, etiam si ad quoscumque Christianos refugerint, & servire Judæis noluerint, taxato, & oblatio a fidelibus justo prelio, ab eorum domino liberentur: itidem statuimus, ut tam iusta constitutio ab omnibus catholicis observetur. *Aurel. IV. cap. 29. Vid. Aurel. III. cap. 3.*

C A P U T XIX.

Quæcumque timet violentiam, & vult habere maritum, refugiat ad ecclesiam, donec propinqui possint eam Principis imperio, aut sacerdotis, vel ecclesiæ beneficio liberare, & defensare, ac condigno sociare marito. *Turon. II. cap. 21. in fin.*

C A P U T XX.

De servis, qui pro qualibet caussa, ad ecclesiæ septa configurerint, si quid in antiquis constitutio-nibus tenetur scriptum, pro concessa culpa datis a domino sacramenti, quisquis ille fuerit, egrediatur de venia jam securus. Enimvero si immemor fidei dominus transcendisse convincitur, quod juravit, ut is, qui veniam acceperat, probetur postmodum pro ea culpa qualicumque supplicio cruciatus dominus ille, qui immemor fuit datæ fidei, suspensus sit ab omnium communione. Item si servus, pro venia datis sacramenti a domino, jam securus exire noluerit, ne sub tali contumacia requirens locum fugæ domino fortasse depereat, egredi nolentem a domino eum diccat occupare, ut nullam quasi propter ten-

tationē * servi quibuslibet modis molestiam, aut calumniam patiatur ecclesiæ, fidem tamen dominus, quam pro concessa venia dedit, nulla temeritate transcendet. Quod si Gentilis dominus fuerit, aut alterius sectæ, quia conventu ecclesiæ probatur extraneus, is, qui servum repetit, personam requirat bonæ fidei Christianum, ut ipse in persona domini pro servo præstet sacramentum, quia ipsi possunt servare, quod sacrum est, qui post transgressionem, ecclesiæ metuunt disciplinam. *Aurel. V. cap. 23.*

C A P U T XXI.

Comperimus quosdam pseudochristianos de sacrosanctis ecclesiis suæ religionis oblitos fugitivos subtrahere, ideo censemus, ut quicunque culpa compellente, aut potentum importuna non sustinens, suæ gremium matris ecclesiæ petierit, usque ad præsentiam sacerdotis in eodem loco inconcussa permaneat, nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo fugitivo eriam in locis sacris violentiam inferre. Sic enim mundani Principes suis legibus censuerunt, ut quicumque ad eorum statuas fugerit, illæsus habeatur, quanto magis hi permanere debent indemnati, qui patrocinia immortalis regni, & cœlestis adepti sunt? Si tamen aliquo facto tenentur obnoxii, qui ad ecclesiam sunt a fuga versi, quo jam sacerdoti culpæ eorum innotescant, etiam ipsi consultum ferant, qualiter Dei habitaculum per subtractionem non violetur illorum. *Mati-scon. II. cap. 8.*

C A P U T XXII.

Licet reverentissimi canones, atque sacratissimæ leges de Episcopali audientia in ipso pene Christianitatis principio sententiam protulerint, tamen quoniam eadem postposita humana in sacerdotes Dei gravissimum temeritas, ita ut de atriis venerabilium ecclesiæ violenter abstractos, ergastulis publicis adducant, censemus, ut Episcopum nullus sæcularium fascibus præditus, jure suo contumaciter, ac perperam agens, de sancta ecclesia, cui præst, trahere audeat. Nefas est enim, ut illius manibus Episcopus, aut iussione de ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exoriat, & cui invocato nomine Domini ad salvationem corporis, animæque Eucharistiam sæpe porrexit. Hoc enim decretum a nobis prefixum, qui fuerit audacter transgressus, tam ipse, quam omnes, qui ei consenserint, usque ad generale concilium anathemate de ecclesia separantur. *Mati-scon. II. cap. 9.*

C A P U T XXIII.

Neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de ecclesiis trahantur, aut injuriam aliquam inscio Episcopo eorum pariantur. Sed quidquid quis adversus eos habuerit, in notitiam Episcopi proprii perducat, & ipse caussam justitia præiente discutiens animo clericos accusantis satisfaciat. *Cap. 10. ejusdem concilii.*

C A P U T XXIV.

Quisquis virtutem petens defendere adversiorum, & patriæ, vel genti suæ detrimenta intulerit rerum, in potestatem Regis, ac gentis suæ reductus, excommunicatus, & retrulus longi-

* *retentio nem, f.*

ginqioris pœnitentia legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum, & reverentia loci Regia in eos pietas reseretur, comitate justitia. *Tolet. XI. cap. 12.*

C A P U T XXV.

^{17.9.4.6.35.} Pro his, qui quolibet metu, vel terrore ecclesiæ appetunt, consentiente domino nostro E-
Definivit.
^{* Ervicio.} ringio * Rege, definimus, ut nullus audeat confu-
gentes ad ecclesiam, vel residentes abstrahere, aut quocumque nocibilitatis, vel damni, seu spolii residentibus in loco sancto inferre; sed esse potius his ipsis, qui ecclesiam petunt, per omnia licitum in triginta passus ab ecclesiæ januis pro-
gredi, in quibus xxx. passibus uniuscujusque ec-
clesiæ in toto circuitu reverentia defendatur. Sicut tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, in extra-
neis, vel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscedant. Sed in hoc xxx. passuum nume-
ro, absque domorum extranearum receptaculo, progredientes, aditum obtinebunt, ut ad requisita naturæ usum debitum exeat locis, & nullo te-
neantur eventu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentaverit violare, & ecclesiastica excommunicationi subjaceat, & severitatis Regiæ feriatur sententia. Ipsos tamen, qui ad ecclesiæ confugium fecerint, si juxta prisorum cano-
num instituta, hi, qui eos repetunt, sacramenta reddiderint, & sacerdos ecclesiæ ipsius ab ecclesiæ non abstraxerit foribus, aut fuga talium, si evenierit, sacerdoti quærenda est, aut damnorum sententia secundum electionem Principis hujusmodi sacerdotibus irroganda. *Tolet. XII. cap. 10. Ivo lib. 2. tit. 7. c. 7. panorm. C part. 3. c. 121. decr.*

C A P U T XXVI.

^{17.9.4.6.9.} Reum confugientem ad ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnam, vel ad mortem, ut honor Dei, & sanctorum ejus conservetur. Sed rectores ecclesiarum pacem, & vitam, ac membra ejus obtinere studeant, tamen legitime componat, quod inique fecit. *Magni. cap. 39. Capitul. lib. 5. cap. 90. C lib. 7. c. 29. in addit. Burch. lib. 3. cap. 194. Ivo lib. 2. tit. 7. cap. 4. panorm. C part. 3. c. 111. C 123. de- cret. Tarr. lib. 6. c. 356.*

T I T U L U S XVIII.

DE IMMUNITATE ECCLESiarum.

C A P U T I.

^{De jure patr. c. 4. Gr. IX. &c. 5. eod. tit. in 1. coll.} IN tantum quorundam laicorum processit au-
dacia, &c. ut tam ecclesias ipsas, quam ea-
rum homines, talliis, & exactionibus gravare præsumant, eos, qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos. *Alex. III. in concil. Lateran. cap. 14.*

C A P U T II.

^{De imm. eccl. c. 4. Gr. IX. & in 1. coll.} Non minus pro peccato eorum, qui faciunt gravem nimis esse dinoscitur, quod in diversis parti- bus mundi, Rectores, & Consules civitatum, nec non & alii, qui potestate habere videntur, tot ecclesiis frequenter onera imponunt, & ita gravi- bus eas, crebrisque exactionibus premunt, ut de- terioris conditionis factum sub eis sacerdotium

Tom. VI.

videatur, quam sub Pharaone, &c. Ille quidem *Gen. 47.*

omnibus aliis servituti subjectis, sacerdotes suos, & eorum possessiones in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit. Ipsi vero universa fere onera sua imponunt ecclesiis, & tot angariis eas affligunt, ut quod Hieremias ait, *Thr. 1. a.* competit: *Princeps provinciarum facta est sub tributo.* Sive quidem fossata, sive expeditiones, sive quælibet alia sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum, clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis cuncta voluntare compilari*. * complevi. Jurisdictionem etiam, & auctoritatem Episco-
porum, & aliorum Prælatorum ita evan-
tient, ut nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse, &c. Quocirca sub anathematis distri-
ctione severius prohibemus, ne de cætero talia præsumant attentare, nisi Episcopus, & clerici tantam necessitatem, vel utilitatem aspexerint, ut absque coactione ad relevandas communes ne-
cessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesiæ existimant conferenda. Si autem consules, aut alii de cætero id præsum-
pserint *, & commoniti desistere forte noluerint, * ista com-
tam ipsi, quam eorum fautores excommunicatio- miserint.
ni se noverint subjacere, nec communioni fideli-
um redditur, nisi satisfactionem fecerint com-
petentem pœnitentes. *Alex. III. in concil. Later. cap. 19.*

C A P U T III.

Nimis de jure divino quidam laici usurpare *De jure juri.*
conantur, cum viros ecclesiasticos nihil tempo- *30. Gr. IX. c.*
rale continent, ab eis ad præstandum sibi fideli-
tatis juramenta compellunt. Quia vero secundum *3. eod. tit. in*
Apostolum, *servus domino suo star, aut cadit:* *4. coll.*
facri auctoritate conciliu prohibemus, ne tales *Rom. 14.*
clericis personis sæcularibus præstare cogantur hu-
jusmodi juramentum. *Innoc. III. in concil. genera-*
Later. cap. 43.

C A P U T IV.

Adversus Consules, ac rectores civitatum, & *De immun.*
alios, qui ecclesias, & viros ecclesiasticos talliis, *ecl. 7. Greg.*
seu collectis, & exactionibus aliis aggravare ni- *IX. c. 3. de*
tuntur, volens immunitati ecclesiastica *conf. in 4.*
Lateranense concilium providere, præsumptores hujus-
modi sub anathematis distictione prohibuit,
transgressores, & fautores eorum excommunica-
tioni præcipiens subjacere, donec satisfactionem
impendant competenter, &c. quoniam vero ne-
sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam con-
quievit, adiicimus, ut constitutiones, & senten-
tiae, quæ ab excommunicatis hujusmodi, vel de
iporum mandato fuerint promulgatae, inane, &
irritæ habeantur, nullo umquam tempore va-
litoræ, &c. nullus vano decipiatur errore, ut in-
fra tempus regiminis sustineat anathema, quasi
post illud non sit ad satisfactionem debitam com-
pellendum. Nam & ipsum, qui satisfacere recusa-
verit, & successorem ipsius, si non satisficerit in-
fra menem, manere docernimus ecclesiastica cen-
sura conclusum, donec satisficerit competenter,
cum succedat in onere, qui substitutus in hono-
re. *Innoc. III. in concil. genera. Later. cap. 46.*

C A P U T V.

Ut pastus Imperatoris ab Episcopis, & Comi-

C

ii.

18 Juris Pontificii Veteris Epitome

tibus secundum antiquam consuetudinem solvatur. Quod si novo tempore fiscus Comitalis in jus ecclesiasticum concessus est, augeatur stipendium Imperiale ab ecclesia, juxta quod respubicae fuerint minoratae. *Joannes IX. in syn. Raven. part. 2. cap. 8.*

C A P U T VI.

Ut plebes ecclesiae nullatenus aut Comitibus, aut Episcoporum vassallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur. *Joann. IX. in syn. Raven. part. 2. cap. 10.*

C A P U T VII.

De immunitate ecclesiarum. ecel. c. 1. Gr. IX. & in 1. coll. Ut in domibus ecclesiarum neque missus, neque Comes, vel judex quasi pro consuetudine neque placitum, neque hospitium vindicent, sed in publicis locis * domos constituant, in quibus placitum teneant, & secundum antiquam consuetudinem hospitentur. *Ibid. cap. 11.*

C A P U T VIII.

Nullus judex laicus, vel Vicarius in ecclesia, vel coemeteria aliquam potestatem exerceat, vel aliquem distingat, aut capiat, aut furtum ibi requirat. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. incert. c. 12.*

C A P U T IX.

24. q. 3. c. 24. Paternarum traditionum exemplis communitati, pastoralis officii debitum persolventes, ecclesias, cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conversos, oratores quoque cum suis nihil minus rebus, quas ferant, tutos, & sine molestia esse statuimus, &c. *Callist. II. cap. 19. in concil. Rom.*

C A P U T X.

12. q. 4. c. 69. Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel omnium clericorum a judicibus, vel auctoribus publicis in diversis angariis fatigari dolemus: propterea petit concilium a glorioissimo domino nostro, ut tales ausus inhibeat, sed servi superSCRIPTORUM officiorum in eorum usibus, vel ecclesiae laborent. Si qui vero judicum, aut auctorum clericum, aut servum clerici, vel ecclesiae in publicis, ac privatis negotiis occupare voluerit, a communione ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus. *Tolet. III. cap. 21. Capit. lib. 7. cap. 290. Ivo part. 3. c. 138. decret.*

C A P U T XI.

Onnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica inductione, atque labore habentur immunes, ut liberi Deo serviant, nullaque praepediti necessitate, ab ecclesiasticis officiis retrahantur. *Tolet. IV. cap. 46.*

C A P U T XII.

Ut omnes immunitates in universis ecclesiis conservatae sint. *Vernen. cap. 19.*

C A P U T XIII.

Ut ab ecclesiis vestre ditioni subjectis indebitas consuetudines, & injustas exactiones de cætero non exacteatis, sed ita eas conservetis, sicut ordo docet canonicus, & tempore avi, & patris vestri conservatae fuerunt. *Melden. cap. 19. ex Belvacen.*

C A P U T XIV.

Præcepta regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio sinit, nec auctoritas quolibet mo-

do permittit. Quoniam præcepta in jure ecclesiastico firmare, indignum judicet necesse est mæstas regia, nisi ab ecclesiastico rectore petantur. Idem autem custos ecclesiæ solertissime caveat, ne sui ordinis, & ecclesiasticæ communionis forte immemor, contra auctoritatem, præceptum regium pro quacumque absentatione fieri petat, qui & si fecerit, non audiatur, &c. *Belvacen. apud syn. Melden. cap. 22.*

C A P U T XV.

Nemo vivente Episcopo ecclesiam illius aut res ad eam pertinentes invadere, aut dominari præsumat, neque sub voluntariæ cleri, ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Episcopi quisquam quacumque sæculari potestate præditus, quasi æconomum constitutus, &c. *Meld. cap. 47.*

C A P U T XVI.

Ut ab ecclesia indebitas consuetudines, seu injustas exactiones de cætero non exacteatis, sed sic eas conservetis, sicut tempore avi, & patris vestri conservatae fuerunt. *Syn. Melden. ad Carolum Calvum, cap. 85.*

C A P U T XVII.

Decreverunt sancti Pontifices, ut ecclesiae, quæ olim indulgentia religiosorum Principum, vel aliorum fidelium devotione immunitatem meruerint, ea in perpetuum perfaci finerentur. *Synod. apud S. Medard. cap. 5.*

C A P U T XVIII.

Decernimus, ut cultus, & honor ecclesiastici Dei in omnibus, & ab omnibus religiose custodiatur, & digna reverentia immunitatibus eorum, ac ministris exhibeatur, sed & Regem, ac Principes condeceret, ut privilegia ex antiquo ecclesiis Dei concessa roborentur, & stabiliter observari jubeant, & quemadmodum ab antecedentibus Regibus honoratae, vel rebus ampliatae, seu ditatae fuerunt, ita de cætero sub omni integritate salva æquitatis ratione permaneant. *Syn. Trost. cap. 1.*

C A P U T XIX.

Ab antiquo tempore constitutum est, ut sicut habet Episcopus in sua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus rusticis parochiis, quas per tricencium inconcurre possidet, ita & unusquisque presbyter in suæ ordinationis, ac dispensationis cura habeat parochiam suam cum dote, & decimis ecclesiæ, videlicet, cum sui Episcopi consilio, ac dispensatione, secundum regulas antiquitus, & divinitus constitutas, &c. Decimas, primitias fructuum, & oblationes eorum, & ea, quæ parochiis, terris vineis, mancipliis, atque pecuniis, seu quibuslibet rebus quicunque fideles obtulerint, omnia sub immunitate a tributis fiscalibus, & omni dominorum exactione libera sub potestate, & dispositione, ut diximus, Episcoporum, & regimine, ac dispensatione presbyterorum manere debent inconcessa. Hoc & dominus Imperator Ludovicus de manso ad ecclesiam dato, & cæteris ad eam pertinentibus in suo capitulari ita constituit. *Sancitum est,* 23. q. 8. c. *ut unicuique ecclesiæ unus mansus integer absque aliquo servitio attribuatur, &c. Trostian.* 25. de censib. c. 1. Gr. IX. & in 1. coll. *cap. 6.*

cap. 6. Vid. Vormacien. cap. 50. Capit. lib. 1. c. 91. Burch. lib. 3. cap. 52. Ivo part. 3. c. 55. C part. 16. cap. 262. decret.

interrog. 1. quibusdam 2. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 8. panorm. Anselm. lib. 5. cap. 64. Caesar. lib. 7. c. 106. Tarrac. lib. 1. c. 180.

C A P U T X.

Statuimus, ut ecclesiae Dei per totius regni nostri fundatæ terminos, sub nostræ emunitatis tuitione securæ cum rebus, & familiis permaneant, ceu prædecessorum nostrorum piissimorum videlicet Augustorum temporibus fuisse probantur, earumque rectores propriis utantur privilegiis, &c. *Ludou. Imp. in edicto apud fin. Ticin. post princ.*

T I T U L U S XIX.

EPISCOPUS VISITET ECCLESIAS SUÆ DIŒCESIS.

Vide supra libro quarto titulo sexagesimo tertio.

T I T U L U S XX.

DE MANUMISSIS IN ECCLESIA.

Vide supra libro decimo titulo vicefimo sexto.

T I T U L U S XXI.

DE TERTIA, VEL QUARTA ECCLESiarum FABRICÆ CONSTITUTA.

C A P U T I.

DE redditibus ecclesiae quatuor partes fiant, quarum una cedat Pontifici ad sui sustentationem, alia presbyteris, & diaconis & omni clero, tertia templorum & ecclesiarum reparacioni, quarta pauperibus & infirmis, & peregrinis, &c. Si quis de clero, vel presbyteris obierit, si neminem de suo genere habuerit conformatem, quidquid paupertas ejus haberet, conferat ecclesiae, & exinde quatuor partes fiant, sicut supra dictum est. *Silvestr. in synodo Rom. CCLXXXIV. Episcop. c. 4.*

C A P U T II.

12. q. 2. c. 28. De red- Sola (Gaudenio Episcopo) ex redditibus ec- ditibus. &c. ecclesiae, & oblationibus quarta portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ ab Onagro presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur, ultima inter se clericis pro singulorum meritis dividatur. *Simplic. ep. 3. Anselm. lib. 5. cap. 66. Caesar. lib. 7. c. 101.*

C A P U T III.

12. q. 2. c. 27. Quatuor tam de redditu, quam de oblatione fidelium, &c. conveait fieri portiones, quarum sit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda, &c. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat inauratio manifesta sanctorum, &c. Gelas. ep. 1. c. 29. Paris. sub Lud. & Lothar. lib. 1. cap. 15. Vorm. cap. 47. Triburien. cap. 13. Burch. lib. 3. c. 137. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 7. panorm. C part. 3. c. 203. decret. Anselm. lib. 5. c. 68. Caesar. lib. 7. cap. 100.

C A P U T IV.

12. q. 2. c. 30. Mos Apostolicæ sedis est, ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut ex omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una videlicet Episcopo, & familiæ propter hospitalitatem, & susceptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis. Greg. ad August.

interrog. 1. quibusdam 2. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 8. panorm. Anselm. lib. 5. cap. 64. Caesar. lib. 7. c. 106. Tarrac. lib. 1. c. 180.

11. q. 2. c. 20. §. Red- ditus.

C A P U T V.

Fratrem, ac coepiscopum nostrum Bonifacium vobis ordinavimus sacerdotem, cui dedimus in mandatis, &c. ut de redditu ecclesie, vel oblatione fidelium quattuor faciat portiones, quarum unam sibi ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum fidelitate distribuat, tertiam pauperibus, & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam, de quibus Divino erit redditurus judicio rationem. *Greg. II. ep. 3. in princ.*

C A P U T VI.

Si ecclesia civitatis ejus, cui præstet Episcopus ita est idonea, ut ipsa nullius indigeat, quidquid parochiis fuerit derelictum, clericis, qui in ipsis parochiis deserviunt, vel reparationibus ecclesiasticis rationabiliter dispensetur. Si vero Episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit, parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis, vel architectis rationabiliter sufficiat, reservetur. Quod autem amplius fuerit, propter majores expensas Episcopus ad se debeat revocare, &c. *Carpen. c. un.*

C A P U T VII.

Si qua basilica reperta fuerit destituta, ordinatione Episcopi reparari præcipiatur, quia tertia pars ex omnibus antiqua traditione, ut accipitur ab Episcopis, novimus statutum. *Tarrac. c. 8. Burch. lib. 3. c. 33. Ivo part. 3. c. 38. decret.*

C A P U T VIII.

Placuit ut de rebus ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, una Episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis ecclesiæ, de qua parte, sive Archipresbyter, sive Archidiaconus illam administrans Episcopo faciat rationem. *Brac. c. 25.*

C A P U T IX.

Nullus Episcoporum per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedrae sua, id est solidos duos aliquid aliud per ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat. Sed illa tertia pars pro luminariis ecclesiæ, vel reparatione * servetur, & per singulos annos Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illam Episcopus tollat, lumen, & sartarecta abstulit ecclesiæ. Neque parochiales clerici servili more in aliquibus operibus Episcopis servire cogantur, quia scriptum est: *Neque ut dominantes in clero. Brac. II. c. 2.*

2. Pet. 5. a.

C A P U T X.

Placuit huic sancto concilio, ut nullus provinciæ Lusitanæ Episcopus a qualibet parochiana ecclesia tertiam auferre præsumat, sed quæcumque exinde consequi poterat, totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat. *Emeriten. cap. 16. Innoc. III. lib. 2. ep. 121. registri.*

C A P U T XI.

Unio nostræ adunationis decernit, & constituit ut tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas Episcopis censuerunt, si eas exigendas

cre-

20 Juris Pontificii Veteris Epitome

crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ ecclesiæ re-parentur; sin vero illis maluerint cedere, ab ea-rundem ecclesiæ cultoribus, sub cura, & sol-litudine sui Pontificis reparatio eisdem est adhi-benda basilicis. Quod si omnes ecclesiæ, aut inco-lumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint, secundum antiquorum canonum insti-tuta, tertias sibi debitas unusquisque Episcopus assequi si voluerit, facultas illi omnimoda erit, ita videlicet, ut citra ipsas tertias, nullus Epi-scoporum quipiam pro Regius inquisitionibus a parochianis ecclesiæ exigat, nihilque de prædis iplarum ecclesiæ cuiquam alicujus causa flan-pendii dare præsumat. *Tolet.* XVI. c. 5.

C A P U T XII.

^{12. q. 3. c.} ^{17.} Quatuor tam de redditibus, quam de oblatio-ne fidelium, prout cujuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decre-tum, convenit fieri portiones, quarum sit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta ecclesiæ fabricis applicanda juxta consti-tutionem Episcopalem. *Magunt.* sub *Raban.* cap. 10.

C A P U T XIII.

De redditu ecclesiæ, & de oblatione fidelium quatuor fiant portiones, quarum unam sibi rei-neat Episcopus, alteram clericis, &c. distribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam eccl-eiasticis fabricis noverit reservanda n. *Vorm.* c. 7.

C A P U T XIV.

^{12. q. 2. c.} ^{27.} Quatuor fieri partes juxta canones judicamus de decimis, & oblationibus fidelium: ut una sit Episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restorationi ecclesiæ servetur, sicut in epistola Gelasii cap. xxviii. legitur. *Tribur.* c. 53. *Burch.* lib. 3. c. 133. *Ivo lib.* 2. tit. 5. c. 4. *pan.* C part. 3. c. 199. *decr.*

C A P U T XV.

Qualiter (decimæ oblationes) dispensari debeant, canones sancti instituunt, scilicet, ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam eccl-eiæ relevandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quar-ta Episcopo reservanda, ut quidquid exinde justerit, prudenti consilio fiat. *Namet.* c. 10. *Burch.* lib. 3. c. 138. *Ivo part.* 3. c. 204. *decr.*

T I T U L U S XXII.

DE ECCLESIIS, QUAS CONSTANTINUS IMPERATOR æDIFICAVIT.

C A P U T I.

SIlvestri temporibus fecit Constantinus Augu-stus basilicas istas, quas & ornavit. Basilicam Constantinianam, ubi posuit dona ista, fastigium argentum, &c. *Damas.* in *Silv.* post princ.

C A P U T II.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Petro Apostolo in templo Apolinis, cuius locum cum corpus sancti Petri recon-didit, undique ex ære Cyprio conclusit, &c. *Ibid.* ante med.

C A P U T III.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Paulo Apostolo ex suggestione sancti Silvestri Episcopi, cuius corpus sanctum

ita recondidit in ære, & conclusit, sicut beati Pe-tri, & dona obtulit, &c. *Ibid.* ante med.

C A P U T IV.

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in Palatio Sessoriano, ubi de ligno sanctæ crucis posuit, & in auro, & gemmis conclu-sit, ubi & nomen ecclesiæ dedicavit, quo nomi-natur usque in hodiernum diem *Hierusalem*. In quo loco constituit dona ista, &c. *Ibid.* in med.

C A P U T V.

Eodem tempore fecit basilicam sanctæ mar-tyris Agnetis ex rogatu filiæ suæ, & baptiste-rium in eodem loco, ubi baptizata est soror ejus Constantia una cum filia Augusti, & ibidem con-stituit hæc, &c. *Ibid.* post med.

C A P U T VI.

Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano supra arenarium cryptæ, & usque ad corpus sancti Laurentii martyris fecit gradus ascensionis, & descensionis, &c. *Ibid.* post med.

C A P U T VII.

Eisdem temporibus Constantinus Augustus fe-cit basilicam via Lavicana inter duas lauros beato Petro, & Marcellino martyribus, & ma-goleum, ubi beatissimam Augustam matrem suam posuit in sarcophago porphyretico, &c. *Ibid.* ante fin.

C A P U T VIII.

Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basili-cam in civitate Ostia juxta portum urbis Romæ beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Joannis Baptista, ubi obrulit hæc, &c. Item quæ obtulit Gallicanus basilicæ suprascriptæ, sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Joannis Baptista, &c. *Ibid.* ante fin.

C A P U T IX.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus basili-cam in civitate Albanensis S. Joannis Baptista, ubi posuit hæc, &c. *Ibid.* ante fin.

C A P U T X.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augu-stus intra urbem Capuanam basilicam Apostolo-rum, quam cognominavit Constantinianam, ubi & obtulit dona hæc, &c. *Ibid.* ante fin.

C A P U T XI.

Eisdem temporibus fecit Constantinus Augu-stus basili-cam in urbe Neapoli, ubi obtulit hæc, &c. *Ibid.* ante fin.

C A P U T XII.

Eisdem temporibus constituit B. Silvester in urbe Roma titulum suum in regionem tertiam juxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Trajanæ, titulum scilicet Silvestri, ubi donavit Constantinus Augustus patenam, &c. Obtulit, & omnia necessaria titulo Equitii. *Ibid.* in fin.

C A P U T XIII.

Constantinus sepulchrum Domini in eccl-eiam erexit destructo templo Veneris. *Theodo-rit. tripart.* lib. 2. c. 16.

C A P U T XIV.

Idem CP. duas ecclesiæ ædificavit, Irenem, & Apostolorum. *Socr. tripl. lib.* 2. c. 18.

CA-

C A P U T XV.

^{12. q. 1. f.} Constantinus primus fidem veritatis patenter
^{13.} Fuit adeptus licentiam dedit per universum orbem,
 ram. sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi ecclesias, & prædia tribuenda constituit. Denique idem Princeps dona immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri Principis Apostolorum instituit, &c. N. de *primitiva ecclesia*. Burch. lib. 3. cap. 5. Ivo lib. 2. tit. 1. cap. 3. panorm. C part. 3. c. 7. decr.

T I T U L U S XXIII.

*DE ECCLESIIS, ET TITULIS, QUÆ
VARII PONTIFICES ROMANI
ÆDIFICARUNT.*

In libro primo, titulo ultimo, quibus adde:

C A P U T I.

^{* Domitia.} Ille fecit in urbe Roma ecclesiam in praedio cuiusdam presbyteri sui Equitii juxta thermas Trajanas*, quem titulum Romanum constituit, & usque in hodiernum diem appellatur *titulus Equitii*, ubi & hæc dona contulit, &c. Hic fecit constitutum etiam de omni ecclesia, &c. *Dam. in Silv. in princ.*

C A P U T II.

Marcus fecit duas basilicas, unam via Ardeatina, ubi requiescit, & aliam in urbe Roma juxta Palatinas, ex hujus suggestione obtulit Constantinus Augustus basilicæ, quam constituit via Ardeatina, fundum, &c. in basilica in urbe obtulit, &c. *Dam. in Marc.*

C A P U T III.

Julius fecit basilicas duas, unam juxta forum & aliam via Flaminia, & coemeteria tria, unum via Flaminia, aliud via Aurelia, & aliud via Portuensi. *Dam. in Julii.*

C A P U T IV.

Liberius tenuit basilicas beati Petri, & beati Pauli, & basilicam Constantinianam annis vii. &c. ornavit de platonis marmoreis sepulchrum sanctæ Agnetis martyris. Fecit basilicam nomini ^{* Livie, f.} suo juxta macellum Lybiæ*. *Dam. in Liberii in fin.*

C A P U T V.

Felix secundus fecit basilicam via Aurelia millario ab urbe secundo, cum presbyterii honore fungeretur, & ad eandem basilicam emit agrum circa locum quem obtulit ecclesia, quam fecit. *Dam. in Felic. II.*

C A P U T VI.

Damasus fecit basilicas duas, unam juxta theatrum sancti Laurentii, & aliam via Ardeatina, ubi requiescit intra catacombas, ubi jacuerunt corpora sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, in quo loco dedicavit platoniam ipsam, ubi jacuerunt corpora sancta, & versibus exornavit, &c. Hic constitutum fecit de ecclesia, &c. Hic constituit titulum in urbe Roma basilicam, quam ipse construxerat, ubi donavit patenam, &c. *Ex Pontific.*

C A P U T VII.

Anastasius fecit constitutum de ecclesia, & basilicam, quæ dicitur Crescentiana in regione secunda in via Mamurtina in urbe Roma. *Ex Pont.*

C A P U T VIII.

Innocentius dedicavit basilicam sanctorum Gervasio, & Protasio ex devotione testamenti cuiusdam illustris foeminae Vestinæ laborantibus presbyteris Ursicino, & Leopardi, ac diacono Libiano. Quæ foemina testamenti paginam sic ordinavit, ut basilica sanctorum martyrum ex ornamentis, & margaritis venditis justis æstimationibus construeretur, & constructa est ulque ad perfectum. In quo loco beatissimus Innocentius ex delegatione illustris foeminae Vestinæ titulum Romanum constituit, & in eadem domo obtulit, &c. Hic constituit basilicam sanctæ Agnetis martyris a presbyteris Leopardi, & Paulino sollicite ac digae gubernari, & regi, & ornari, & ex dispositione Vestinæ tituli supradicti presbyteris est concessa potestas. *Ex Pontif.*

C A P U T IX.

Cælestinus dedicavit basilicam Julii, in qua obtulit, &c. *Ex Pontif.*

C A P U T X.

Xystus tertius fecit basilicam sanctæ Mariæ matris Domini, quæ ab antiquis Liberi cognominabatur, juxta macellum Lybiæ*, ubi & obtulit hæc, &c. *Ex Pontif.*

C A P U T XI.

Leonis temporibus fecit Demetria ancilla Dei basilicam sancto Stephano via Latina millario tertio in prædio suo, &c. Leo beati Petri Apostoli basilicam renovavit, & fecit ibi cameram, quam & ornavit, & beati Pauli basilicam post ignem divinum renovavit, fecit & cameram in eadem. Similiter & in basilicæ Constantiniana. Fecit quoque basilicam sancto Cornelio Episcopo, & martyri juxta coemeterium Callisti via Appia. Hic constituit monasterium apud Petrum Apostolum. Hic etiam constituit, & addidit super sepulchra Apostolorum ex clero Romano custodes, qui dicuntur *Cubilarii*. *Ex Pontif.*

C A P U T XII.

Hilarius fecit constitutum de ecclesia in basilicæ ad sanctam Mariam, &c. Hic fecit oratoria tria in basilicæ Constantinianæ baptisterio, sancti Jo. Baptista, & sancti Jo. Evangelista, & sanctæ Crucis, omnia ex argento, &c. In urbe Roma constituit ministeriales, qui circuirent constitutas stationes Scyphos per titulos xxv. &c. Hic fecit monasteria ad sanctum Laurentium, & balneum, & prætorium sancto Laurentio: fecit autem oratorium sancti Stephani in baptisterio Lateranensi, & bibliothecas duas in eodem loco. Ad iunam vero monasterium in urbe construxit. Sepultus est ad sanctum Laurentium in crypta juxta corpus beati Xysti. *Ex Pontif.*

C A P U T XIII.

Simplicius dedicavit basilicam sancti Stephani in Celio monte in urbe Roma, & basilicam beati Apostoli Andreæ juxta basilicam sanctæ Mariæ & alia basilicam sancti Stephani juxta basilicam sancti Laurentii, & aliam basilicam intra urbem Romanam juxta Palatum Licinianum beatæ martyris Vibianæ, ubi corpus ejus requiescit. Hic constituit ad sanctum Petrum Apostolum, & ad sanctum Paulum Apostolum, & ad sanctum Lau-

ren-

rentium martyrem hebdomadas, ut presbyteri manerent ibi propter pœnitentes, & baptismum, regionem tertiam ad sanctum Laurentium, regionem primam ad sanctum Paulum, regionem sextam, vel septimam ad sanctum Petrum. Sepultus est in basilica beati Petri Apostoli. *Ex Pont.*

C A P U T XIV.

Felix tertius natione Romanus ex patre Felice presbytero de titulo Fasciolæ, &c. Fecit basilicam sancti Agapeti juxta basilicam sancti Laurentii martyris. *Ex Pontif.*

C A P U T XV.

Gelasius dedicavit basilicam sanctæ Euphemiae martyris in civitate Tiburtina millario xx. ab urbe, & basilicas sanctorum Nicandri, & Eleutherii, & Andreæ via Lavicana in fundo in villa Pertusa, & fecit basilicam sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Crispini millario ab urbe xx. *Ex Pontif.*

C A P U T XVI.

Symmachus fecit basilicam sancti Andreæ Apostoli apud beatum Petrum ubi fecit ciborium ex argento, & confessionem, &c. oratorium sancti Thomæ Apostoli ex argento, & confessionem, &c. confessionem sancti Cassiani, & SS. Prot., & Hiacynthi, &c. oratorium S. Apollinaris ex argento, & confessionem cum arcu, &c. oratorium S. Sofii ex argento, & confessionem, &c. Item ad fontem in basilica beati Petri Apostoli, oratorium sanctæ Crucis ex argento, confessionem, & crucem ex auro cum gemmis, ubi inclusit lignum dominicum, ipsa crux aurea penlat libras x. Fecit autem oratoria duo, sancti Joannis Evangelistæ, & sancti Joannis Baptiste, infra quorum confessiones fecit arcus argenteos pensantes libras xxx. Quæ cubicula omnia a fundamento perfecta construxit, basilicam beati Petri marmoribus ornavit, & cantharum beati Petri, cum quadriportico, &c. & gradus, &c. Hic fecit basilicam sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo Lardario, & a fundamento eam cum fonte construxit, &c. fecit basilicam sancti Pancratii, &c. Intra civitatem Romanam basilicam sancti Silvestri, & Martini a fundamento construxit juxta thermas Trajanas, &c. Ad beatum Joannem, & Paulum fecit gradus post absidam. Item archangeli Michaelis basilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam. Item ad sanctam Mariam oratorium sanctorum Cosmæ, & Damiani a fundamento construxit. Item via Tiburtina millario xxvii. ab urbe Roma rogatus ab Albino, & Gla phyra Praepositis illustribus de proprio facientibus a fundamento basilicam sancto Petro in fundo Paciano dedicavit, &c. Hic reparavit basilicam sanctæ Felicitatis, quæ in ruinam imminebat. Hic absidam B. Agnetis, quæ in ruinam imminebat, & omnem basilicam renovarat. *Ex Pont.*

C A P U T XVII.

Hormisda fecit Basilicam in territorio Alba nensi in possessione Mefontis. *Ex Pontif.*

C A P U T XVIII.

Felix quartus fecit basilicam sanctorum Cosmæ, & Damiani in urbe Roma in loco, qui appellatur via sacra juxta templum urbis Romæ.

Hujus temporibus consumpta est incendio basilica sancti martyris Saturnini via Salaria, quam a solo refecit. *Ex Pontif.*

C A P U T XIX.

Pelagii tempore initiata est ab eo basilica Apostolorum Philippi, & Jacobi, quæ dum initiatetur fabricari, mortuus est, & sepultus in basilica beati Petri Apostoli. *Ex Pontif.*

C A P U T XX.

Joannes tertius perfecit ecclesiam sanctorum Philippi, & Jacobi, & dedicavit eam. *Ex Pont.*

C A P U T XXI.

Honorius fecit a solo ecclesiam beatæ Agnetis martyris via Numentana millario ab urbe Roma tertio, ubi requiescit, quam undique exornavit, ubi posuit dona multa, ornavit autem sepulchrum ejus ex argento, &c. Item a solo fecit basilicam beati Apollinaris martyris in urbe Roma in portico beati Petri Apostoli, qui appellatur ad Palmara, ubi dona multa largitus est, &c. Fecit & ecclesiam beato Cyriaco martyri a solo via Ostiensi, millario vii, ubi & donum obtulit. Eodem tempore fecit Ecclesiam beatorum martyrum quatuor coronatorum, quam & dedicavit, & donum obtulit. Fecit ecclesiam beato Severino a solo juxta civitatem Tiburtinam millario ab urbe Romana xx. quam ipse dedicavit, & dona multa obtulit. Renovavit & coemeterium beatorum martyrum via Lavicana. Eodem tempore a solo fecit basilicam beato Pancratio via Aurelia millario ii. & ornavit sepulchrum ejus, &c. Fecit ecclesiam beatæ Luciæ in urbe Roma juxta sanctum Silvestrum, quam & dedicavit, & dona multa obtulit. Fecit ecclesiam beati Hadriani in tribus fatis*, quam & dedicavit, ubi & multa dona obtulit. *Ex Pontif.*

C A P U T XXII.

Theodorus fecit ecclesiam a solo beato Valentino via Flaminia juxta pontem Milvium, quam & ipse dedicavit, & dona multa obtulit. Fecit & oratorium beato Sebastianum intra episcopium Lateranen. ubi & dona largitus est. Fecit, & oratorium beato Euplo martyri foras portam beati Pauli Apostoli, quod etiam ornavit. *Ex Pontif.*

C A P U T XXIII.

Domino ecclesiam Apostolorum sitam via Ostiensi, ut decuit restauravit, atque dedicavit. Itemque ecclesiam sanctæ Euphemiae positam via Appia similiter dedicavit. *Ex Pontif.*

C A P U T XXIV.

Leo Junior fecit Ecclesiam in urbe Roma juxta sanctam Vibiniam, ubi & corpora sanctorum Simplicii, Faustini, Beatrixis, atque aliorum martyrum recondidit, & ad nomen beati Pauli Apostoli dedicavit sub die xx. Februar. ubi & dona obtulit. *Ex Pontif.*

T I T U L U S XXIV.

DE MATRICE ECCLESIA, ET DE EPISCOPIO.

C A P U T I.

Scripta contra imagines sacras tradantur in Episcopio C. P. ut cum aliis hæreticorum libris conserventur. Qui occultaverit, Episcopus, pre-

presbyter, diaconus deponatur, laicus, vel monachus excommunicetur. Nicen. II. c. 9.

C A P U T II.

^{9. q. 3. Cum simus. c. 3.} Oportet economos esse in Episcopiis, & monasteriis. Omnes canones servandi sunt, ille præserit, qui jubet economos esse in singulis ecclesiis, &c. Nicen. II. c. 11. Vide Chalced. c. 26. Ivo part. 5. c. 374. decr.

C A P U T III.

^{12. q. 2. c. 19.} Quicquid. Contra Episcopos, & monachos qui alienant prædia Episcopii, vel monasterii, & ut eiiciantur Episcopus alienans ab Episcopio, & monachus a monasterio. Nicen. II. c. 12. Ivo part. 5. cap. 375. decr. Anselm. lib. 6. cap. 184. Cæs. lib. 7. cap. 72.

C A P U T IV.

^{19. q. 3. Quo-} Quam. c. 1. Contra eos, qui Episcopia, & monasteria in profanos usus converterunt. Nicen. II. cap. 13. Ans. lib. 7. c. 172.

C A P U T V.

Ne mulieres habitent in Episcopiis, aut in monasteriis. Nicen. II. c. 18.

C A P U T VI.

^{De offic. Ar- chiep. c. ult.} Sicut (Episcopus) Matrici præest, ita presbyteri præsint plebibus, ut in nullo titubet ecclesiastica sollicitudo. Joann. IX. in conc. Ravenn. part. 2. c. 12. Ans. lib. 5. c. 40. in Rom.

C A P U T VII.

^{11. q. 1. c. 26.} Videntes sacerdotes summi & alii, atque levitatem, & reliqui fideles plus utilitatis posse afferre, &c. cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, Matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere, &c. Urban. ep. sing. in princ. Burch. lib. 3. c. 3. Ivo part. 3. c. 5. C. 138. decr. Ans. lib. 7. c. 4. Cæsar. lib. 7. c. 57.

C A P U T VIII.

^{12. q. 2. c. 50.} Non habenti necessitatem nec Episcopo licet usurpare rem aliquam tituli Matricis ecclesiastici. Carthag. cap. 33. in fine G. Capit. lib. 5. c. 29. Burch. lib. 3. cap. 178. Ivo lib. 3. cap. 239. decr.

C A P U T IX.

Contra negligentes Episcopos, qui in suis Matricibus, sive cathedris hæreticos non rejicerint. Carth. 124. G. Milev. 25. L.

C A P U T X.

Presbyteri non vendant rem ecclesiæ, &c. non habentes necessitatem. Nec Episcopo licet Matricis ecclesiæ rem tituli sui nomine usurpare. Mag. sub Rab. c. 8.

T I T U L U S XXV.

DE SECRETARIO, SIVE DIACONICO.

C A P U T I.

IN secretario diacono inter presbyteros fere non liceat. Arelat. II. cap. 15. vide Nicen. 18.

C A P U T II.

^{Dif. 23. c. 26.} * sacra. Quod non oporteat ministros habere locum in diaconico, &c. & dominica * vasa contingere. Laod. c. 21. Mart. Brac. c. 41. Ivo part. 3. cap. 105. decr.

C A P U T III.

^{Dif. 23. c. 50.} Non oportet insacratos ministros licentiam habere in secretarium, quod Graci διακόνους

appellant, ingredi, & contingere vasa dominica. Agath. c. 66.

C A P U T IV.

Viduitatis servandæ professionem, coram Epi- 7. q. 1. c. 36. scopo in secretario habitam, imposita a presby- tero * ueste viduali non esse violandam. Arau. c. * Episcopo. 27. Burch. lib. 8. c. 43. Ivo lib. 3. tit. 17. c. 14. pan. C part. 6. c. 6. decr.

C A P U T V.

Non liceat mulieribus in secretarium ingredi. Mart. Brac. cap. 42. Vide Laod. 44. Aqui/gr. 82. Capit. lib. 1. c. 17.

T I T U L U S XXVI.

DE SACRARIO, SIVE SANCTUARIO, PRESBYTERIO, ET GAZOPHYLACIO.

C A P U T I.

^{De conf. d. 2.} N ulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdo- tes, reliquive clerici consistunt, quod pre- sbyterium nuncupatur, quando missa celebratur, consistere, ut libere, ac honorifice possint sacra officia exercere *. Et sicuti in ecclesia singula * celebrari. videntur exposita, ita virorum pars, & mulierum partibus suis contenta sit, &c. Eugen. II. C. Leo IV. in syn. Rom. c. 33.

C A P U T II.

Ministri cum timore, & tremore Dei reliquias fragmentorum corporis Dominici custodire de- 7. q. 2. c. 22. Trin- bus. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sa- crario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos convenient, &c. Pallas vero, & vela, quæ in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris [juxta sacrarium] lavent, non eiientes foras a sacrario velamina Dominicæ mensæ, ne forte pulvis Dominicæ corporis male decidat a sindone foris abluto, & erit haec operanti peccatum; idcirco intra sacrarium ministris præcipimus haec sancta cum diligentia custodire. Clem. epist. 2. in princ. Burch. lib. 5. c. 11. Ivo part. 2. c. 21. decr. Ans. lib. 8. c. 38. in addit.

C A P U T III.

^{Distinct. 91.} Si post ordinationem ministro altaris contige- rit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non Ministr. c. intret limina, nec sacrifici portitor fiat, nec alta- re contingat, &c. [Si forte quispiam presbyter, 17. q. 4. c. sive diaconus sacrarii sindonem, vel velum sub- tracta vendiderit, Judæ Iscarioti similis astima- bitur. Clem. ep. 2. post princ. Ivo part. 2. c. 65. C. part. 6. c. 87. C. 88. decr. Ans. lib. 8. c. 2. Cæsar. lib. 8. c. 59.]

C A P U T IV.

Presbyteri per se ipsos, aut per illum, qui sa- crarium tenet, ante Paschæ solemnitatem chris- ma petant. Carth. IV. c. 36. Vide Vason. cap. 3. Burch. lib. 4. cap. 76. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 94. panorm. C part. 1. cap. 270. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 111.

C A P U T V.

Oblationes dissidentium fratrum neque in sa- crario, neque in gazophylacio recipiantur. Carth. 50. IV. c. 93. Toler. XI. c. 4. Trost. 12. Burch. lib. 5. c. 38. Ivo part. 2. c. 47. decr.

TITULUS XXVII.

DE CEMETERIIS.

CAPUT I.

Ethnicus ritus aliquis hie prohibetur, vel ut locum effet et hinc occulzus hoc statutus.

Cereos per diem placuit in cemeterio non incendi, &c. Qui haec non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione. *Eliber. c. 34.*

CAPUT II.

Placuit prohiberi, ne feminæ in cemeterio pervigilent, eo quod saepe sub obtentu orationis, scelera latenter committant. *Eliber. c. 35.*

CAPUT III.

Callistus sepultus est in cemeterio Calepodii via Aurelia millario tertio pridie Idus Octobris. Hic fecit ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tiberim, & fecit aliud cemeterium via Appia, ubi multi sacerdotes, & martyres requiescunt, quod appellatur cemeterium Callisti. *Damas. in Callist.*

CAPUT IV.

Fabianus multas fabricas per cemeteria fieri præcepit. *Damas. in Fabian.*

CAPUT V.

Cornelii corpus noctu collegit beata Lucina cum clericis, & sepelivit in crypta juxta cemeterium Callisti in prædio suo via Appia. *Damas. in Cornel.*

CAPUT VI.

Xystus Junior sepultus est in cemeterio Callisti via Appia, & sex diaconi ejus in cemeterio Prætextati, via Appia. Beatus Laurentius sepultus est via Tiburtina in crypta, in agro Verano iv. Id. August. (in cemeterio Cyriacelis cum multis alijs martyribus). *Damas. in Xyst. II.*

CAPUT VII.

Dionysius presbyteris ecclesiæ divisit, & cemeteria, parochiasque, dicæses constituit. *Damas. in Dionys.*

CAPUT VIII.

Felix constituit supra sepulchra, aut memorias martyrum missas celebrari, &c. Sepultus est in cemeterio suo, ubi & basilicam fecit via Aurelia millario ab urbe Roma secundo iii. Kal. Jun. *Damas. in Felicis.*

CAPUT IX.

Marcellus presbyter noctu collegit corpora sanctorum (*Marcellini, & aliorum*) cum presbyteris, & diaconibus cum hymnis, & sepelivit ea vi. Kal. Maii in via Salaria in cemeterio Priscillæ, in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem, &c. *Damas. in Marcell.*

CAPUT X.

Marcellus (rogavit Priscillam, &c.) fecit cemeterium in via Salaria, &c. Marcelli corpus collegit beata Lucina, & sepelivit in cemeterio Priscillæ via Salaria. *Damas. in Marcell.*

CAPUT XI.

Liberius rediens de exilio habitavit in cemeterio sanctæ Agnetis apud germanam Constantii Augusti. *Damas. in Liber.*

CAPUT XII.

Bonifacius exul habitavit in cemeterio sanctæ Felicitatis martyris via Salaria, &c. Hic fecit oratorium in cemeterio sanctæ Felicitatis juxta corpus ejus, & ornavit sepulchrum sanctæ martyris Felicitatis, & sancti Silvani, ubi & po-

suit haec, &c. Sepultus est via Salaria in cemeterio sanctæ Felicitatis martyris juxta corpus illius. *Ex Pontific.*

CAPUT XIII.

Joannes III. ampliavit, & restauravit cemeteria sanctorum martyrum, & constituit, ut oblationes, & æmulæ vel luminaria in eadem cemeteria per omnes dominicas de Lateranis ministrarentur. *Ex Pontif.*

TITULUS XXVIII.
CLERICI, QUI SUNT IN ORATORIIS,
OBEDIANT EPISCOPO, ET NON AD-
MITTANTUR SINE CONSENSU IPSIUS.

CAPUT I.

In oratoriis domini clericorum nemo contra votum Episcopi, ad quem territorii ipsius privilegium noscitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, nisi forsitan, quos probatos ibidem districtio Pontificis observare præcepit. *Aurel. IV. c. 7.*

CAPUT II.

De oratoriis, quæ per villas fiunt, nonnulli ex fratribus, & coepiscopis nostris residentes in sancta synodo querimonias detulerunt, quod oratoriū per villas potentum jam longo constructorum tempore, & facultatum ibidem collatarum, ipsi, quorum villæ sunt, Episcopi administracioni contradicunt, ita ut nec ipsos clericos, qui ad ipsa oratoria deserviunt, ab Archidiacono coerceri permittunt. Quod convenient emendari, ita dumtaxat, ut in potestate sit Episcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidem collata, qualiter ad ipsa oratoria, & officium divinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quod si quis contradixerit, juxta priscos canones communione privetur. *Cabil. c. 14.*

TITULUS XXIX.
COMMUNIA DE ECCLESIA, ET
ALTARIBUS.

CAPUT I.

Nemo absolute ordinetur presbyter, diaconus, clericus, nisi in ecclesia urbis, vel vici, vel in martyrio, vel monasterio ordinatus publicetur, ordinatio alias irrita sit. *Chalc. c. 6.* *Capitul. lib. 1. c. 23. Purch. lib. 2. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 20. pan. & part. 6. c. 26. decr. Ans. lib. 7. c. 93.*

CAPUT II.

Constituimus, ut ubicumque tot simul (i.e. c. 2. de eccl. profi) sub communi vita fuerint congregati, qui ecclesiam sibi cum cemeterio constituere, & proprio gaudere valeant presbytero, sine contradictione aliqua permittantur habere, &c. *Alex. III. in conc. Lat. c. 23.*

CAPUT III.

Ut altaria congregationibus Canonicorum, vel monachorum per personas data, mortuis personis libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scriptra, vel privilegia confirmata. *Urban. II. in synod. Claromont. c. 7.*

CAPUT IV.

Ecclesiarum omnium (Episcopi) curam habete, servisque earum adjutorium præbete, vi-
dua-

*Dif. 70. c. 1.**e 2. de eccl. profi*
edif. Gr. IX.
& c. 1. eod.
tit. in 1. sollo.

duarum religiosam curam gerite, &c. Clem. ep. 3. post princ.

consequenda consecrationis causa non dedisse, &c. Tolet. XI. cap. 9.

C A P U T V.

Difst. 41. c. 7. Episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat. *Carth. IV. cap. 14.* Cæsar. lib. 4. cap. 60.

C A P U T VI.

7. q. I. c. 38. Episcopi, vel presbyteri, si causa visitandæ ecclesiæ alterius Episcopi ad ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur. *Carth. IV. cap. 33.*

C A P U T VII.

De conf. d. 5. c. 11. Omni. Pavimenta domorum Dei energumeni vertant. *Carth. IV. cap. 91.*

C A P U T VIII.

Ut corpus Domini in altari, non in armario, sed sub crucis titulo componatur. *Turon. II. c. 3.*

C A P U T IX.

Quicumque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, juret se pretium

C A P U T X.

Si quis ex presbyteris voluerit nepotem suum, aut aliquem contanguineum ad scholas mittere, in ecclesiis sanctorum, aut coenobii, quæ nobis ad regendum commissa sunt, licentiam id faciendo concedimus. *Theodulph. ad sacerdotes Aurel. cap. 19.*

C A P U T XI.

Decernimus, ut sicut tempore beatæ recordationis Domini, ac genitoris nostri excultæ, & honorataæ, atque rebus ampliataæ (ecclesiæ) fuerunt ita permaneant, & quæ a nostra liberalitate honorantur, atque ditantur, de cætero sub integritate sui serventur, &c. *Carol. Lud. Pii F. in conc. Holon. apud Melden. cap. 1.*

T I T U L U S XXX.

DE BASILICIS HÆRETICORUM.

Vide libro undecimo titulo vicesimo tertio.

L I B E R S E C U N D U S.

De Monasteriis, & Xenodochiis, sive Hospitalibus,
& aliis locis.

T I T U L U S I.

DE REVERENTIA QUÆ DEBETUR
MONASTERIIS.

C A P U T I.

7. q. 3. c. 1. QUAE semel consecrata sunt monasteria cum voluntate Episcopi, maneat perpetuo, & quæ ad ea pertinent bona, conserventur eis, neque fieri possint sacerdotalia divisoria. Qui id fieri permiserint, subjaceant canonice pœnis. *Chalc. cap. 24.* *Trull. 49.* *Trosl. cap. 3.* *Capitul. lib. 1. cap. 31.* *Burch. lib. 3. c. 15.* *G. 19. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 6. panorm.* *G. part. 3. cap. 17.* *G. 22. decret. Anselm. lib. 5. cap. 55.*

C A P U T II.

7. q. 3. c. 1. Quoniam per eam, quæ fuit propter peccata nostra in ecclesiis, calamitatem, sanctæ quædam ædes a quibusdam viris arreptæ sunt, & Episcopia, & monasteria, & facta sunt communia divisoria: si, qui ea quidem tenent, volunt reddere, ut in pristinum statum restituantur, bene, & pulchre habet; sin minus, si sunt quidem sacerdotalis catalogi, eos deponi jubemus; sin autem monachi, vel laici, excommunicari, &c. *Nicæn. II. cap. 13.* *Vide Trull. 49.* *Anselm. lib. 7. c. 172.*

C A P U T III.

Qui uititur tamquam communibus sacratis Deo depositis, pretiosis, aut monasteriis reverendis, si fuerint Episcopi, aut clerici, deponantur, si monachi, aut laici, communione priventur. *Eadem VII. syn. act. 7. in definit.*

C A P U T IV.

Monasteria divinis soluimodo cultibus dicata, non debere sacerdotalibus dari & canonica profidit auctoritas, & ipsorum destructio locorum; sed quia id exigit reipublicæ necessitas talitem col-

Tom. VI.

lapsa loco erigi debent, & clerici locis, in quibus fuerant, restitui, quoisque opportunitas id permittat emendari plenus. *Aquis. II. sub Lud. part. ult. cap. 18.*

T I T U L U S II.

NE MONASTERIA SINE JUSSU EPI-
SCOPI ÆDIFICENTUR.

Vide libro nono titulo primo.

T I T U L U S III.

NE QUISQUAM MONASTERIA SPO-
LIARE, AUT EORUM IMMUNI-
TATEM VIOLARE AUDEAT.

C A P U T I.

De stat. mon. c. 7. Gr. IX. & c. 2. eod. tit. in 4. coll. Dœcesani Episcopi monasteria sibi subiecta studeant reformare, ut cum ad ea visitatores accesserint, plus in illis inveniant commendandum, quam corrigendum, &c. carentes, ne per eos monasteria indebitis oneribus aggravenatur, &c. Præcipimus tam dœcesanis Episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescant advocatos, patronos, vice-dominos, rectores, & Consules, magnates, & milites, seu quoslibet alios, ne monasterio prælament offendere in personis, ac rebus, & si forsan offendint, eos ad satisfactionem compelle re non omittant ut liberius, & quietius omnipotenti Deo valeant famulari. *Lunac. III. in concil. gener. Later. cap. 12. in fine.*

C A P U T II.

Descriptiones rerum, aut curtarum, seu computorum monasterii ab Episcopo fieri negamus. Sed si res exigit, aliquando Abbas loci illius cum aliis Abbatibus rerum inventarum descriptiones faciat, & eorum consilio sine judicio finiantur. Solus autem Abbas, aut visitator loci illius suo-

D

rum

rum officialium recipiat computum, aut rationem. Absente quoque Abbatore Episcopus in desribendis, providendisque rebus monasterii acquisitis, vel datis nulla occasione te permisceat.
18. q. 2. c. 6.
 Luminoso. Missas etiam publicas ab eo in cœnobio fieri a
V. c. 3. Ab-
batem.

Ead. q. c. 1.
 Quam sit, in
 fin.

Missas etiam publicas ab eo in cœnobio fieri a
mōno prohibemus, ne in servorum Dei recessi- bus, & in eorum receptaculis nulla popularis occa- sio præbeatur convenientibus, vel mulierum fiat illis introitus, quia non expedit animabus eo- rum. Nec audeat ibi cathedram collocare Epi- scopus, seu quacumque alia dignitate præditus, aut potestate, vel quamlibet potestatem impe- randi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendo, nisi ab Abbatore loci fuerit roga- tus, quatenus monachi semper maneant in Ab- batum suorum potestate, &c. Monasteria ecclie- stasticis conditionibus seu angariis, aut etiam pro- curationibus vel quibuslibet subsidiis, obsequiis que secularibus nullo modo subjaceant, & prædicta auctoritate nostra, ne in hujusmodi Epi- scopis, aut alijs precariis, seu exactionibus ab eis, seu eorum subditis quovis modo exigendis, & ex- torquendis obtemperando obedient, distrectissime prohibemus, &c. Greg. in syn. Lateran. de monachis nigris post med. Vide lib. 4. reg. epist. 41. ad Luminos. Abb. & epist. 43. ad Castor. Arimin. Episc. & lib. VII. Ind. I. ep. 18. ad Marian. Episc. Ravenn. Ivo part. 7. c. 13. decret.

C A P U T III.

Cœnobia nuper condita in provincia Bæ- thica, sicut & illa, quæ sunt antiqua, immo- bili stabilitate permaneant solidata. Si quis tacer- dotum quodlibet monasterium aut vi cupiditatis spoliandum, aut simulatione aliqua fraudis con- vellendum, aut dissolvendum tentaverit, ana- thema effectus maneat, & a regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei, vel operis ad salu- tem, qui tantæ, & tam salutaris vita destruxerit trahit. Universi Bæthicæ provinciæ Episcopi congregati eundem sacrilegum coetus sui eversio- rem a communione suspendant, & convulsum monasterium cum rebus suis restaurent, & quod impie unus subverterit, omnes reformat. His- palens. II. c. 10.

C A P U T IV.

Nuntiatum est præsenti concilio, quod mona- chi Episcopali imperio servili operi mancipentur, & jura monasteriorum contra instituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Chri- sti ad ignominiam, servitutemque perveniat. Quapropter monemus eos, qui in ecclesiis præ- sunt, ut ultra talia non prælumant. Tolet. IV. cap. 50.

C A P U T V.

Pervenit ad sanctam Synodum, quod judices publici contra veterem consuetudinem per omnes parochias vel monasteria, quas mos est E- piskopos circumire*, ipsi illicita præsumptione videantur discurrere, & clericos, vel Abbates, ut coram eis compareant, invitatos, atque distri- ctos ante se faciant exhiberi, &c. Si præsumptione, vel potestate, qua possint, excepta invitatio- ne Abbatis, aut Archipresbyteri in ipsa mona-

* Moses E- piskopos cir- curse consue- vi.

steria, vel parochias aliquid fortasse præsumpse- rint, a communione omnium sacerdotum eos con- venit sequestrari. Cabiton. c. 11.

C A P U T VI.

Providendum est Regiæ majestati, ut mona- steria, quæ ab hominibus Deum timentibus in sua proprietate constructa, prædecessores illius causa- fa defensionis, & Mundeburdi suscepserunt, ut li- bera libertate remota spe hereditaria, de illorum propinquitate, ibidem religio observaretur, & nunc in alodium sunt data, quapropter omnis exinde religio funditus est everla, qualiter vota fidelium involuta permaneant, ne voces eorum contra se ante Deum clamantes adjuncto pericu- lo de eorum perditione, qui in eisdem locis ne- cessitate naufragantur, condemnabiles sentiat, Melk. cap. 41.

T I T U L U S IV.

DE BONIS MONASTERII, ET NE
 QUISQUAM EA AUFERAT,
 AUT RETINEAT.

C A P U T I.

D E his, quæ dantur liberis a parentibus instar dotis, vel rerum propriarum proficiencibus his, qui ea offerunt, esse Deo consecrata, statui- mus, ut sive maneant, sive exeant, ea in mona- sterio maneant, ut fuerat ipsorum professio, nisi is, qui præstet, in culpa fuerit. Nicæn. II. cap. 19. in fine.

C A P U T II.

Nullus Episcoporum, aut sæcularium ultra præsummat de redditibus, vel rebus, vel curtis mo- nasteriorum, vel de celulis, vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocumque modo, vel qualibet occasione minuere, vel dolos, vel immissiones, aut violentias alias facere. Sed si qua cauſa for- te inter terram venientem ad partem suarum ec- clesiarum & monasteriorum evenerit, & pacifice non potuerit ordinari, apud electos Abbates, & alios patres timentes Deum, sine voluntaria dilä- tione, mediis sacrosanctis evangelii signatur. Gre- gor. in syn. Later. de monachis nigris.

C A P U T III.

Ut altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum per personas data, mortuis personis libera redeant in manus Episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta, vel privilegia confirmata. Urban. II. in conc. Clarom. c. 7.

C A P U T IV.

De censu expetenda, eo quod impetrare a Francis ad reddendum ecclesiis, vel monasteriis non potuisti (aliud) quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio servorum XII. denarii red- dantur, & hoc gratias Deo, quia potuisti impe- trare, &c. Zachar. ep. 4. post med.

C A P U T V.

Clerici, vel sæcularis, qui oblationes paren- tum, aut donatas, aut testamento relicas reti- nere perfiterint, aut id, quod ipsi donaverunt ecclesiis, vel monasteriis, crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quoisque reddant, ab ecclesiis exclu- dentur. Agath. c. 4. Burch. lib. 3. c. 140. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 5. panorm. & part. 3. c. 206. decr.

CA.

C A P U T VI.

16. q. 1. e. 34. Cum pro utilitate. Ea, quæ in jure monasteriis de facultatibus offeruntur, in nullo dioecesana lege ab Episcopis contingantur. *Ilerd. c. 3.*

C A P U T VII.

Quicumque res Abbatum, aut monasteriorum pervadere, competere, vel confiscare præsumplerit, post tres admonitiones anathematizetur. *Turon. II. c. 25.*

C A P U T VIII.

Ne cui liceat res, vel facultates ecclesiæ, aut monasteriis, vel xenodochiis pro quacumque elemosyna cum justitia delegatas, retentare, alienare, atque subtrahere, &c. Quod si quis fecerit, ab ecclesiæ liminibus excludatur, &c. *Aurel. V. c. 13.*

C A P U T IX.

18. q. 2. e. 1. Hoc tantu. Si aliquid in monachos canonibus interdictum (Episcopi) præsumperint, aut usurpare quidpiam de monasterii rebus tentaverint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis. *Tolet. IV. c. 50. in Ans. lib. ult. c. 55. in Rom.*

C A P U T X.

Defuncto presbytero, vel Abbe, nihil ab Episcopo auferatur, vel ab Archidiacono, vel a quocumque de rebus parochiæ, vel xenodochii, vel monasterii aliquid debeat minui. Quod qui fecerit, juxta statuta canonum debet coerceri. *Cabillon. cap. 7.*

C A P U T XI.

Ut quæque monasteria Deo consecrata nulli Episcorum liceat ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter abstrahere. *Angl. cap. 3.*

C A P U T XII.

Dignum ac necessarium est, ut Missi per quæque loca directi simul cum Episcopis uniuscujusque diœcesis perspiciant loca monasteriorum, canonicorum pariter, & monachorum, similiterque puellarum, si in apto & congruo loco sint posita, ubi commodum, ac necessarium possit acquiri, quod ad utilitatem pertinet monasterii, sicut in sancta regula dicitur. Monasterium autem ita debet constitui, ut omnia necessaria infra monasterium exerceantur, ut non sit necessitas monachis, vel clericis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum supradicti Missi, & cum eis Episcopi per diversa loca prævideant, si apta sint & congruenter sanctæ professioni composita. Vel si claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animæ in eis commorantium sub disciplina canonica, vel regulari. Ubi autem aliter inventum fuerit, hoc omnibus modis Episcopus loci ipsius faciat emendari, ira ut condignam professioni eorum custodiam habeant canonici, vel monachi, atque nonanes, ne detur eis occasio malefaciendi, quod absit. *Magunt. sub Carolo c. 20. Capitul. lib. 5. c. 78.*

T I T U L U S V.

MONASTERIO ALIQUA DE BONIS ECCLÆTRIBUI POSSUNT, DUMMODO IPSA ECCLESIA DETRIMENTUM NON CAPIAT.

C A P U T I.

12. q. 2. A-
postolicos.
c. 13. in fine. SI Episcopus convictus fuerit construxisse monasterium de ecclesiasticis redditibus, tradat eidem ecclesiæ ipsum monasterium. Si vero de propriis rebus, aut de aliis quibusdam conventionibus, habeat id secundum propriam potestatem, & voluntatem omni vita sua, & post finem vitæ suæ dimittat, & conferat hoc quibuscumque voluerit, non tamen faculare divisorium fiat. *Syn. VIII. gen. CP. sub Hadr. II. c. 15. Ans. lib. 6. c. 169. Cæf. lib. 7. c. 74.*

C A P U T II.

Nullus laicus decimas suas, aut ecclesiam, aut quicquid ecclesiastici juris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessione Pontificis, monasteriis, aut canonicis offerre præsumat. *Urban. II. in Syn. apud Melfiam c. 5.*

C A P U T III.

Monasteriis religionis intuitu licet possessio- 16. q. 2. Pos-
siones. 61.nes ecclesiæ alienari ad tempus. *Symmac. ep. I. c. 1. Ans. lib. 5. cap. 47. Cæf. in Rom. lib. ult. c. 43. Cæf. lib. 7. c. 67. Tarr. lib. 6. c. 47.*

C A P U T IV.

12. q. 2. c. 75. Religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere, ne cuiusdam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur, quod absit, conversationis infringat. Idcirco præsenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum positam in hac urbe, regione quarta, juxta locum, qui appellatur ad gallinas albas, vel hortum juris sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui auctore Deo præsidemus, in qua Campana quondam patricia mansisse dinoicitur, simul & hortum atque hospitia, quæ intra eamdem domum janua concludit, Floræ Abbatissæ debeas tradere proprietatis jure proculdubio possidenda, in qua domo monasterium virginum, ubi cum congregatione sua habitare possit, Christo queat adjuvante construere, ut tam ipsa, quam quæ in eis loco honoreque successerit, prædiestam domum, & hortum cum omnibus ad se pertinentibus, sicut diximus, quieto, inconcusoque jure a nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere. *Gregor. lib. 2. indict. I. epist. 17. Gratiof. sub diacono. Ans. lib. 5. cap. 32.*

C A P U T V.

Ad audientiam nostram jam pridem pervenit, De eccles. a-
quod tum ecclesia de Cologna, de qua in Episco- dif. vel repa-
pum vocatus, & electus fuisti, regulares canoni- rand. c. 5. a-
cos ordinare, & eorum institutioni * de bonis ti- pud Gr. IX.
bi collatis congrue velis providere, inde siquidem
est, quod tuum nos desiderium, atque propositum
multimodis laudibus commendantes, devotioni
tuæ auctoritate Apostolica indulgemus, ut juxta
votum tuum canonicos regulares in ecclesia præ-
scripta, si tibi in hoc Episcopus dioecesanus con-
sentit ad honorem Dei, & ecclesiæ tuæ secundum
beati Augustini regulam valeas ordinare, & eos
ibidem nullius * contradictione, & appellatio- * nulla.
ne instituere, &c. *Urban. II. in ep. ad Archiep. Tunden. * G. delegatum.* * Truden.

C A P U T VI.

16. q. 3. c. 12. Si Episcopus humanitatis intuitu, mancipli, vineolas, vel terrulas clericis, vel monachis præ-
sti.

28 Juris Pontificii Veteris Epitome

fliterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiamsi longa transisse annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia præjudicium patiatur, nec sæcularis legis præscriptio, quæ ecclesiæ aliquid impedit, opponatur. *Aurel.* 19. *al.* 23. *al.* 25. *Anf. lib.* 5. *c.* 87. *in Rom.*

C A P U T VII.

Nulli Episcoporum liceat res alienare ecclesiæ, &c. Si quid vero, quod utilitatem non gravet ecclesiæ, pro suffragio monachorum, vel ecclesiæ ad suam parochiam pertinentium*, dederint, firmum maneat, &c. *Tolet.* III. cap. 3. *Ivo lib.* 2. *tit.* 10. *c. 1. panorm.* & part. 3. *decr.* c. 167.

C A P U T VIII.

12. q. 2. c. 73. Si Episcopus unam de parochianis ecclesiis suis monasterium dicare voluerit, ut in ea monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu concilij sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, quo detrimentum ecclesiæ non exhibeat, eidem loco donaverit, sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat consensum. *Tolet.* III. cap. 4. *Ivo part.* 3. cap. 168. *decrez.*

C A P U T IX.

12. q. 2. Bo. n. 74. Si clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus, pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiasticae largiantur, quanto magis consulendum est, quibus retributio justa debetur? *Tolet.* IV. cap. 37.

C A P U T X.

Quisquis Episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ suæ ditaverit, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debet, &c. Ad ecclesiam vero, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare noluerit sepulturis, non amplius, quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit, ita tamen, ut unam tantum, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem affumat. *Tolet.* IX. cap. 5. *Ivo part.* 3. c. 170. *decr.*

T I T U L U S VI.

DE BONORUM OPERUM NECESSITATE.

Vide libro undecimo titulo secundo, quibus adde:

C A P U T I.

Difl. 40. c. 4. **N**ON loca, vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt, sed ei nos merita bona jungunt, aut mala disjungunt. *Greg. lib.* 6. *reg. epist.* 29. *vel cap.* 193.

T I T U L U S VII.

DE ELEEMOSYNA.

C A P U T I.

QUOD superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. *Lucæ cap.* 11. *num.* 41.

C A P U T II.

Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis, quo fur non appropiat, neque rinea corrumpit. *Lucæ cap.* 12. *num.* 23. *V. Luc.* 16. *num.* 9.

C A P U T III.

Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini, &c. Quoniam eleemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. *Tobias cap.* 4. *num.* 7. & postea.

C A P U T IV.

Bona est oratio cum jejunio, & eleemosyna magis, quam thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam. *Tobias cap.* 12. *num.* 8. & 9.

C A P U T V.

Ignem ardente extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus prospector est ejus, qui reddit gratiam. *Ecclesiast. c. 3. num. 33.* & 34.

C A P U T VI.

Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transvertas a paupere. Animam esurientem ne despiceris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne affixeris, & non protrahas datum angustianti, &c. *Ecclesiast. cap. 4. in princ.*

C A P U T VII.

Concluse eleemosynam in corde * pauperis, * finu. & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conservabit, &c. *Ibid. c. 29. num. 15.* & 16. *Vide c. 17. num. 18. ibid.*

C A P U T VIII.

Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, forsitan ignoscet (*Deus*) delictis tuis. *Daniel Nabuchodonosori cap. 4. num. 24.*

C A P U T IX.

De eleemosynis, quas synodus præscripsit quibusdam pœnitentibus, qui contra Ignatium Patriarcham CP. fallum testimonium protulerant. *Vid. syn. VIII. CP. sub Hadr. II. act. q. ante fin.*

C A P U T X.

Eleemosynarum quæstores, quorum quidam se alios mentiendo abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti, nisi Apostoli, vel dicecesani Episcopi litteras veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id, quod in ipsis continebitur litteris, nihil populo proponere permittrantur. Formam vero, quam communiter talibus Apostolica sedes indulget, duximus exprimendam, ut secundum, eam dicecesani Episcopis suas litteras moderentur: „*Quoniam*, ut ait

Depæn. 14. Gr. IX. c. 5. sed. tit. in 4. coll. „*Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi,* &c. oportet, nos diem messonis extremæ

„*misericordia operibus prævenire, ac æternoru intuitu seminar in terris, &c.* *quoniam qui par ce seminat, parce meter,* &c. Cum igitur ad

„*sustentationem fratrum, & egenorum ad tale confluentum hospitale, propriæ non suppetant facultates, universitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remissionem*

„*vobis jungimus peccatorū, quatenus de bonis a Deo vobis collatis, piis eleemosynas, & grata eis*

„*cha-*

„charitatis subsidia erogetis, ut per subventionē
„vestram ipsorum inopiat consulatur, & vos per
„hæc, & per alia bona, quæ Domino inspirante
„feceritis, ad æterna possitis felicitatis gaudia
„pervenire“. Qui autem ad quærendas eleemosynas
destinantur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis aut locis incongruis hospitentur, nec inutilles faciant, aut sumptuosas expensas, carentes
omnino, ne falsum religionis habitum gestent,
&c. *Innoc. III. in concil. gener. Lat. cap. 62.*

C A P U T XI.

*Diss. 92. c. 2.
In saneta.* Diacones ad prædicationis officium, & eleemosynarum studium vacare congruebat. *Greg. in syn. Rom. cap. I. lib. 4. epist. 44. vel cap. 88.
registr. Ivo part. 2. cap. 79. decret. Anselm. lib. 7. cap. 65. Tarrac. lib. 4. cap. 22.*

C A P U T XII.

Quando aliquis informabitur, eleemosynam mittat cum consilio presbyteri in manibus ipsius, & duorum vel trium vicinorum. Præterea si uxorem, & filios habuerit, duas partes de suis facultatibus illis relinquat, & tertiam partem ecclesiæ in manu presbyteri. *Greg. VII. in concil. Rom. ann. incert. cap. 16.*

C A P U T XIII.

Consilium damus (*peccatoribus*) ut jejunent, & eleemosynas dent, ut ad veritatis viam possint reverti. *Urban. II. in concil. Claramont. c. 22.*

C A P U T XIV.

1. Cor. 13. d. Sicut adulterii venenum cunctis malis perniciösus est, ita amor fraternus, & charitas totius boni fastigium tenet, & ideo diligite (*presbyteri*) omnes fratres vestros, & cum religione, ac misericordia respicite ad omnes. Orphanis exhibete vosmetipos parentes. Viduis virorum curam impendite, cum omni castitate, quæ necessaria sunt, præbentes, juniores tamen viduas nuptiis copulate. His, qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasionses, quibus victimum necessarium querant. Artificibus vero operam prævidete, debilibus misericordiam facite, &c. Charitatis recipienda, & habenda maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipos communem cibum vestrum, mensamque faciatis, & quantum unusquisque prævaleret, crebrius ac sales suos cum fratribus suis sumat, &c. Per hæc temporalia officia pacis, & charitatis fructibus gaudia æterna merebitur. Multo autem sollicitius, esurientes reficite, & sitiens potum date, nudis vestimentum, ægros visitate, & eos, qui in carcere sunt prout possibile est, juvate. Peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite. Omne bonum ipsa per se, si in vobis fuerit charitas, facere vos docebit, sicut e contrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. *Petrus Apost. apud Clem. epist. I. post princ.*

C A P U T XV.

Instruebat (*B. Petrus*) verba divina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, &c. & eleemosynas veras perficere, &c. pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitiens potare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare, &

eleemosynas dare, &c. *Clem. epist. I. in fin.
Theodulph. ad presb. Aurelian. cap. 21.*

C A P U T XVI.

Per misericordias pauperum juvare poenitentiam. Per hæc enim facilior venia dabatur, & indulgenti citius indulgebitur, &c. *Clem. epist. 2. in med.*

C A P U T XVII.

Pupillos enixius juvate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. *Clem. epist. 3. post princ.*

C A P U T XVIII.

Hospitalitatis cura impendite, in oratione, & lachrymis instantissime laborate, eleemosynis, quas semper amatis, jam nunc largius, atque uberioris date operam, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus munieris, quanto hic excrévit studium laboris. *Pontian. epist. I. in fin.*

C A P U T XIX.

Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro, si hæc cum fuerit factus fidelis, amittit, quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? *Act. 10. 4.* Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemosynis vacantem, per revelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse, numquid per baptismum hæc illi ablata* sunt, propter quæ ei baptismus videtur concessus? *Innoc. epist. 22. cap. 2.* * ablata.

C A P U T XX.

Neque eleemosyna reputanda est, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur, quia hac intentione male accipit, ut quasi bene dispensebit, gravatur potius, quam juvatur. [Eleemosyna Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non de illicitis, & iniuriate congeritur, sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel aliquid de his construatur, mercedi non proficit, &c. Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studemus accipere, aperte nos sacra scriptura prohibet dicens: *Hostia impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere, &c.* Hinc quoque per Salomonem dicitur: *Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris, &c.* Nimis ergo declinandum est, sub obtentu eleemosynæ peccata simoniaca hæreos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere. *Greg. ep. ad Syagr. Cæther. Episcop. lib. 7. registr. ep. 110. vel 108. Ivo lib. 2. tit. 15. c. 2. Cæther. Ep. 5. pan. Cæther. Ep. 5. c. 112. decret. Anselm. lib. 5. c. 31.*

C A P U T XXI.

De his, qui regio morbo vexantur, hominibus & æquis, si homines ex nativitate aut ex genere hujus morbi sunt, extra civitatem comitari debent, ad eleemosynam vero accipientam a populo non devitari. Si autem non nativitate, sed superveniente ægritudine vexatur, non est proiicien-

*1. g. I. c. 27.
Non est putanda.*

14. g. 3. c. 3.

Prov. 21. d.

Eccl. 34. 6.

30 Juris Pontificii Veteris Epitome

ciendus, sed si possibile est, curandus. Attamen in ecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium supplicationem erit ingressurus ad participandum munus. *Zach. ep. 5. ad Bonif. Episcopum ante med.*

C A P U T XXII.

Cum in proelium proficiisci disponitis, quod ipsi commemoratis, agere in Dei nomine non omittere, id est ad ecclesias ire, orationes peragere, &c. carceres aperire, vincla dissolvere, & servos, & præcipue confractos, & debiles, atque captivos libertate donare, ac indigentibus eleemosynas erogare, quatenus impleatur, quod *Ad Coloss. 3. 6.* postolus admonet dicens: *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu. Nicol. ad conf. Bulg. c. 35.*

C A P U T XXIII.

Sciendum est, quoniam aliæ sunt virtutes, sine quibus ad vitam ingredi non possumus, aliæ vere sunt, quæ non nisi a sponsore requiruntur. Sine humilitate quippe, castitate, ac eleemosynis, & orationibus nullus ad vitam ingredi valet & ista sunt, & his similia, quæ requiruntur ab homine. Monachicum autem habitum induere, ac vitam remotam ducere, non nisi a spondente divinitus exiguntur. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum cap. 87.*

C A P U T XXIV.

Ezech. 30. d. Est in eleemosyna facienda quidam ordo discretionis observandus, &c. Sed quidnam hoc nomen signet, primitus indicemus. Eleemosyna quippe Græce, Latine misericordia dicitur, & certe scriptum est: *Miserere animæ tuæ placens Deo:* ergo primum sibi debet homo præceris eleemosynam facere, si quidem omnem regulam bene agendi a te debet homo incipere placens scilicet Deo per munditiam mentis, & corporis, ac per hoc sibi tribuens illum panem vivum, qui de cælo descendit. Deinde vero eleemosyna exhibenda est propinquis egestatem patientibus, sicut scriptum est: *Carnem tuam ne despeneris:* nam & ipsa natura docet nos de hoc, & quod ipse propinquus meo non exhibuero, quando extraneus exhibebit? Deinde autem his maxime misericordia præstanta est, qui petere confunduntur. Sane notandum est, quia sunt nonnulli, quibus nihil conferri debet, sicut scriptum est:

Ecccl. 12. a. *Tob. 4. c.* *Ezai. 28. c.* *Da bono, & ne recuperis peccatorem;* & rursum: *Ne dederis impio;* & iterum: *Panem tuum, & vinum super sepulturam justi constitue,* & *no li ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.* Panem enim, & vinum suum peccatoribus præbet, qui iniquis subsidia, pro eo quod iniqui sunt, impedit. Unde & nonnulli hujus mundi divites, cum fame crucientur, Christi pauperes effusis largitatibus nutriendi histriones. Qui vero indigenti etiam peccatori panem suum, non quia peccator, sed quia homo est, tribuit, nimis non peccatorem, sed justum nutrit, quia in illo non culpam, sed naturam diligit. *Nicol. ad consulta Bulgaror. cap. 101.*

C A P U T XXV.

Accepto confilio, hoc statuimus, ut post triduanum jejunium, & litanias, & multorum ora-

tionem eleemosynis conditam, divino fulti auxilio statueremus, quod melius de electione Rom. Pont, videretur. *Greg. VII. lib. 1. reg. ep. 1.*

C A P U T XXVI.

Te oramus, & te, ut optimum decet filium (patri) succurrere largis eleemosynarum subsidiis, & ecclesiistarum orationibus, hortamur. *Gregor. VIII. lib. 5. reg. ep. 10. Regi Daniae.*

C A P U T XXVII.

Quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem, quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna enim extinguit peccata, juxta illud: *Ignem ardenter extinguit aqua,* & *eleemosyna extinguit peccata.* Sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet sunt fragilitate. Ea vero, quæ ex industria, aut cujuslibet libidinis explendæ cauila idcirco sunt, ut eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt, quia qui hoc perpetrarunt, videntur Deum mercede conducere, ut eis impune peccare licet. Non ergo quis idcirco peccare debet, ut eleemosynam faciat, sed ideo eleemosynam facere debet, quia peccavit. Mensem enim, & corpus, quæ libido traxit ad culpam, afflictio, & contritio debet reducere ad veniam. *Cabillon. sub Carolo cap. 36. Capitul. lib. 7. cap. 62. in addit. Ivo part. 16. cap. 336. de cr.*

C A P U T XXVIII.

Peccata, quæ post baptismum sunt, non iteratione baptisni, sed poenitentiæ lamentis, & eleemosynarum largitionibus & ceteris bonorum operum executionibus delentur. *Aquisgr. cap. 114. in fine.*

C A P U T XXIX.

Statuimus, ut si quis post hæc Evangelica, & *13. q. 2. c. 31.* Apostolica, atque prophetica verba, & definitionem pacatissimæ synodi inventus fuerit furum, aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrire, nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo data, in memoriam clericorum, nec pauperum veniat, sed execrabilis fordescat, &c. *Tribur. cap. 31. Alex. III. part. 34. cap. 2. post concil. Lateran. Burch. lib. 11. cap. 59.* & *75. Ivo part. 13. cap. 45. & part. 14. cap. 123. decret.*

C A P U T XXX.

Diebus quadragesimæ, & jejuniorum summa devotione jejunandum est, &c. atque unicuique pro facultatibus suis eleemosynæ tribuendæ. *Tribur. cap. 35.*

C A P U T XXXI.

Eleemosynæ plurimum valent ad impenetrandam misericordiam a Deo. *Trostajan. c. 15. in fin.*

C A P U T XXXII.

Cum omnium scripturarum sanctorum pagina instrumentis bonorum operum refertæ sint, & per sanctorum scripturarum campos possint inventari arma, quibus virtus comprimentur, & virtutes nutrientur, libuit nobis huic nostro capituli inferre sententiam cuiusdam patris de instrumentis bonorum operum, in qua magna brevitate, quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis dominum Deum diligere ex toto cor-

corde, tota anima, tota virtute, denique proximum tamquam seipsum &c. honorare omnes homines, & quod sibi quis fieri non vult, aliis ne faciat &c. pauperes recreare, nudum vestire, infirmum visitare, mortuum sepelire, in tribulatione subvenire, dolentem consolari, &c. pacem falsam non dare, charitatem non derelinquere, &c. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 23. Clemens epist. 1. ante fin.*

C A P U T XXXIII.

Die dominico tantummodo Deo vacandum est in celebratione sacrorum officiorum, & exhibitione eleemosynarum, & in Dei laudibus cum amicis, proximis, & peregrinis spiritualiter epulandum. *Theodulphus ad presbyteros Aurelianenses cap. 24.*

C A P U T XXXIV.

Esurientes satiandi sunt, sitientes potandi, nudi operiendi, infirmi, & qui in carcere sunt, visitandi, & hospites colligendi, dicente Domino: *Matt. 25. c. Esurivi etenim, & dedisti mihi manducare: fisi, & dedisti mihi bibere. Theodulph. ibid. cap. 32.*

C A P U T XXXV.

Pene nihil valet jejunium, quod orationes, vigilæ, & eleemosynæ non commendant. *Theod. cap. 43. Burch. lib. 13. cap. 14. Ivo part. 4. cap. 47. decret.*

C A P U T XXXVI.

Admonendus est populus, ut ad sacrosanctum sacramentum corporis, & sanguinis Domini ne quaquam indifferenter accedat, nec ab hoc nimium abstineat, &c. Sed vitiis se purget, virtutibus exornet, eleemosynis, & orationibus insitiat, & sic ad tantum sacramentum accedat. *Theodulph. ibid. cap. 44.*

C A P U T XXXVII.

Theodorus fuit amator pauperum, largus, benignus super omnes, & multum misericors. *Ex Pontif.*

C A P U T XXXVIII.

Eugenius benignus, misericors, manuetus, omnibus affabilis, & sanctitate præclarior: togam clero solitam tribuit, & indigentibus eleemosynam subministravit, ut etiam die transitus sui pauperibus, vel clero, seu familiæ presbyteria in integra erogari præciperet. *Ex Pontif.*

T I T U L U S VII.

D E X E N O D O C H I S , S I V E H O S P I T A L I B U S E T P T O C H I S , S I V E P T O C H O T R O P H I S , E T N O S O C O M I S , E T O R P H A N O T R O P H I S , E T A L I I S P L S L O C I S .

C A P U T I.

^{18.9.2.6.10.} ^{Quidam pœ.} Lerici ptochiorum, monasteriorum, & martyriorum sub potestate Episcopi urbis sine juxta sanctorum Patrum traditionem. Si qui consonant eos ab Episcopo auferre, clerici canonum poenis subjaceant, monachi, vel laici excommunicati sint. *Chalc. cap. 8. Ivo part. 6. c. 358. & 359. decret.*

C A P U T II.

^{21.9.2. Si quis. c. 3.} Qui mutatur ab una in aliam ecclesiam, nihil percipiat ex priore ecclesia, neque ex martyriis,

ptochiis, & xenodochiis ei subjectis. *Chalc. c. 10.*

Vide Aquiſgr. 30. Cæſar. lib. 8. cap. 14.

C A P U T III.

Per sollicitudinem Episcoporum, quorum ^{De rel. dom. c. 2. in 1. coll.} dioceseos existunt, xenodochia, ptochotrophia, ^{& c. 3. eod.} notocomia, orphanotrophia, eremocomia, & ^{tit. apud Gr. IX.} monasteria tam monachorum, quam sanctimonialium, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur, &c. qualiter Deo vacantes inopia, vel necessitatibus nullatenus occupentur, sed omni expulsa cura purius * in Dei servitio * puris, & valeant mentibus permanere. *Eugen. II. & Lea IV. in synod. Rom. cap. 23.*

C A P U T IV.

Si locus ad hospitalitatis usum, & pauperum ^{Uf supra c. 4.} provisum fuerit, sicut moris est, auctoritate Pontificis destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari. *Urban. II. Arimin. Episc.*

C A P U T V.

Ne cui liceat res, vel facultates ecclesiæ, aut monasterijs, vel xenodochiis pro quacumque eleemosyna cum iustitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere; quod si quis fecerit, tamquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constringitus, ab ecclesia & iuminibus excludatur, quamdiu ab ipso ea, quæ sunt ablata, vel retenta, reddantur. *Aurel. V. cap. 13. synod. Belvacen. apud concil. Melden. cap. 17.*

C A P U T VI.

De xenodochio, quod Rex Childebertus, & Ultrotho Regina in Lugdunensi urbe coadiderunt, cuius institutionis ordinem subscriptissimus, &c. quidquid præfato xenodochio, aut per ipsorum Regum oblationem, aut per quorumcumque fideliū eleemosynam collatum, aut conferendum est, in quibuscumque rebus, atque corporibus, nihil exinde ad se quolibet tempore Antistes ecclesiæ Lugdunen. revocet, aut ad jus ecclesiæ transferat, ut succedentes sibi per temporum ordinem sacerdotes, non solum de facultate xenodochii ipsius, aut de consuetudine, vel institutione nihil minuant, sed deat operam, qualiteres, & ipsius stabilitas detrimentum, aut deminutionem aliquam patiatur. Providentes, ut præpositi semper strenui, ac Deum timentes, decedentibus substituantur; & cura ægrotantium, ac numerus, vel exceptio peregrinorum, secundum iadiciam institutionem, inviolabili semper stabilitate permaneat. Quod si quis quolibet tempore contra constitutionem nostram venire tentaverit, aut aliquid de consuetudine, vel facultate xenodochii ipsius abstulerit, ut xenodochium, quod avertat Deus, esse definit, ut necator pauperum irrevocabili anathemate feriatur. *Aurel. V. c. 15. Melden. c. 40.*

C A P U T VII.

Defuncto presbytero, vel Abbatte nihil ab Episcopo auferatur, vel Archidiacono, vel a quocumque de rebus parochie, vel xenodochii, vel monasterii, &c. *Cabilon. c. 7.*

C A P U T VIII.

Oportet, ut Prælati Ecclesiæ, præcedentium patrum exempla sectantes, aliquod præparent

rece-

receptaculum, ubi pauperes colligantur, & de rebus Ecclesiae tantum ibidem deputent, unde sumptus necessarios, juxta possibiliterat rerum, habere valeant, exceptis decimis, quæ de ecclesiæ villis ibidem conferuntur, sed & canonici tam de frugibus, quam etiam de omnibus eleemosynarum oblationibus, in usus pauperum decimas libentissime ad ipsum conferant hospitale. Et boni testimonii frater constituatur, qui hospites, & peregrinos adventantes, utpote Christum in membris suis iulcipiat, eisque necessaria libenter pro viribus administret. Qui etiam ea, quæ in usus pauperum cedere debent, nequaquam in suos usus refleciat, ne cum Iuda loculos Domini furante, sententiam damnationis excipiat. Sed & Prælatorum debet vigilare industria, ne eum, cui hospitale committitur, pauperum res pauperibus deputatas, in aliquo minutare; aut his quasi beneficio munere concessis sinant, uti, quod a Prælatis quibusdam curam pauperum parviperentibus fieri comperimus, &c. Quod si is, cui hospitale commissum est, curam pauperum neglexerit, eorumque res in suos usus retorserit, quamquam divina ultione dignus sit severius, tamen quam ceteri delinquentes, a Præpositis iudicandus, & a ministerio removendus est. Quippe qui & pretia peccatorum, & alimenta pauperum, & thelaurum cælo recondendum suis aptavit usibus. *Aquis gr. c. 141.*

C A P U T IX.

Admonenda est regia magnitudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum, & ordinata, & exulta fuerunt, & modo ad nihil sunt redacta, sed & hospitalia Scotorum, quæ sancti homines gentis illius in hoc regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis ampliaverunt, ab eodem hospitalitatis officio funditus sunt alienata: & non solum supervenientes in eadem hospitalia non recipiuntur, verum etiam ipsi, qui ab infantia in eisdem locis sub religione Domino militaverunt, & exinde eiiciuntur, & ostiatim mendicare coguntur. Unde per timescenda est canonica sententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio, quia ut necator pauperum, & Christi traditor Judas, idem, qui hujus sceleris auctor, & perpetrator esse dignoscitur, præfenti, & perpetuo est anathema feniendus: „Qui feulam (inquit Symmachus „Papa) vel quidquid fuerit Ecclesiæ, petunt a „Regibus, & corrumperet pietatis insinuetu, „legentium substantiam rapunt.“ Irrita habentur, quæ oblinient, & a communione ecclesiæ, cujus facultatem auseire cupiunt, excludantur. Item in canone Aurelianensi. Si quis quilibet tempore, &c. *Meldens. c. 40. Aurel. V. c. 15.*

C A P U T X.

Ut hospitalia peregrinorum videlicet, & aliorum pro remedio animarum receptacula, &c. ab omni usu, & libitu humanæ temeritatis absoluta, in eos usus, quibus sunt constituta, pietatem prædecessorum vestrorum sequentes, sub patrocinio vestro dignum est vestro tempore, & vestra sollicitudine restaurantur. Qui enim agapem pauperum, & sustentationem peregrinorum, & ele-

mosynam defunctorum defraudant, apud sanctos patres eorum necatores vocantur. *Tullen. part. 2. cap. 14.*

C A P U T XI.

Peristeria pro suæ animæ salute testamentum condens, jussit multam quantitatem pecuniarum præstari monasteriis, nec non etiam Xenodochiis, & Parochiis, & aliis pauperibus Ægyptiacæ provinciæ. *Chalc. act. 3. in libello Iechirionis diaconi.*

C A P U T XII.

Ego a juvenili ætate mea vixi cum pauperibus, & ptochium feci, & in eo posui LXX. lectos, & omnes languentes, & ulceratos hospitio suffici piebam, &c. *Bassianus Episcopus post litteras ad Valentianino, apud Chalced. syn. act. XI.*

C A P U T XIII.

it Symmachus ad B. Petrum, & B. Paulum Apostolos, & ad sanctum Laurentium pauperibus habitacula construxit, &c. Hic omni anno per Africam, & Sardiniam Episcopis, qui in exilio erant retrisi, pecunias & vestes ministrabat. *Ex Pontific.*

C A P U T XIV.

Tempore Vigilii Belisarius Patricius multa dona, & eleemosynas pauperibus largitus est, fecitque xenodochium in via Lata, & in via Flaminia juxta civitatem Ostiam monasterium sancti Juvenalis, ubi possessiones, & dona multa largitus est. *Ex Pontific.*

C A P U T XV.

Pelagius (*secundus*) domum suam xenodochium fecit pauperum senum. *Ex Pontific.*

TITULUS IX.

CONSTITUANTUR LITTERARUM

GYMNASIA.

C A P U T I.

*Q*uoniam ecclesia Dei & in iis, quæ spectant *De magistr. c. 4. Gr. IX. & in 1. coll.* ad subsidium corporis, & in iis, quæ ad profestum veniunt animarum, indigentibus, sicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi, & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque ecclesiam cathedralem magistro, qui clericos ejusdem ecclesiæ, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium assignetur, quod docentis necessitas sublevetur, & discéntibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis, sive monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus omnino pretium exigat, &c. *Alex. III. in conc. Later. c. 18.*

C A P U T II.

Quia nonnullis propter inopiam, & legendi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit institutione provisum: ut per unamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos ejusdem ecclesiæ, aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium præberetur, &c. Verum quoniam in multis ecclesiis id minime observatur, nos prædictum roborantes statutum adiicimus: ut non solum in qualibet cathedrali eccle-

ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituantur magister idoneus a Prælato cum capitulo, seu majori, ac seniori parte capitulo eligendus, qui clericos ecclesiarum ipsarum, & aliarum gratis in grammaticæ facultate, ac aliis instruat juxta posse. Sane Metropolitana ecclesia theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spedare noscuntur, &c. Quod si forte de duobus Metropolitana ecclesia gravetur, theologo juxta modum prædictum ipsa provideat; grammatico vero in alia ecclesia suæ civitatis, sive diœcesis, quod sufficere valeat, faciat prvidere. *Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 11.*

C A P U T III.

*Dif. 27. 4.
12. De qui-
busdam.*

Universis Episcopis, subjectisque pleibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrit, omnino cura, & diligentia habeatur, ut magistri, & doctores constituantur, qui studia litterarum, liberaliumque artium, ac sancta habentes dogmata assidue doceant, quia in his maxime Divina manifestantur, atque declarantur mandata. Et si liberalium artium præceptores in pleibus, ut assolet, raro inveniuntur, tamen Divinæ scripturæ magistri, & institutores ecclesiastici officii nullatenus desint, qui & annualiter proprio Episcopo de ejusdem actionis opere sollicite inquisitus debeat respondere, &c. *Eugen. H. & Leo IV. in syn. Rom. c. 34. V. Greg. VII. syn. Roman. incerti anni de eadem re. Ivo part. + c. 214. de cr. Anselm. lib. 7. c. 2.*

C A P U T IV.

Scholas (*Episcopi*) constituant, in quibus & litteraria solertia disciplinae, & sacræ scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus, merito dicatur a Domino: *Vos estis sal ter-
re, & qui condimentum pleibus esse valeant,
& quorum doctrina non solum diversis heredi-
bus verum etiam Antichristi monitis, & ipsi An-
tichristo resistatur, &c. Cabilon. sub Carolo c. 3.*

C A P U T V.

Omnibus nobis visum est, ut ab hinc postposita totius torporis negligentia, ab omnibus diligenter in educandis, & erudiendis militibus Christi, vigilanior adhibeatur diligentia, & quando ad provinciale Episcoporum concilium ventum fuerit, unusquisque rectorum, sicut jam in præcedentibus memoratum est, scholasticos suos eidem concilio adesse faciat, ut suum solers studium circa divinum cultum omnibus manifes- stum fiat. *Paris. sub Ludov. & Loth. lib. 1. c. 30.*

C A P U T VI.

Nos Christi ministri non tantum in cupiditatibus mundanis, & curis, & sollicitudinibus sed potius in divinis officiis implicaremus, & in scholis habendis, & educandis militibus sanctæ Dei ecclesiæ operam daremus, &c. *Parisien. sub Ludov. & Loth. lib. 3. c. 1.*

C A P U T VII.

Obnixe, ac suppliciter vestra celitudini sug- gerimus, ut morem paternum sequentes, saltem in tribus congruentissimis imperii vestri locis, scholæ publicæ ex vestra auctoritate hiant, ut la- *Tom. VI.*

bor patris vestri, & vester, per incuriam, quod absit, labefactando non depereat. Quoniam ex hoc facto, & magna utilitas, & honor sanctæ Dei ecclesiæ, & vobis magnum mercedeis emolumen- tum, & memoria sempiterna accrescat, *Parisien. sub Ludov. & Loth. lib. 3. c. 12.*

C A P U T VIII.

Ut de scholis tam divinæ, quam humanæ literaturæ, nec non & ecclesiasticae cantilenæ, juxta exemplum prædecessorum nostrorum aliquid inter nos tradetur, & si potest fieri statuarur, atque ordinetur. Quia ex hujus studii longa intermissione pleraque ecclesiastica Dei loca & ignorantia fidei, & totius scientiæ inopia invaserunt. *Walent. sub Lothar. c. 18.*

C A P U T IX.

Deprecandi sunt pii Principes nostri, & omnes fratres, & coepiscopi nostri instantissime commo- nendi, ut ubicumque omnipotens Deus idoneos ad docendum, id est, fideliter, & veraciter intel- ligentes donare dignetur, constituantur undique scholæ publicæ, ut utriusque eruditio & divinæ videlicet, & humanæ in Ecclesia Dei fructus va- leat accrescere. Quia quod nimis dolendum est, & perniciosum maximæ divinæ scripturaræ verax, & fidelis intelligentia jam ita dilabitur, ut vix e- jus extrema vestigia reperiantur. Et idcirco in- genti cura & summo studio remedium procuran- dum est. *Tullen. part. 2. c. 10.*

C A P U T X.

Si quis ex presbyteris voluerit nepotem suum aut aliquem consanguineum ad scholas mittere, in ecclesiis sanctorum, aut in cœnobiosis, quæ no- bis ad regendum concessa sunt, ei licentiam id fa- ciendi concedimus. *Theodulph. ad presbyteros Aurelian. c. 19.*

C A P U T XI.

Presbyteri per villas, & vicos scholas habeant, & si quislibet fidelium suos parvulos ad discen- das litteras eis commendare vult, eos suscipere, & docere non renuant, sed cum summa charitate eos doceant, attendentes illud, quod scriptum est: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt, quasi splen- dor firmamenti, & qui ad justitiam erudiuntur multos, fulgebunt quasi stella in perpetuas æ- ternitates. Cum ergo eos docent, nihil ab eis pre- tii exigant, nec aliquid ab eis accipiant, ex cer- to quod eis parentes charitatis studio sua volun- tate obtulerint. Theodulph. ad presb. Aurelian. cap. 20.*

T I T U L U S X.

DE QUARTA PAUPERUM.

Vide libro tertiodécimo titulo vicesimo primo, quibus adde hæc:

C A P U T I.

*Q*uartuor tam de redditu, quam de oblatione *12. q. 2. c. 27.* fidelium, &c. convenit fieri portiones. Quarum sit una Pontificis, altera clericorum, pauperum tercia, quarta fabricis applicanda, &c. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionem, quamvis divitis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tam juxta quod scri- ptum est: *Ut videant opera vestra bona, & glo- rificant patrem vestrum, qui in cœlis est; opor- Matt. 5. b. tet*

tet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconij non rateri. *Gelas. ep. 1. c. 29.*
Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 15. Vide
Tribur. c. 13. *Burch. lib. 3. c. 137.* *Ivo lib. 2. tit. 1. c. 7.* *panorm. C' part. 3. c. 203.* *decret. Ans. lib. 5. c. 68.* *Cæs. lib. 7. c. 100.*

C A P U T II.

12. q. 1. c. 30. Mos sedis Apostolice est, ordinatis Episcopis præceptum tradere, ut ex omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones, una vi-
12. q. 1. c. 6. delicet Episcopo, & familie propter hospitalita-
Quia. 8. tem, & susceptionem, alia clero, tertia pauperi-
Lnc. 11. bus, quarta ecclesiis reparandis, &c. Communi autem vita viventibus jam de faciendis portioni-
bus, vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia, nobis quid erit loquendum? cum omne, quod supereat, in caussis piis, ac religio-
sis erogandum est, Domino dicente: *Quod su-
perest, date eleemosynam.* *& ecce omnia mun-
da sunt vobis.* *Gregor. ad August. interr. 1.* *Ivo
lib. 2. tit. 1. c. 8.* *pan. Ans. lib. 5. c. 64.* *C' lib. 7.
c. 3.* *Cæsarugstan. lib. 7. c. 106.* *Tarrac. lib.
1. c. 180.* *C' 261.*

T I T U L U S XI.
EPISCOPI, ET PRESBYTERI, ET ALII CLERICI PAUPERES ALANT.

Vide libro quarto titulo trigesimo primo, & libro sexto titulo quartodecimo, quibus adde:

C A P U T I.

Mensulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Christus conviva noverit. *Hieron. ad Nepotian. apud Aquisgran. cap. 94. post princip.*

T I T U L U S XII.
ECCLESIA PAUPERES ALAT.

C A P U T I.

VIduae adolescentes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesiæ cujus viduæ sunt, susten-
tentur. *Carth. IV. c. 101.* *Ivo part. 8. cap. 326.* *decret.*

C A P U T II.

*Dif. 21. c.
ut.* Viduæ, quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tam affideæ in Dei opere esse debent, ut & meritis, & orationibus suis ecclesiæ adjument. *Carthag. IV. c. 103.* *Ivo part. 8. c. 327. decr.*

C A P U T III.

** oblationibus, f.* De obligationibus * vel agris, quos dominus noster Rex ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, &c. id esse justissimum definimus, ut in reparationibus ecclesiarum, almonijs sacerdotum & pauperum refactione, vel redemptionibus captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, &c. *Aurelian. cap. 5. alias 7.*

C A P U T IV.

Præbendum est a sacerdotibus vitæ solarium indigentibus, &c. Si clericis, vel peregrinis aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu in usum res ecclesiastica largiuntur, quanto magis consulendum est quibus retributio justa debetur? *Tolet. IV. c. 37.*

C A P U T V.

Decimæ, quæ singulis dabuntur ecclesiis, per consulta Episcoporum a presbyteris ad usum ec-

clesiæ, & pauperum summa diligentia dispensen-
tur. *Turon. sub Carolo c. 16.*

C A P U T VI.

Ecclesia sancta non solum fideles spoliare non debet, quin potius inopibus opem ferre, ut debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri necessitatem patientes, a sancta ecclesia, ut puta a pia matre, & omnium gubernatrice subsidium accipiunt, quia res ecclesiæ, quibus Episcopi non ut propriis, sed ut commendaticiis uti debent, pre-
tia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, sti-
pendia fratrum in communi viventium. *Cabillon.*
sub Carolo c. 6.

C A P U T VII.

Ipsi quoque pauperes, si se possint suis artificiis aut laboribus expedire, non prælumant, quod debet debilis, & infirmus accipere, ne forte ecclesia, quæ potest omni solatio destitutis necessaria ministrare, si omnes etiam (*nihil*) indigentes accipiant, gravata illis, quibus debet subvenire, non valeat. *Prosper. lib. 2. de vita contemplati-
va c. 10. apud Aquisgr. c. 107.*

C A P U T VIII.

Res ecclesiæ, sicut a sanctis Patribus traditur, &c. vota sunt fidelium, pretia peccatorum, & patrocinia pauperum. Fideles namque, &c. sanctam locupletem fecerunt ecclesiæ, ut his & milites Christi exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redime-
rentur, &c. Ergo res ecclesiæ pauperibus, & milibus Christi stipendiariæ debent intelligi. Unde totis oīibus Prælati fatagendum est, ut sanctorum Patrum dictis, & exemplis obsequentes, de rebus commissis & subditos gubernent, & pau-
peres foveant, cunctisque utilitatibus, ac necessita-
tibus ecclesiæ fideliter administrando consulant,
&c. *Aquisgr. c. 116.*

C A P U T IX.

Ea, quæ a domino Imperatore, consensu E-
piscoporum, ob honorem, & amorem Dei ec-
clesis concessa sunt, non in avarijam presbyte-
rorum, aut in rapacitatem Episcopaliū ministro-
rum cedant, sed in utilitatem ecclesiæ, & in usus
clericorum, & pauperum deveniant. *Aquisgran.
II. sub Ludov. part. 3. c. 6.*

C A P U T X.

Instruendi sunt presbyteri, pariterque admo-
nendi, quatenus noverint decimas, & oblationes,
quas a fidelibus accipiunt pauperum & hospitum
& peregrinorum esse stipendia; & non quasi luis,
sed quasi commendatis uti, de quibus omnibus
sciant se rationem posituros in conspectu Dei, &
nisi eas fideliter pauperibus, & his, qui præmis-
sunt, administraverint, damna passuros, &c. *Nan-
neren. cap. 10.*

T I T U L U S XIII.
**EPISCOPI, ET ALII CLERICI DEFEN-
DANT PAUPERES.**

C A P U T I.

Episcopus, clericus, monachus, non aliena *Dif. 86.*
prædia conducat, neque tractet administra-
tionem rerum sacerularium, nisi ex legibus ad tu-
telam impuberum inexcusabilem vocetur, aut si
Episcopus urbis ei commiserit curam rerum ec-
cle-

*pervenit. c.
ut. 21. q.
3. c. 1.*

clesiasticarum, aut pupillorum, vel viduarum, vel earum personarum, quæ ecclesiastico jure indigent. Contraveniens ecclesiasticis penitus subjecat. Chaleed. c. 3. Vern. c. 6. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 28. Vid. Ap. c. 6. G. Burch. lib. 2. c. 145. Ivo part. 6. c. 218. decr. Ans. lib. 6. cap. 181. in Rom.

C A P U T II.

^{23.9.3.6.10.} Petantur ab Imperatoribus defensores eligendi ab episcopis, ne pauperes a divitibus vexentur, ob quos ecclesiam molestant. Carth. cap. 76. G. Carth. V. cap. 9. L. Afric. c. 42. E. Capitul. lib. 5. cap. 31.

C A P U T III.

Ecclesiarum omnium curam habetote, servisque earum adjutorium præbete, viduarum religiosam curam gerite, pupilos enixius juvate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. Clemens epist. 3. post princ.

C A P U T IV.

Judices, ac potentes, qui pauperes opprimunt, si admoniti a Pontifice suo se non emendaverint, excommunicentur. Turon. II. cap. 27. Trost. c. 7.

C A P U T V.

Decernimus, ut judices non prius viduas, & pupillos convenient, nisi Episcopo nuntiarint, cuius sibi velamine degunt. Quod si Episcopus prælens non fuerit, Archidiaconus, & presbyter pariter sedentes, communis deliberatione caussis eorum terminos figant, ita iuste, ac recte, vel deinceps de talibus antedictæ personæ non conquiscentur. Quod si is, qui judex est, aut imputator eius aut injuriam aliquam ingesserit, aut definitionem tanti concilii transgressus fuerit, a communione suspendatur. Matric. II. cap. 12.

C A P U T VI.

Episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam a Deo sibi curam non ambigant. Ideo dum conspicuntur judices, ac potentes pauperum oppressores existere, & prius eos sacerdotia i admonitione redarguant, & si contempserint eundem, eorum insolentiam Regis auribus intiment, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, Regalis potestas ab improbitate coercent. Si quis autem Episcoporum id neglexerit, concilio erit reus. Tolet. IV. cap. 31. Arelat. sub Carolo cap. 17. Burch. lib. 15. cap. 1. Ivo p. 16. decr. cap. 2.

C A P U T VII.

^{Job. 29. c.} Libat domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. Unde Job, Benedictio perituri super me veniebat, & cor vidue consolatus sum; & paulo post: Flebam quoddam super eo, qui affictus erat, & compatiscebarum anima mea pauperi. Tolet. VIII. c. 2. post med.

C A P U T VIII.

Unusquisque Episcopus semel in anno circumeat parochiam suam, noverit sibi curam populorum, & pauperum in protegendis, ac defendendis impositam, &c. Arelat. sub Carolo c. 17.

C A P U T IX.

Episcopi maximam curam, & sollicitudinem circa pauperes habeant, &c. Turon. sub Carolo cap. 10.

C A P U T X.

Episcopus ad forum, neque ubi publice negotia judicaria exercentur, non pergit sua causis suffragatus, nisi forte ut aut pauperibus oppressis luccurrat, aut viduis, & orphanis tuitionem conferat, &c. Cabilon. sub Carolo c. 11.

C A P U T XI.

De orphanis, & pauperibus, qui debite, vel indebit dicuntur amississe hereditatem paterni, vel materni juris ad se legibus pertinentem, si aliebū inventi fuerint, quos patres, vel matres propter traditiones illorum exhaeredes fecerunt, aliorum scilicet suasionibus, aut petitionibus, vel aliquo ingenio, omnino volumus, atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad nostram pertinet potestatem juxta voluntatem Dei, & vestram sanctam admonitionem, & considerationem. Magunt. c. 6.

C A P U T XII.

Laici in eorum ministerio obedient Episcopis ad regendas ecclesias Dei, viduas, & orphanos defendendos, &c. Magunt. c. 8. Burch. lib. 5. c. 4. Ivo part. 16. c. 5. decr.

C A P U T XIII.

Ministri altaris, vel monachi non debent in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum, &c. Magunt. c. 14. Magunt. sub Raban. c. 13. Capit. lib. 7. cap. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo part. 7. cap. 108. decr.

C A P U T XIV.

Volumus, ut laici in eorum ministerio obedient Episcopis ad regendas ecclesias, viduas, & orphanos defendendos, & ut obedientes sint eis ad eorum Christianitatem servandam. Magunt. sub Rabano. cap. 7.

C A P U T XV.

Si quis de potentibus clericis, aut quilibet pauperem, aut religiosum expoliaverit, & mandaverit ad ipsum Episcopum, ut eum audiat, & eos contempserit invicem, mox s' ripia percurrant per omnes provincias Episcopos, quo cumque audiatur potuerint, ut excommunicatus habeatur, donec audiat, & reddat aliena. Pisten. cap. 4. post principium.

T I T U L U S XIV.

CIVES ALANT PAUPERES, ET PRÆTER CETEROS REX.

C A P U T I.

<sup>c. 1. ne clericis
vel monachis.
Greg. IX. &
in 1. coll.</sup> Unaque civitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini presbyteri, quam cives omnes suam pauperem pascant, quo fieri, ut ipsi pauperes per civitates alienas non fatigentur. Turon. II. cap. 5.

C A P U T II.

Uniusquisque tempore famis, aut ejuslibet necessitatis ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat, quia scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur; & iterum: Date, & dabitur vobis, dimittite, & dimittetur vobis. Arelat. sub Carolo cap. 14.

C A P U T III.

Omnibus communiter intimetur, ut unusquisque omni tempore suam familiā, & ad se pertinentes inopes alere, ac vegetare studeat, quoniam impium est, & Deo odibile, eos, qui divitiis afflant, nimiisque opibus abundant, non adjuvare miseris, & indigentes. *Turon.* sub *Carolo cap. 36.*

C A P U T IV.

Justitia Regis est, neminem injuste per potentiam opprimere, &c. advenis, & pupillis, & viuis defensorem esse, &c. ecclesias defendere, pauperes eleemosynis alere. *Paris.* sub *Lud.* *G' Loth.* lib. 2. c. 1. ante med.

T I T U L U S XV.

N E M O P A U P E R E S O P P R I M A T.

C A P U T I.

Ubicumque presbyter, vel monachus, vel peregrinus, vel res eorum captæ fuerint, statim excommunicetur receptum, unde factum, vel ad quod dictum fuerit. *Greg. VII. in concil.* *Rom. ann. incert. c. 15.*

C A P U T II.

Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apostolorum lignina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus, quas ferunt, spoliare tentaverit, donec satisfecerit, communione creat christiana. *Collist. II. in conc.* *Rom. cap. 16.*

C A P U T III.

Dif. 90. c. 2. & 8. Forum, qui pauperes opprimunt, dona a fiscis refutanda. *Carth. IV. c. 94.* *Vide Trost. 12. Burch. lib. 5. c. 39.* *Ivo part. 2. cap. 48. de cr.*

C A P U T IV.

24.9.3. c. 21. Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem aut religiosum expoliaverit, & mandaverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & si contempserit, invicem mox scripta percurrent per omnes provincias Episcopos, & quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediatur, & reddat aliena. *Toles. I. c. 11. Colom.* sub *Carolo III. cap. 3.* *Anselm. lib. 7. cap. 164.*

C A P U T V.

Judices, aut potentes, qui pauperes opprimunt, si commoniti a Pontifice suo le non emendaverint, excommunicentur. *Turon. II. c. 27. Trost. c. 7.*

C A P U T VI.

Ex interpellatione quorundam cognovimus, quod hi, qui lateri Regis adhaerent, vel aliqui, qui potentia seculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut convictionibus prærogatis miseris non solum de agris, sed etiam de domibus propriis exulare (cogunt). Idcirco decernimus, ut deinceps nullus miserorum rebus suis per vim, aut assentationem quamlibet defraudetur. Illi autem, qui contra dispositum non solum nostrum, sed etiam antiquorum patrum, & Regum venire tentaverit, procellosi anathematis ultione plectantur. *Matisc. II. c. 4.*

C A P U T VII.

De peregrinis similiter constituimus, qui propter Deum ad Romanam, vel alicubi vadunt, ut ipsos, f. nulli pe- ipsius * per nullam occasionem ad pontes, vel ad rigrino, f. exclusas, aut navigio non detineatis, &c. Nullum *

peregrinum calumniam faciatis, nec nullum telonium eis tollatis, &c. *Syn. sub Pipino cap. 4.*

C A P U T VIII.

De peregrinis, qui propter Deum vadunt, ut de eis telonium non tollant, & de illis aliis teloniis, quod dominus Rex antea perdonavit, sic fiat, ut ubi legitime non debent esse donati, non sint. *Vern. cap. 22.*

C A P U T IX.

Comites, vel judices ad eorum placita primo viduarum, orphanorum, vel ecclesiarum cauñas audiant, & definiant in eleemosyna domini Regis, & postea alias cauñas cum justitia rationabiliter judicent. *Vern. c. 23.*

C A P U T X.

Unusquisque Episcopus semel in anno circumeat parochiam suam, noverit sibi curam populum, & pauperum in protegendi, ac defendendi impositam. Ideoque dum conspicunt judices ac potentes pauperum oppresores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant, & si contempserint emendare errorem, intolentia Regis auribus intimetur, ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad justitiam, regalis potestas ab improbitate coercent. *Arelat. sub Carolo c. 7.*

C A P U T XI.

Nec comites, vel vicarii seu judices, vel centenarii sub mala occasione, vel ingenio res pauperum emant, vel per vim tollant, aut quolibet argumento surripiant, sed si qui aliquid possessorum emendum, aut vendendum sit, id in publico coram Comite, & judicibus, & nobilibus civitatis facere debebit. *Arelat. sub Carolo c. 23.*

C A P U T XII.

Propter diversas occasiones res pauperum multis in locis valde attenuatae sunt, eorum scilicet dicimus, qui liberi esse noscuntur, & sub potestate potiorum sunt constituti, quorum si negotia, & cauñas Princeps investigari iusserit, reperiuntur quamplurimi diversis occasionibus ad ultimam paupertatem jam redigi. *Turon. sub Carolo c. 44.*

C A P U T XIII.

Propter provisiones pauperum, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, ut nec Episcopi, nec Abbares, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nullusque omnino sub mala occasione, vel malo ingenio res pauperum, vel minus potentum nec emere, nec vi tollere audeat. Sed si quis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per iussionem vestram. *Magunt. c. 7.*

C A P U T XIV.

Comperimus, quod in quibusdam occidentibus provinciis, syadente avaritia, Episcopi, & Comites, & ceteri Praetati pauperibus sibi subiectis, soleant edictum imponere, ut nullus eorum tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiarum modium vini majori pretio, nisi quod ab eis constituitur, vendere presumat. Quod si quispiam illorum facere presumperit, & paupertati suæ magnam jacturam patitur, insuper etiam acribus verberibus flagellatur. Unde fit, ut cum aliis

aliis modius frumenti duodecim denariis, & modius vini viginti denariis venumdari possit: hujusmodi seniores modium frumenti ad quatuor, & modium vini ad sex sibi extorqueant denarios. Quae res, quia impietatis, iniustitiaeque plena est, necesse est, ut piissimi Principis auctoritate inhibeatur. Quoniam verendum est, ne dum his similibus gravaminibus pauperes atteruntur, ira interni judicis non solum facientibus, sed etiam consentientibus, & corrigere nolentibus accumuletur, &c. *Paris.* sub *Ludov.* & *Lothar.* lib. I. c. 52.

C A P U T X V.

Levit. s. 22. Quidam clericorum, & laicorum obliti præceptionis dominicæ, qua dicitur: *Pecuniam tuam non dabis ad usuram,* & *frugum superabundantiam non exiges:* Ego dominus Deus vester in tantum turpissimi lucri rabiem exarserunt, ut multiplicibus, atque innumeris usurarum generibus sua adinventione, & cupiditate repertis, adeo pauperes Christi affligant, ut exceptis aliis oppressionibus, quibus ad injuriam Dei atrociter cruciantur, hoc speciali malo multi eorum, fame, & egestate confundi pereant, multi etiam hac oppressione compulsi propriis derelictis, alienas incolatus gratia terras expertant, &c. Sunt etiam alii crudelissimi sceneratores, qui tempore necessitatis nihil commodare pauperibus volunt, nisi mesellas suas, & vineolas, & prætola ea ratione in pignus dederint, ut quidquid frugum in hunc colligi poterat, pro parvo, quod mutuum acceperint, ex arte amittant. Quae res non minimam pauperibus generat afflictionem & penitiam, &c. *Joannes.* Apostolus conviva cœnæ do-
s. Joann. 3. minicæ strenuus, ac fidelissimus: Qui habuerit, inquit, facultates mundi, & viderit fratrem suum esurientem, & clauserit viscerem sua ab eo, quo modo charitas Dei manet in eo? *Augustinus:* „Ecce (inquit) unde incipit charitas. Si nondum es idoneus mori pro fratre, jam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Jam percutiat viscera tua charitas, ut non delectantia facias, sed de intimo adipe misericordia, ut consideres illum in egestate possum. Si enim superflua non potes dare fratri tuo, animam tuam potes posere pro fratre? &c.“ Miserabilis plane, & valde deflenda res est, quando quis pro facultatibus mundi, quarum momentaneus possessio existit, quia eas fratribus indigentibus charitate dictante non imperit, & gloriam Christiani nominis sibi admittit, & Deum, qui charitas est, amittit. *Paris.* sub *Ludov.* & *Lothar.* lib. I. cap. 53.

C A P U T XVI.

Regale ministerium specialiter est, populum Dei gubernare, &c. ipse (Rex) debet primo defensor ecclesiarum, & servorum Dei, viduarum, orphanorum, ceterorumque pauperum, nec non & omnium indigentium, &c. Unde oportet, ut ipse, qui judex est judicium, causam pauperum ad se ingredi faciat, & diligenter inquireat, ne forte illi, qui ab eo constituti sunt, & vicem ejus agere debent in populo, inuste, aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. *Parisien.*

sub Ludov. & *Loth. lib. 2. cap. 2. Aquisgr. II.*
sub Ludov. part. 4. c. 3. *Magunt.* sub *Arnulph.* cap. 3.

C A P U T XVII.

Quod Rex causam pauperum ad se ingredi facere, & diligenter debeat inquirere, dat intelligi illud, quod legimus antiquitus: judices idcirco in porta ad judicandum sedisse, ut nullus accedendi difficultatem, aut quispiam civium vim, aut calumniam necesse haberet sustinere, &c. *Parisien.* sub *Ludov.* & *Lothar.* lib. 2. cap. 3.

C A P U T XVIII.

Monemus Regiam pietatem de oppressione pauperum liberorum, ut non a potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam opprimantur, vel cogantur, ut res suas vendant, sive tradant, ne forte parentes eorum contra justitiam fiant exhaeredati, & regale obsequium minuantur, & ipsi propter indigentiam mendici, vel latrones, seu malefactores efficiantur, &c. *Magunt.* sub *Raban.* cap. 17.

C A P U T XIX.

Placuit nobis, ut nec Episcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nullusque omnino sub mala occasione, vel mala ingenio, res pauperum, vel minus potentium emere, aut tollere audeat. Sed quisquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito, coram idoneis testibus, & cum ratione hoc faciat. Ubicumque autem aliter inventum fuerit factum, hoc omnino emendari per regiam convenientem ius-*tionem.* *Magunt.* sub *Raban.* cap. 18.

C A P U T XX.

Quidam facultates ecclesie in diversa collaboratione, & redditibus eas exscoliant, sed & pauperes, atque vicinos, & circumstantes immisericorditer exscoliant, devastant, & opprimunt, &c. ex criminali, & publico peccato publica poenitentia satisfaciunt, &c. *Melden.* c. 61. *Burch.* lib. II. cap. 16. *Ivo part. 14. cap. 86. decret.*

C A P U T XXI.

Viduae, & pauperes, & peregrinantes hospites omni quiete fruantur. *Theoph. Episc. Alexandr.* in commonit. cap. 10.

T I T U L U S XVI.

N EMO RES PAUPERIBUS RELICTAS SURRIPERE AUDEAT.

C A P U T I.

Ne aliquo se ante tribunal Christi obstaculo *12.9.2.6.21.* muniat, qui a religiosis animabus ad sub-
stantiam pauperum derelicta, contra fas sine ali-
qua pietatis consideratione dispergit. *Symmas. in*
synod. Rom. III. cap. 8. Ivo part. 3. c. 182. decret.

C A P U T II.

Et si illis, qui nulla ex rebus suis pauperibus *12.9.2.6.39.* Christi distribuunt, æterni judicis voce in futuro condemnabuntur, quanto magis hi, qui auferunt pauperibus, quæ non dederunt? Quapropter *1.4. de rebus* Episcopi, qui nihil ex proprio suo ecclesie Chri-
eccl. Gr. IX. sti compensaverunt, hanc divinam lalentiam *6.5. sec. tit.* metuant, &c. *Tolet. IV. cap. 66. Burch. lib. 3.* *cap. 189. Ivo part. 3. cap. 249. decret.*

C A P U T III.

Qui agapem pauperum, & sustentationem pe-
regri-

regrinorum, & eleemosynam defunctorum defraudat, apud sanctos patres eorum necatores vocantur. *Tullen. part. ult. cap. 14.*

TITULUS XVII.

RES ECCLESIAE IN USUS PAUPERUM ALIENARI POSSUNT.

CAPUT I.

Praeter in clericos, & captivos, & peregrinos alienare non licet res urbanarum ecclesiarum. *Symmac. in synd. Rom. II. cap. 4.*

CAPUT II.

16. q. 1. Pol. Peregrinis si necessitas largiri suaserit, ad tempationes, &c. i. p. alienari possessiones ecclesiæ possunt. *Symm. epist. 1. cap. 1. Anselm. lib. 5. cap. 47. Cœsar. lib. 7. cap. 67. Tarrac. lib. 6. cap. 47.*

CAPUT III.

Nulli Episcoporum licet res alienare ecclesiæ, &c. Peregrinorum, vel clericorum, & egenorum necessitatibus, salvo jure ecclesiæ, praestare permittuntur pro tempore, quæ potuerint. *Toler. III. cap. 3. Ivo lib. 2. tit. 10. cap. 1. panorm. Cœsar. part. 3. cap. 167. decret.*

CAPUT IV.

Si clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatibus sustinentibus, pro folo religionis intuitu, in usum res ecclesiasticae largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio justa debetur? *Toler. IV. cap. 37.*

TITULUS XVIII.

DE REDEMPTIONE CAPTIVORUM.

CAPUT I.

13. q. 2. c. 13. **A**postolicos, & paternos canones renovans hac sancta, & universalis synodus definit, neminem prorsus Episcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, & vasa sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum, &c. ac per hoc ecclesiasticos redditus laderere, quos ad propriam utilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse decernimus. *Syn. VIII. gen. sub Hadr. II. cap. 15. Anselm. lib. 6. cap. 169. Cœsar. lib. 7. cap. 74.*

CAPUT II.

12. q. 2. c. 14. Et sacrorum canonum, & legalia statuta permitunt ministeria ecclesiæ pro captivorum esse redemptione vendenda, &c. Sicut omnino grave est frustra ecclesiastica ministeria venundare, sic iterum culpa est, imminentे hujusmodi necessitate, res maxime desolatæ ecclesiæ captivis suis præponere, & in eorum redēptione cessare. *Greg. lib. 6. epist. 35. vel c. 199. ad Domnum Episcopum Messinen. Anselm. lib. 5. cap. 48. Ivo part. 3. cap. 176.*

CAPUT III.

12. q. 2. c. 15. **S**acrorum canonum statuta, & legalis permittit auctoritas licite res ecclesiasticas in redēptionem captivorum impendi. Et ideo quia edicta a vobis sumus ante annos fere **xviii.** virum reverendissimum quemdam Fabium Episcopum ecclesiæ Firmanæ pro redēptione vestra, ac patris vestri Passivi, fratribus, & coepiscopi nostri, tunc vero clerici, nec non marris vestræ libras **xx.** argenti de eadem ecclesia hostibus impendisse, atque ex hoc quamdam formidinem vos habere, ne hoc

quod datum est, a vobis quilibet tempore repetatur, hujus præcepti auctoritate suspicionem vestram prævidimus auferendam, constituentes nullam vos exinde, heredesque vestros quilibet tempore repetitionis molestiam sustinere, nec a quocquam vobis aliquam obici questionem, quia ratio æquitatis exposcit, & quod studio pietatis impensum est, ad redēptorum onus, vel afflictionem non debeat pertinere. *Greg. lib. 7. indict. 2. epist. 14. Demeriano & Valeriano clericis Firmanis. Ivo part. 3. c. 145. Cœsar. lib. 7. c. 27.*

CAPUT IV.

De obligationibus vel agris, quos dominus Rex ecclesiæ contulerit in reparationibus ecclesiistarum, almoniis sacerdotum, & pauperum reflectione, vel redēptione captivorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, &c. *Aurelian. cap. 7.*

CAPUT V.

Fideles suis facultatibus sanctam locupletem fecerunt ecclesiam, ut his captivi pro temporum opportunitate redimerentur. *Aquisgr. sub Lud. cap. 116. in princ.*

CAPUT VI.

De pecunia, quam ad redimendos captivos eives Edesseni contulerunt. *Chale. act. 10. in libell. Samuelis & aliorum.*

CAPUT VII.

Symmachus captivos per Liguriā, & Mediolanum, & per diversas provincias pecunias redemit, & dona multiplicavit, & dimisit. *Ex Pont.*

CAPUT VIII.

Gregorius tertius paupertatis amator, & erga inopum provisionem non solum mentis provisio, sed studi sui labore sollicitus, captivorum etiam redēptor, orphanis quoque & viduis largiter necessaria tribuens, amator religiositatis. *Ex Pontific.*

TITULUS XIX.

DE EXPOSITIS.

CAPUT I.

Si expositus ante ecclesiam ejusdemque *Dis. 87. c. 9.* fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is, qui collectus est intra decem dies quæsusque non fuerit securus habeat, qui collegit. Sane qui post prædictum tempus calumniator extiterit, ut homicida ecclesiastica districione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas. *Arel. II. cap. 32. Capit. lib. 1. c. 142. Burch. lib. 3. c. 201. Ivo part. 3. c. 253.*

CAPUT II.

De expositis id observandum, quod jamdum synodus sancta constituit. *Agath. cap. 24.*

CAPUT III.

De expositis, quia ab omnibus querela processit, eos non misericordia jam, sed causis exponi, quos colligere calumniarum metu, quamvis inflexa præceptis misericordia, mens humana detraheret, id servandum est, ut secundum statuta Principum, quisquis expositum colligit, ecclesiam contestetur, contestationem q̄ hilominus de altario dominico die minister annuntiet, ut ecclesia sciat expositum esse collectum, ut intra dies decē ab expositionis die expositum recipiat.

Si

Si quis probaverit se agnovisse, collectori, pro ipsorum decem dierum misericordia, prout mauerit, aut praesens retribuat, aut in perpetuum cum Dei gratia, si voluerit, possideat. Vasenf. c. 9. Burch. lib. 3. c. 202. Ivo pars. 3. c. 254.

C A P U T IV.

Si quis expitorum hoc ordine collectorum repetitor, vel calumniator extiterit, homicida habendus est, &c. Vasenf. cap. 10. Burch. C. Ivo ut supr.

T I T U L U S XX.
DE HOSPITALIBUS EXCIPIENDIS.

C A P U T I.

Domine quando te vidimus esurientem, aut fidentem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, C. non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplarium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Matt. c. 25. in fine.

C A P U T II.

Charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitalites invicem sine murmuratione. Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. Petrus ep. 1. c. 4. num. 8. 9. C. 10.

C A P U T III.

Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sedantes. Paul. in epist. ad Rom. c. 12. num. 13.

C A P U T IV.

*Charitas fraternitas maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obvici. Per hanc enim placuerunt * quidam angelis hospitio receptis. Memento vinctorum tamquam simul vineti, & laborantium, tamquam & ipsi in corpore mortantes. Paul. in epist. ad Hebr. c. 13. in princ.*

C A P U T V.

Sectatores non hospitalitatis esse non solum dominus Jesus admonet, cum se dicit in hospitalitem receptum fuisse, sed etiam ejus Apostolus omnibus pene suis praecipiis. Propterea, beatissimi fratres, unumquemque nostrum oportet non solum semetipsum ad hoc opus hortari, sed etiam omnium fidelium mentes, ut possint apud Deum misericordiae operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per puram hospitalitatem reconciliare. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplo exhortationis suae ipse prius non comprobaverit opere, indignationem proculdubio incurret domini majestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum. Mat. con. II. c. 11.

C A P U T VI.

Ut in sua eleemosyna firmiter statuat (Imperator) ne quilibet in suum peragentibus servitum ullatenus prohibere audeat mansionem, neque aliis, quibus necessitas incumbit. Remen. cap. 42.

C A P U T VII.

De jure patr. e. 3. in 1. coll. Presbyteri ecclesiarum (decimas) accipiant, & inde restaurationem ecclesiarum, & luminaria,

& hospitum, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac statu regni vestri Domini misericordiam studiose implorent. Meld. cap. 75. in fin. Burchard. lib. 3. cap. 239. Ivo pars. 3. cap. 281. decr.

C A P U T VIII.

Evangelicis, atque Apostolicis instruimur documentis, in colligendis hospitalibus ante omnia dari debere operam, ut merito de nobis a Domino dicatur: Hospes fui, C. collegisti me. Proinde oportet, ut Praelati ecclesiæ præcedentium patrum præcepta sectantes, aliquod præparent receptaculum, ubi pauperes colligantur, &c. Aquifran. c. 141. in princ.

C A P U T IX.

*Admonendi sunt, ut hospitalitatem diligent, & nulli hospitalium præbere detraheant, & si cui forte hospitalium præstiterint, nullam ab eo mercedem accipiant, nisi forte ille, qui recipitur, sponte sua aliquid det: Dicendumque est illis, qualiter multi per hospitalitatis officium Deo placuerunt, dicente Apostolo: Per hanc enim Heb. 13. a. placuerunt quidam Deo, angelis hospitio suscep-
tis; & iterum: Hospitalites sine murmuratione, 1. Pet. 4. c. & ipse Dominus ad judicium veniens, dicturus est, Hospes eram, C. non collegisti me. Scient
fane quicumque hospitalitatem amant, Christum se in hospitalibus recipere. Nam ille modus hospitalitatis non solum inhumanus, sed etiam crudelis est, quo numquam hospes in domum ante recipitur, nisi prius dandi hospitiis merces com-
pensetur, & quod Dominus agere iussit pro perce-
ptione regni cœlestis, pro adquisitione terrena-
rum rerum agatur. Theodulphus ad presbyt. Au-
relianen. c. 25.*

T I T U L U S XXI.

DE COLLEGIS, SEU SEMINARIIS.

Vide libro octavo titulo decimo octavo.

T I T U L U S XXII.

DE FRATRIIS SIVE CONFRATRIIS.

C A P U T I.

Charitatis recipienda, & habenda maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmet ipsos communem cibum vestrum, mensamque faciatis, & in quantum unusquisque prævalet, crebrius panes, ac sales suos cum fratribus suis sumat. Per hanc enim præcipue charitas comparatur, & cauſa totius boni in hujusmodi communione consistit. Ubi autem pax, & bonitas, ibi & salus, propter quod communes facite cibos vestros cum his, qui secundum Deum fratres sunt, quia per hanc temporalia officia pacis, & charitatis fratribus gaudia æterna merebimini, &c. Clem. ep. 1. ante med.

C A P U T II.

De collectis, vel confratribus, quas consortia vocant, sicut verbis monimus, & nunc scriptis expresse præcipimus, ut tantum fiat, quantum rectum ad autoritatem, & utilitatem, atque ad salutem animæ pertinet. Ultra autem nemo, nec sacerdos, neque fidelis quisquam in parochia nostra progredi audeat, id est, ut in omni obsequio religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis defunctorum,

in eleemosynariis, & ceteris pietatis officiis. Pastos autem, & comedationes, quas divina auctoritas verat, ubi & gravedines, & indebitæ exactiones, & turpes, ac inanes letitiae, & rixæ, sepe etiam sicut experti sumus, usque ad homicidia, & odia, & dissensiones accidere solent, adeo penitus interdicimus, ut qui contra hoc decretum agere præsumperit, si presbyter fuerit, vel quilibet clericus, gradu privetur; si laicus est, aut femina, ab ecclesia usque ad satisfactionem separetur. Conventus autem talium confratrum, ne cesset si fuerit, ut simul convenient, aut forte aliquis contra parem suum discordiam habuerit, quem reconciliari necesse sit, & sine conventu presbyterorum, & ceterorum esse non possit, post peracta illa, quæ Dei sunt, & Christianæ religioni convenient, & post debitas admonitiones, si contigerit, ut vere charitatis, & fraternal invicem consolationis omnes ad refectionem convenient, sic talia fieri permittimus, ut servata modestia, & temperantia, & sobrietate, pacisque concordia, sicut decet fratres, omnia in ædificationem fraternitatis, & laudem, & gloriam Dei, & gratiarum actiones fiant. Et hoc omnino caveatur, quod Salvator ait: *Videte, ne graventur corda vestra in crapula, & ebrietate.* Qui voluerint, eulogias a presbytero accipiant, & panem, tantum frangentes, singulos accipiant bibentes, & nil amplius coniungere præsumant, & sic unusquisque ad sua cum benedictione Domini redeat. *Nanzenz. cap. 15.*

Luc. 21. 8.

TITULUS XXIII. COMMUNIA DE PAUPERIBUS.

CAPUT I.

OMNES pauperes, & egentes auxilio iter agere oportet cum probatione, & epistolis pacificis ecclesiasticis tantum, non cum communitatiis*, quæ tantum personis suspectis* præbentur. *Chalced. cap. 11.*

* evstæti-
nouis.
* acceptis.

CAPUT II.

Cum dicat Apostolus: „Abundantiorum ho-
„norem membris infirmioribus deferendum“
c. 1. eod. tit. 1. Gr. IX. &
ecclesiastici quidam, quæ sua sunt, non quæ Je-
su Christi quærentes, leprosis, qui cum sanis ha-
bitare non possunt, & ad ecclesiam cum aliis con-
venire, ecclesias, & cœmeteria non permittunt
habere, nec proprii juvari ministerio sacerdotis.
Quod quia procul a pietate Christiana esse dino-
scitur, de benignitate Apostolica constituiimus,
ut ubicumque tot simul sub communi vita fuerint
congregati, qui ecclesiam sibi cum cœmeterio
constituere, & proprio gaudere valeant presby-
tero, sine contradictione aliqua permittantur ha-
bere. Caveant tamen, ut injuriosi veteribus ec-
clesias, de jure parochiali nequaquam existant,
Quod namque eis pro pietate conceditur, ad alio-
rum injuriam nolumus redundare; statuimus et-
iam, ut de hortis, & nutrimentis animalium suo-
rum decimas tribuere non cogantur. *Alex. III. in
concil. Later. cap. 23.*

CAPUT III.

Quia Prælati plerique, ut procurationem, vel *De imm. eccl.*
servitium aliquod impendant legato, vel alii, plus
extorquent a subditis, quam solvant, &c. id de
cetero fieri prohibemus. Quod si quis forte præ-
sumperit, & sic extortam restituat, & tantundem
cogatur pauperibus elargiri, &c. *Innoc. III. in
conc. gen. Later. c. 34.*

CAPUT IV.

Si quis despicit eos, qui fideliter agapas exhi-
bent, & propter honorem Dei convocant fratres
parvipendens quod geritur, anathema sit. *Gangr.*
cap. 11. Burch. lib. 19. cap. 124. Ivo part. 15.
cap. 136. decret.

CAPUT V.

Pauperes senes ecclesiæ plus ceteris honoran-
dos. *Carth. IV. c. 83.*

LIBER TERTIUS.

De Beneficiis, & de Rebus Ecclesiistarum, & Mini- strorum, & de Contractibus.

TITULUS I.

SOLVANTUR STIPENDIA HIS, QUI ECCLESIAS INSERVIUNT.

CAPUT I.

c. 1. deposit. Greg. IX. &
in 1. coll.

Clerici in subdiaconatu, & supra, & in mi-
noribus quoque ordinibus, si stipendiis
ecclesiasticis sustentantur, coram judice
seculari advocati in negotiis fieri non præsumant.
Alex. III. in conc. Later. c. 12.

CAPUT II.

12. q. 2. c. 67. Ecclesiasticis utilitatibus desudantes, ecclesiasti-
ca dignum est remuneratione gaudere, ut qui
se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte
subiiciunt, digne nostris provisionibus consolen-
tur. Quia igitur te Theodorum virum eloquen-
tissimum consiliarium nostrum mancipiorum co-
gnovimus ministerio destitutum, ideo puerum

nomine Acosimū natione Siculum juri dominia-
que tuo dari, tradique præcipimus, quem quo-
niā traditum ex nostra voluntate jam possides,
h. ius te necesse fuit scripti pro futuri temporis te-
stimonio, ac robore largitatis, auctoritate fulci-
ri, quatenus Domino protegente, secure eum sem-
per, & sine ullius retractationis suspicione, quip-
pe ut dominus, valeas possidere, &c. *Greg. lib. 2.*
indict. II. ep. 18. Theodoro consiliario.

CAPUT III.

Cum secundum Apostolum, qui altario ser-
vit, de altari vivere debent, & qui ad onus eli-
gitur, repelli non debeat a mercede, patet a si-
mili, ut clericis vivere debeant de patrimonio Je-
su Christi, cuius obsequio deputantur, ut ipsa no-
minis ratio persuadet. Cum igitur a cleris, quod
est fors vel hereditas, clericis appellantur, quia
in

De prab. &
dignit. c. 16.
ap. Greg. IX.
& in 2. coll.
cod. tit. c. 1.

1. Cor. 9.

Psalm. 15. in sui ordinatione, vel assumuntur in hereditatem domini, vel assequuntur hereditatem in ipso ut vere possint psallere cum Propheta: *Dominus pars hereditatis meæ, &c.* dignum est, ut ecclesie stipendiis sustententur, in qua, & per quam divinis obsequiis ascribuntur. *Innocent. III. Episc. Zamoren.*

C A P U T IV.

1. q. 2. c. 22. Clerici omnes, qui ecclesiæ fideliter, vigilanterque deferviunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum servitii sui meritum, vel ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur. *Agath. c. 36. Capit. lib. 7. c. 306.*

C A P U T V.

Quemcumque (clericum) Episcopus ad bonum profectum viderit crescere per bonam intentionem, venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus ecclesiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat potestatem, &c. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc sentiant & rem Deo dicata ad augmentum perducant. Quod si id, quod acceperint per suam tepiditatem ad profectum minime perduixerint, aut detrimentum patuerint, Episcopus habeat licentiam, sine ullo præjudicio, in jus ecclesiæ revocare rem propriam. *Emerit. c. 13.*

C A P U T VI.

1. Tim. 5. c. Quicumque Episcopi, suffragio cuiuslibet, liquid ecclesiastica utilitas providerint, & pro eo quodeumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eas exsolvere oportebit, ita ut id ad concilium provinciale deferatur, ut eorum conniventia confirmetur. Quia sicut Paulus ait, *dignus est operarius mercede sua. Toler. IV. cap. 36.*

C A P U T VII.

Solet ita plerisque canonicorum congregationibus irrationabiliter, atque indiscrete fieri, ut non nulli clerici, qui in divitiis affluunt, & aut parum aut nihil utilitatis ecclesiæ conferunt, majorem ceteris divinum strenue peragenibus officium annonam accipiunt. Cum hoc ita fieri debere nesciam nec in auctoritate scripturarum, nec in traditionibus sanctorum Patrum possit quoquomodo sanctum reperiri, sed quia hujusmodi factum nulla auctoritate fulcitur, sed magis gula, immo avaritia causa constat esse inolutum, restat ut falce justitiae resecetur, & æquitatis censura ab eisdem locis, in quibus sit, proflus abdicetur, &c. *Aquisgran. sub Ludov. c. 121.*

T I T U L U S II.

CONSTITUATUR CONGRUA PORTIO PRESBYTERIS, QUIBUS ECCLESIAE PAROCHIALES CURÆ SUNT.

C A P U T I.

De presb. c. 30. ap. Gr. IX. c. 6. eod. in 4. coll. **E**xtricanda confuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit, quod scilicet patroni ecclesiarum parochialium, & aliae quædam personæ proventus ipsarum sibi penitus vindicantes, presbyteris earundem servitio deputatis relinquunt adeo exiguum portionem, ut ex ea congrue nequeant sustentari. Nam ut pro certo didicimus in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent nisi quartam

Tom. VI.

quartæ, idest, sextam decimam decimaruam. Unde fit, ut in his regionibus pene nullus inveniatur sacerdos parochialis, qui vel modicam habeat notitiam litterarum. Cum igitur os bovis alligari *Deut. 25. 1. Cor. 9.* non debeat trituranis, sed qui alta i ieserit, vivere debeat de altari, statim us, ut consuetudine qualibet Episcopi, vel patroni, seu cuiuscumque alterius non obstante, porro presbyteris ipsis sufficiens assignetur, &c. Perpetuus Vicarius, ut prædictum est, congruentem habeat de ipsis ecclesiæ proventibus portionem, alioquin illa (præbenda, vel dignitate) cui est annexa parochialis ecclesia, se sciat hujus decreti auctoritate privatum libere alii conferenda, qui velit, & possit, quod prædictum est, adimplere. Illud autem penitus interdicimus ne quis in fraudem de provenibus ecclesiæ, quæ curam proprii sacerdotis debet habere, pensionem alii, quasi pro beneficio conferre præsumat. *Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 32.*

C A P U T II.

Præcipimus, ne conducticiis presbyteriis ecclesiæ committantur, sed unaqueque ecclesia, cui facultas suppeti, proprium habeat sacerdotem nec ab ejus regimine alius, nisi Episcopi, vel Archidiaconi, in cujus parochia fuerit, canonico judicio depellatur, cui de bonis ecclesiæ tantum beneficii præbeatur unde convenienter valeat sustentari. *Eugen. III. in conc. Remen. c. 10.*

T I T U L U S III.

BENEFICIA CONFERANTUR DIGNIS.

C A P U T I.

Præcipimus tam in cathedralibus, quam in aliis conventionalibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi polint coadjutores, & cooperatores habere, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 10.*

C A P U T II.

Nihil est, quod ecclesiæ Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur prælati ad regimen animarum, &c. Episcopi tales ad sacros ordines & ecclesiasticas dignitates promovere procurent, qui commissum sibi officium digne valent adimplere, si & ipsi canonicam cupiunt effugere ultionem. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 29.*

C A P U T III.

Grave nimis est, & absurdum, quod quidam *De Presb. c. 29. Gr. IX. c. 6. eod. tit. in 4. coll.* prælati ecclesiarum cum possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis. Unde quanta ecclesiæ damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi præcipimus, ut prætermisis indignis assumant idoneos, qui Deo, & ecclesiæ velint, & valent gratum impendere famulatum. Fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annualis, ita quod qui post primam, & secundam receptionem * fuerit repertus culpabilis a confrendis beneficiis per ipsum concilium suspendatur instituta in eodem concilio persona provida, & honesta, quæ suppleat suspensi defectum in beneficiis

* correttio-
nem.

F

aciis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, observetur. Metropolitani vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilii nuntiandum. Ut autem hæc salubris provisio pleniorē consequatur effectum, hujusmodi suspensionis sententia præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprii Patriarchæ minime relaxetur. Ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur. *Inn. III.*
in conc. gen. Lat. c. 30.

C A P U T IV.

De instit. e. 5. apud Gr. IX. & in 3. coll. eod. ist. cap. 1. Ad decorum, & commodum tam ecclesiæ S. Sophiae, quam aliarum ecclesiæ, quæ sunt in urbe CP. constructæ noscitur pertinere, ut litterati viri, & morum honestate conspicui de qui-

AB. 10. buslibet mundi partibus venientes institui debeant in eisdem. Verum sicut nostris auribus est suggestum venerabilis frater noster CP. Patriarcha, &c. aliarum nationum clericos spernens, Venetos tantum in ipsis ecclesiæ, & præcipue in ec-

*Clesia S. Sophiæ satagit collocare, non attendens, quod in omni gente, qui facit justitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei jure convenit ha-reditario possideri. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Patriarcham monere, ac inducere studeatis, ut viros religiosos, honestos, & litteratos, unde-cumque originem duxerint in prædictis ecclesiæ instituere non postponat, & maxime in majori, proponentes eidem, quod si monitis nostris ac-quiescere forte non curaverit, indignum se reddet, ut vos aliarum nationum clericos ad ejus obedien-tiam compellatis; & si qui vero clericu per vos, vel per alterum vestrum suot in prædictis ecclesiæ instituti, appellatione postposita, faciat eos pacifica possessione gaudere, amotos, sicut justum fuerit, per censuras ecclesiasticas, appellatione remota, facientes restituad eandem. *Innoc. III. P. tit. S. Marcelli, & B. tit. S. Susannæ præ-byteris Cardinalibus Apost. sedis leg.**

C A P U T V.

E. P. 1. a. 2. P. 1. a. 6. Dicit. 80. e. 6. Decentex. Agnovimus quosdam Pontifices præcepti Princi-pis Apostolorum, qui ait, *Pascite, qui in vo-bis est gregem Dei, non concte, sed spontaneæ, neque ut dominantes in clericis, sed forma fa-eti gregis, ita esse immemores, ut quibusdam mo-nasteriis, parochialibusque ecclesiæ, aut suæ con-sanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sæpe statuant in Prælatum, ita illis pro-videntes comoda inhonestæ, ut aut eisdem de-ferantur, quæ proprio Episcopo dari justus orda-depoicerit, aut quæ rapere deputati exactoris vio-lentia poterit, &c. Quisquis Pontificum deinceps aut sanguine propinquus, aut favore personis qui-buscumque sibi devinctis, talia comnodare lucra-tentaverit, ad suum nefandæ præsumptionis ex-cidium, & quod iussum fuerit, devocetur in irri-tum, & qui ordinavit, annuæ excommunicatio-ni subjaceat; quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum. *Toletan. X. cap. 3.**

T I T U L U S IV.
NE CLERICI PLURA HABEANT
BENEFICIA.

Vide libro sexto titulo XLIII. & libro octa-vo titulo XXXIII. quibus adde :

C A P U T I.

Cognovimus, quod quidam diaconus nomi-ne Joannes, postquam consecratus est mi-nister, accepisse uxorem, & non solum hoc, sed in duabus ecclesiæ militet. Ideoque si ita est, hoc tua dilectissima fraternitas pro Dei amore corrigat, ne denuo hujusmodi nefas proveniat ad in-star male viventium. *Vitalian. ad Paul. Cretens. Episc. epist. 3.*

C A P U T II.

Cum secundum doctrinam Apostoli non con-veniens sit, ut unus sit ebrius, & alter debeat eluriri, ne juxta instituta canonica tantum uni persone dereditibus ecclesiasticis debeat assignari, unde scrupulolo corde alii moveantur, qui ad dispensationem Pontificis sunt pro persona-rum meritis dividendi, non sufficiens admirari, quod sicut auribus nostris est relatum, in ecclesiæ tibi commissæ stipendiis, quod iniquum est, & absurdum imperiti magistris, non antiquis*, ru-des meritis præferuntur. Unde L. quondam filius Avernen. Comitissæ ecclesiæ tuæ clericus, plus potentia patris sui, quam prædecessoris tui spontanea voluntate ultra xx. ecclesiæ in civitate Neapolitana, & in majori ecclesia beneficium maximum proponitur obtinere, &c. indulgeamus, ut superfluitatem ad moderamen reducas, non plus de rebus ecclesiasticis clero præfato dimittens, quam apud unum de plus habentibus nosci-tur residere, aliis omnibus beneficiis personis idoneis conferendis, &c. *Innoc. III. Archiep. Capit. Lundonen.*

C A P U T III.

Tua nuper devotio requisivit, utrum fundato-ribus ecclesiæ tibi clericos præsentantibus, 3. coll. c. 2. qui duas, tres, quatuor, aut etiam plures ha-bent parœcias, qui etiam in conventionalibus ec-clesiæ dignitates, vel canonicatus sunt sortiti, annuere debeas, cum conscientiam lœdas hujus-modi concedendo, cum sponsa Christi, cuius uni una sufficeret, quartam, quintam, aut etiam sextam indigne nimis, atque impudenter avarus usurpet, &c. Sane circa questiones præmissas ambiguitatis vestigium non relinquitur, si & sta-tuta canonica tam nova, quam vetera diligenter attendantur. In Lateranensi namque concilio sic inter alia novimus institutum: „Quod non nulli“, &c. Volentes igitur felicis recordatio-nis Alexandri Papæ prædecessori nostri vestigijs inhærere, super questione præmissa nihil aliud, quam ipse statuerit, tibi duximus respondendum. *Innoc. III. Archidiac. Exonен. V. Alex. III. in conc. gener. Later. cap. 13.*

T I T U L U S V.
CLERICI RESIDEANT IN
ECCLESIAH SUIS.

Vide libro quarto tit. LXXVIII. & lib. sexto tit. XVIII.

C A P U T I.

Quicumque temere, & periculose, neque ti-morem Dei præ oculis habentes, nec ec-
clæsticam regulam agnoscentes, discedunt ab
ecclæ-

ecclesia presbyteri, diaconi, vel quicunque sub regula prioris existunt, hi nequaquam debent in aliam ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas paroecias revertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione privari. Nicæn. cap. 16. G. & 16. O. 17. L. Aquisgr. cap. 45. Mart. Brac. cap. 33. Burch. lib. 2. cap. 97. O. 98. Ivo part. 6. c. 174. O. 175. decret. Anselm. lib. 7. cap. 95.

C A P U T II.

Clericus, qui ad alienam ecclesiam se transstu-
lerit, revocari debet ad suam ecclesiam, in qua
primitus ordinatus est, & ibi tantummodo mi-
nistret. Chalced. cap. 10. Aquisgr. c. 50. Burch.
lib. 2. cap. 96. Ivo lib. 3. tit. 6. cap. 5. panorm.
O. part. 6. cap. 173. decret. Anselm. lib. 7. c. 96.

C A P U T III.

Difl. 71. c. 4. Clericos in ecclesia ministrantes, sicut jam
constituimus, in alterius civitatis ecclesia, statutos fieri non oportet, sed contentos esse, in qui-
bus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis,
qui proprias amittentes patrias, ex necessitate ad
aliam ecclesiam transierunt. Si quis autem Epis-
copus post hanc definitionem suscepit clerici-
um ad alium Episcopum pertinentem, placuit,
& susceptum, & suscipientem communione pri-
vari, donec eis qui migraverat clericus, ad pro-
priam fuerit regressus ecclesiam. Chalced. cap.
20. synod. apud palatum. Vern. c. 12. Aquisgr.
cap. 87. Tribur. cap. 28. Ivo part. 6. cap. 361.
decret. Anselm. lib. 7. c. 97. Cæsar. lib. 4. c. 100.

C A P U T IV.

Quoniam nonnulli clerici canonicam consti-
tutionem circumscribentes, sua relicta parochia,
in aliam excurrunt, ut plurimum autem in hac a
Deo custodia, & Imperiali urbe, etiam inter ma-
gistratus assident, & in eorum oratoriis divina
misteria facientes, eos sine proprio Episcopos,
& Constantinopolitano non licet in quavis æde,
vel ecclesia recipi. Si quis autem hoc fecerit, si
perseveret, deponatur. Nicæn. II. cap. 10.

C A P U T V.

43. de clericis.
non resid. Gr.
IX. & in 1.
coll.

Cum ecclesia, vel ecclesiasticum ministerium
committi debuerit, talis ad hoc persona quæra-
tur, quæ residere in loco, & curam ejus per se
ipsum valeat exercere. Quod si aliter fuerit
actum, & qui receperit, quod contra sacros ca-
nones accipit, amittat, & qui dederit, largiendi
potestate privetur. Alex. III. in concil. Lateran.
cap. 13.

C A P U T VI.

De prob. c. 30. Qui parochiale habet ecclesiam, non per
Exirpan-
das. Gr. 1 X.
O. c. 6. eod.
iii. in 4. coll.

Vicarium, sed per se ipsum illi deserviat in ordi-
ne quem ipsius ecclesiæ cura requirit, nisi forte
præbendæ, vel dignitati parochialis ecclesia sit
annexa, in quo casu concedimus, ut is, qui talem
habet præbendam, vel dignitatem, cum opor-
teat eum in majori ecclesia deservire, in ipsa pa-
rochiali ecclesia idoneum, & perpetuum studeat
habere vicarium canonice institutum, qui con-
gruentem habeat de ipsius ecclesiæ proventibus
portionem; alioquin illa se sciatis hujus decreti au-
toritate privatum, libere alii conferenda, qui
velit & possit, quod prædictum est, adimplere.

Illud autem penitus interdicimus, ne quis in frau-
dem de proventibus ecclesiæ, quæ curam proprii
sacerdotis debet habere, pensionem alii, quasi pro
beneficio, conferre præsumant. Inn. III. in conc.
gen. Later. cap. 32.

C A P U T VII.

Ipsis clericis (qui fuerint in exercitu Christia-
no) indulgemus, ut beneficia sua integra percipi-
ant per triennium, ac si essent in ecclesiis resi-
dentes, & si necesse fuerit ea per idem tempus pi-
gnori valeant obligare. Innoc. III. in conc. gen.
Later. cap. ult. post princ. de expedit. in terram
sanctam.

C A P U T VIII.

Anastasium jam nuper excommunicatum
presbyterum tituli sancti Marcelli, qui propriam
parochiam relinquens in aliena per multa tempo-
ra nititur immorari, a sacerdotali ministerio mo-
dis omnibus removemus, ita ut locum restitutio-
nis nequaquam inveniat, &c. Syn. Roman. sub
Leone IV. in causa Anastasi.

C A P U T IX.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex
clericorum catalogo, relicta sua parochia, in aliam
abscesserit, & cum penitus transferit præter sui
Episcopi sententiam, in alia parochia maneat,
cum non amplius celebrare jubemus, maxime, si
cum adhortante Episcopo ut rediret, non parue-
rit, in contumacia & insolentia perseverans. Is-
tamen, ut laicus communicet. Apost. cap. 15.

C A P U T X.

Sin autem Episcopus, apud quem sunt, nihil
faciens adversus eos decretam a munere cessatio-
nenem eos, ut clericos receperit, communione pri-
vetur, ut perturbationis magister. Apost. cap. 16.

C A P U T XI.

Sicut vir non debet adulterare uxorem suam,
ita nec Episcopus ecclesiam suam, id est, ut illam
dimittat, ad quam sacratus est, absque inevitabili
necessitate, aut Apostolica, vel regulari muta-
tione, nec alteri se ambitus caussa conjungat.
Evarist. epist. 2. in princ. Burch. lib. 1. c. 76.
Ivo part. 3. cap. 192. decret. Anselm. lib. 6. cap.
102. Tarrac. lib. 3. cap. 67.

C A P U T XII.

Quidam Episcoporum propter suam quietem
(Chorepiscopis) plebes suas committere non for-
midant, & ut illicita, atque prohibita agant,
idem ea, quæ solis Pontificibus debentur, sibi
usurpant, & ipsi in sua quiete torpent, & curam
sibi a Deo commissam negligunt. Cum Dominus
dicat: Bonus pastor animam suam ponit pro Joann. 10.
omnibus suis, &c. Hui namque Episcopi, qui talia
sibi præsumunt, videntur mihi esse meretricibus
similes, quæ statim, ut pariunt, infantes suos
aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius
libidinem explere valeant. Sic & isti infantes
suos, id est, populos sibi commissos, aliis educan-
dos tradunt, ut suas libidines expleant, id est, ut
pro suo libito secularibus curis inhient, & quod
unicuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus
enim animæ negliguntur, oves pereunt, mor-
bi crescunt, hæreses, & schismata prodeunt, ec-
clesiae destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reli-

De cler. non
resid. c. 2. Gr.
IX. & in 1.
coll.

7. q. 1. c. 12.

qua

qua mala proveniunt, &c. *Damas.* epist. 4. ad *Episcopos Numidiae post princip.*

C A P U T XIII.

Hilam partem ecclesiastice disciplinæ, qua olim a sanctis Patribus, & a nobis saepe decretum est, ut nec in presbyteratus gradu, neque in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia cuiquam transire sit liberum, ut in integrum revoces, admonemus. Et unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ibi, ubi ordinatus est, perseveret, ita ut si quis sua quærens, non quæ Jesu Christi, ad plebem, & ecclesiam suam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. *Leo ep. 84. ad Nicatam Aquilejen.* *Episcop. in fin.*

C A P U T XIV.

Quisquis propriæ desertor ecclesiæ nullis existibus caussis, ad aliam putaverit transeundum, temereque suscepimus fuerit, & promotus, reverendorum canonum vel ipse, vel receptor ejus, atque prosector, constituta non effugiet, quæ de hujusmodi præsumptoribus præfixere servanda. *Gelas.* epist. 1. cap. 25.

C A P U T XV.

Adjecisti etiam, quod si pestifer morbus, aut mortalitas in ecclesia, vel monasteriis irrepserit, quos nedum tetigit, a loco fugient evitantes periculum unde * fatuum hoc videtur: non enim vales quisquam Dei effugere manus. *Gregor.* III. epist. 4. ad Bonifac. ante fin.

C A P U T XVI.

De cler. non resid. cap. 4. Tob. 11. 4. Relatum est nobis ex parte tua, quod cum in Lateranensi concilio sit statutum, ut personæ talij ecclesia, vel beneficium conferatur, quæ residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere, nonnulli autem ad ecclesiæ præsentati se posse residere affirmant, & curam habere ecclesiæ, & ecclesiastici beneficii profitentur, id tamen efficere contradicunt, ideo consulere nos voluisti, an propter hoc tales possis præsentatos repellere, vel institutos removere. Tuæ itaque prudentiæ innotescat, quod cum verba accipienda sint cum effectu, tales, si præsentati fuerint, non admitti, & admissi, si instituti fuerint, licite poterunt admoveri, nisi forte de licentia prælatorum, vel studio litterarum, vel pro aliis honestis caussis contigerit eos abesse. *Alex.* III. *Eboricens.* *Archiep. R. post Lateran. part. 15. c. 1. V. conc. gen. Later. c. 13.*

C A P U T XVII.

De ele. non resid. c. 10. apud Gr. IX. & in 3. coll. eod. tit. c. 2. De clericis, qui ecclesiæ, vel præbendas sibi concessas sine iusta & necessaria caussa, tuo præsertim non accedente consensu, in hac deseruent novitate, hoc tibi duximus respondendum, quod postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illos, possunt eis juste privari, dummodo non sint justo impedimento detenti. *Inn. III. CP. Patriarchæ.*

C A P U T XVIII.

De ele. non resid. c. 11. apud Gr. IX. & in 1. coll. In ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatio pervenire, trinæ citationis edictum facias publicari, & si non sic

curaverint obedire, si ultra sex menses suas defuerint ecclesiæ, ut juxta canonicas sanctiones eis debeant merito spoliari: contra eos quoque, si cut supra dictum est, etiam procedatur, scilicet ut ipsos post suspensionis, & excommunicationis sententias, ad tuam obedientiam venire compellas, quod si nec sic illorum malitia poterit eruditæ, eos dilectus filius B. tituli S. Susannæ presbyter Cardinalis Apostolicæ Sedis legatus ab spirituallum administratione removeat, & quibus possit ecclesiæ de personis idoneis faciat provideri. *Inn. III. Archiep. Patracen.*

C A P U T XIX.

Quæsivisti, ut cum interdum canonici, quibus studiorum gracia est indulatum; ut in absentia sua fructus percipient præbendarum suarum accepta licentia, se ad villas transferant, vel castella, in quibus nullum est, vel minus competens exercitium studiorum, utrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi. Ad quod breviter respondemus, eis, qui hujusmodi fraudem committunt, cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri *, præfatam indulgentiam * patrocina-competere non debere. *Innoc. III. Alcisiadoren-si Episcopo.*

C A P U T XX.

Si quis in civitate positus (per tres dominicas ad ecclesiæ non accesserit, paucò * tempore abstineat, ut correptus esse videatur. *Eliber.* cap. 21.)

C A P U T XXI.

Qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent. *Arelat. c. 2.*

C A P U T XXII.

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino 27. q. 1. c. 24. quilibet ex clero parochiam propriam deferens ad aliam properavit, deinde omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo Episcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti obedire contemplerit. Quod si in hac indiscipline perdurat, a ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequam locum restitutionis inveniat, &c. *Antioch.* cap. 3. *Aquisgran.* cap. 71. *M. Brac.* c. 34. *Anf.* lib. 7. c. 195.

C A P U T XXIII.

Episcopi trans mare non proficiuntur, nisi consulto priæ sedis Episcopo suæ cujusque provinciæ, ut ab eo præcipue possint sumere formatam vel commendationem. *Carth.* III. c. 28.

C A P U T XXIV.

Si quis etiam extra parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque conventus, oratorium in agro habere voluerit, reliquæ festivitatibus, ut ibi missas teneat propter fatigationem familiarum justa ordinatione permittimus, Patcha vero, Natali Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali sancti Joannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus, aut parochiis teneat. Clerici vero, si qui in festivitatibus, quas supra diximus, in oratoriis, nisi jubente, aut permittente Episcopo, missas facere, aut tenere voluerint, a

com-

eod. tit. c. 3.

Ex tunc.

De cler. non resid. c. 12.

apud Gr. IX.

& in 3. coll.

eod. tit. c. 4.

Tuæ frater-

nitati.

** tanto, al-*

ep. 21.

ri, impartiri.

cap. 3.

27. q. 1. c. 24.

cap. 71.

M. Brac. c. 34.

lib. 7. c. 195.

cap. 3.

Aquisgran.

cap. 71.

M. Brac. c. 34.

Ans.

lib. 7. c. 195.

cap. 3.

Carth.

III. c. 28.

cap. 21.

De conf. d. 1.

cap. 34.

communione pellantur. *Agath. c. 21. Ivo part. 4. c. 9. decret.*

C A P U T XXV.

^{21. q. 5. Si forte. 6. 4.} Si quis clericus regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens fuerit evagatus, quicumque eum suscepit, & Pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare præsumperit, ecclesiæ communione privetur. *Arelat. III. c. 4.*

C A P U T XXVI.

Si quis clericus absque Episcopi sui permisso, derelicta ecclesia sua, ad alium se transferre voluerit locum, alienus a communione habeatur. *Turon. c. 2.*

C A P U T XXVII.

Hoc etiam placuit, ut vagus, atque instabilis clericus, sive etiam in diaconi ministerio, vel presbyteri officio constitutus, si Episcopi, a quo ordinatus est, præceptis non obedierit, ut in delegata sibi ecclesia officium dependeat assiduum quounque in vitio permanferit, & communione, & honore privetur. *Valentin. Hisp. c. 5.*

C A P U T XXVIII.

Clerici, qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priventur. *Aurel. II. c. 13.*

C A P U T XXIX.

^{31. q. 2. c. 2. Placuit.} Scribitur in lege mundiali de coloniis agrorum, ut, ubi quisque esse jam caput, ibi perdureret. Non aliter, & de clericis, qui in agro ecclesiæ operantur, canonum decreto præcipitur, nisi ut ibi permaneant, ubi esse cœperunt. Ideoque plauerit, ut si quis clericus, ministeriis ecclesiæ propriæ destitutus, ad aliam transitum fecerit, compellente, ad quem fugerit, sacerdote, ad ecclesiam quam prius incoluerat, remittatur. Qui vero eum suscepit, nec statim sine ullo nisu exceptionis, ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat, communione se privatum agnoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris atque ordinationis suæ exutum, aliquo tempore monasterio religari convenit, siveque postea in monasterio ecclesiastici ordinis revocari. *Hispal. II. c. 3. V. Cod. de agris, & cens. & colon. lib. 11. L.* Cum satis, & in aliis pluribus.

C A P U T XXX.

De Episcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione eorum qualiter fuerit, placuit juxta instituta sanctorum Patrum, ut in alterius parochia ministrare, nec ullam ordinationem facere debeant sine iussione Episcopi, cuius parochia est, & si hoc facere præsumperint, ab officio suspendantur, interim quod ad synodum exinde venerint, & ibidem secundum canoniam institutionem accipiant sententiam, nisi tantum pro itineris causa. Et si ullus clericus, aut laicus talem Episcopum, aut presbyterum defensaverit sine commone Episcopi, cuius parochia est, excommunicetur usque ad emendationem. *Concil. apud Palat. Vern. c. 13. Vormac. cap. 62.*

C A P U T XXXI.

De clericis vagis, seu de acephalisis, idest de his, qui sunt sine capite, neque in servitio Domini nostri, neque sub Episcopo neque sub Abate, sed si-

ne canonica, vel regulari vita degentes, ut in libro officiorum secundo, capitulo tertio (*Isidori*) de his dicitur: „Hos neque inter laicos secularium officiorum studia, neque inter clericos religio tenet divina, sed solitos, atque oberrantes sola turpis vita complectitur, & vaga, &c.“ Tales omnino ubicumque inventi fuerint, præcipimus, ut Episcopi sine ulla mera eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos, secundum desideria voluptatum suarum vivere permittant. Si autem Episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur usque ad judicium Archiepiscopi regionis illius. Si autem nec ille eos corrigeret, tunc omnino sub vinculis constringantur usque ad synodum, ut ibi eis indicetur, utrum ad judicium Domini nostri, aut ad istam magnam synodum afferantur sub custodia publica. *Magnunt. c. 22. Isid. II. lib. de offic. eccl. c. 3.*

C A P U T XXXII.

Ut presbyteri nullatenus ubicumque hospitari finantur, aut aliquo modo ipsi præsumant, sed assidue apud suas ecclesias esse studeant propter sacra mysteria, vel ministeria fidelibus exhibenda. *Meldens. c. 36. Burch. lib. 2. c. 107. Ivo part. 6. cap. 184. decret.*

C A P U T XXXIII.

Statuimus, ut clericus ecclesiastice nutritus in ecclesiam coram populo vel legens, vel cantans, si postmodum reliquo clericatus habitu a castris dominicis, quibus adscriptus est, profugus, & apostata elabitur, & ad sæculum egreditur, ab Episcopo canonice coerceatur. Quod si in hac indiscipline perdurat, ut comam nutriat, constringatur, ut iterum detineatur, & postea nec uxorem accipiat, nec sacrum ordinem attingat, &c. *Tribur. c. 27. V. Chalc. c. 7. & Isidor. lib. 2. de offic. eccl. c. 3.*

C A P U T XXXIV.

Si qui presbyter, aut diaconus, aut aliquis de clero propriam ecclesiam derelinquens ad alteram ecclesiam vadit, & multo tempore ibi demoratur, omnino numquam ministret in clero. Et si admonuerit eum Episcopus suus, ut ad suam redeat parochiam, & redire noluerit, ubi est, ibi de officio suo deponatur, ita ut numquam in suum revertatur gradum propter dissolutionis peccatum, &c. *Mart. Brac. c. 54. Antioch. c. 3.*

C A P U T XXXV.

Non liceat quolibet clericum die dominico ab ecclesia absentem esse, sed missarum solemnis interesse, & jejuniu*. *Mart. Brac. c. 65.*

* *jejuniu*,
f.

T I T U L U S VI.
DE JURE PATRONATUS, ET NE LAICI QUANTUMVIS PATRONI INJUSSUE EPISCOPI BENEFICIA CONFERANT.

C A P U T I.

Proponunt (*Episcopi*) quod ecclesiæ recipientes (*Templarit*) de manibus laicorum, &c. In ecclesiæ suis præter Episcoporum conscientiam, & instituant, & amoveant sacerdotes, &c. Ecclesiæ sane, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum tam illos, quam quoscumque alios religiosos recipere prohibemus, dimisimus etiam, quas

*De priv. c. 5.
Greg. IX. &
in 1. coll.*

c. 2. de capell. monach. in 1. coll. quas contra tenorem justum moderno tempore receperunt, &c. In ecclesiis suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos presbyteros Episcopis præsentet, ut eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos autem Episcopis inconsulti non audeant remove-re. *Alex. III. in conc. Later. cap. 9. Innoc. III. in conc. gen. Later. c. 61.*

C A P U T II.

De jur. patr. c. 3. Gr. IX. c. 4. eod. tit. in 1. coll. Quoniam in quibusdam locis Ecclesiarum fundatores, aut hæredes eorum potestate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur. Et cum in ecclesia Dei unus debeat esse, qui præficit, ipsi plures sine respectu subjectionis eligere molliuntur. Et cum una ecclesia unius debeat esse rectoris, pro sua defensione * plurimos repræsentant. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut si forte in plures partes fundatorum se vota diffuderint, ille præficiatur ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurim eligitur, & probatur assensu. Si autem hoc sine scandalo fieri nequiverrit, ordinet Antistes ecclesiam, sicut melius secundum Deum viderit ordinandum. Id ipsum etiam faciat, si de jure patronatus quæstio emerget inter aliquos, & cui competat, infra tres * menses non fuerit definitum. *Alex. III. in conc. Later. cap. 17.*

C A P U T VIII.

Sic quidam contra canonum auctoritatem ecclesiæ, quas ædificaverint, postulant consecra-ri, ut dotem, quam eidem ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertine-re, id prohibeatur, & omnia secundum constituti-onem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant. *Tolet. III. c. 19. Vormac. c. 6. O. 55. Magunt. sub Arnulph. c. 4. Troslejan. cap. 6. Burch. lib. 3. c. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. c. 3. panorm. O part. 3. cap. 23. decret.*

C A P U T IX.

Quia plerumque fit, ut ecclesia parochiales, vel sacra monasteria ita quorundam Episcopo-rum insolentia, vel incuria horrendam decidunt in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædifican-tibus mox, quam in struendo gaudii extiterat labor, ideo pia compassione decernimus, ut quamdiu earumdem fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, & sollici-tudinem ferre præcipuum, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsis offerant Episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inveniantur ab eis, tunc quos Episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat cum eo-rum connivencia servituros. Quod si superstiti-bus * eisdem fundatoribus, rectores ibidem præsum-pserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad verecundiam suam alios in eorum loco, quos iidem ipsis fundatores condignos elegerint, ordinari. *Tolet. 9. cap. 2.*

C A P U T X.

Perlatum ad nos est, quod inter hæredes, ec-clesiæ in rebus propriis constitutæ dividantur, & c. 1. de jur. eod. t. parr. Gr. IX. in 1. coll. tanta per eandem divisionem si multas oriatur, ut unius altaris quatuor partes fiant, & singulæ partes singulos habeant presbyteros. Quod sine discordia, & simultate nullo modo fieri potest. Unde nobis visum est, quod hujuscemodi ecclesiæ inter hæredes dividi non debeant, & si in conten-tionem venerint, & simultates inter eos surrexe-rint, per quas sacerdos suo officio canonice fungi non possit, præcipiatur ab Episcopo civi-tatis, ut nullo modo ibi missarum solemnia cele-brentur, donec illi ad concordiam redeant, & pari voto, atque consilio ecclesia illa sacerdotem canonice habeat, qui libere ibi suum ministerium peragere possit. *Cabilon. sub Carolo c. 26. Capit. lib.*

De pœn. c. 12. Gr. IX. c. 12. eod. tit. in 4. coll. In quibusdam provinciis ecclesiarum patroni, seu vicedomini, & advocati se in tantam insolentiam erexerunt, quod non solum cum vacan-tibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis provi-deri difficultates ingerunt, & malitia, verum etiam de possessionibus, & aliis bonis ecclesiasti-cis pro sua voluntate (*ordinare*) præsumunt, &c. Prohibemus expresse, ne patroni, vel advo-cati, aut feudatarii, seu vicedomini super præ-missis decetero plus usurpent, quam reperiatur in jure permisum, & si præsumperint, per seve-ritatem canonicam districtissime compelcantur, *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 45.*

C A P U T IV.

36. q. 7. o. 33. Monasterium, vel oratorium canonice con-structum a dominio constructoris invite non au-feratur, licetque illi id presbytero cui voluerit, pro sacerdo-** O idone-
us auctorita-
te.* officio illius diœceles, & bonæ aucto-ritatibus * dimisoria, eū consensu Episcopi ne ma-lus existat, commendare, ita, ut ad placita & ad justam reverentiam ipsius Episcopi obedienter sacerdos recurrit, &c. *Eugen. II. O Leo IV. in Syn. Rom. cap. 21. Anselm. lib. 5. cap. 72. Cœsar. lib. 8. cap. 43.*

C A P U T V.

36. q. 7. o. 34. Rationis ordo non patitur, ut monasterium ipsum, & maxime contra voluntatem fundato-rum, ab eorum dispositione ad arbitrium suum, præsertim laica persona subducatur, ut sibi in id jus debeat vendicare. *Greg. lib. 7. indict. 1. ep. 31. Secundino Episcopo in fine, vel cap. 31. Cœsar. lib. 7. cap. 16. Tarrac. lib. 1. cap. 303. Anselm. lib. 5. cap. 8.*

C A P U T VI.

Abbatibus, presbyteris, omnique clero, vel in

lib. 7. cap. 52. in addit. Burch. lib. 3. cap. 42. Ivo part. 3. cap. 46. decret.

C A P U T XI.

Statutum est, ut sine auctoritate, vel consensu Episcoporum presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur, nec expellantur. Et si laici clericos probabilis vita, & doctrinæ Episcopis consecrandos, siveque ecclesiis constituendos obtulerent, nulla qualibet occasione reipliant. *Vormac. cap. 49. Capit. lib. 1. cap. 90.*

C A P U T XII.

Episcopi prævideant, quem honorem presbyteri pro ecclesiis senioribus tribuant. *Vorm. c. 58.*

C A P U T XIII.

De iur. patr. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll. 2. Tim. 2. Quæcumque ecclesia a compluribus cohæribus sit obfessa, concordi unanimitate undique procuretur, ne propter alias disceptationes servitium Dei minuatur, & cura populi irreligiose agatur. Si vero contingit pro ea comparicipes diffidere, & sub uno presbytero nolle eam procurare, & propterea jurgia, & contentiones tam inter ipsos, quam inter clericos incipiunt frequenter, quia juxta Apostolum, servos Dei non oportet litigare, Episcopus tollat inde reliquias, & sub magna cura honorifice collocet eas, atque ejusdem ecclesiæ claudat ostia, & sub sigillo consignet ea, ut factum ministerium nullus celebret in ea, antequam concordi unanimitate unum omnes eligant presbyterum, qui idoneus sit facrosanctum locum procurare, & populo Dei utiliter praesesse, &c. Tribur. cap. 32. Burch. lib. 3. cap. 224. Ivo part. 3. cap. 283. decret.

T I T U L U S VII.
NE LAICI BENEFICIA CONFERANT, AUT EA CLERICI AB IPSIS ACCIPIANT.

Vide libro decimo, titulo decimo.

C A P U T I.

Laici, qui alterius dicecesis presbyterum ecclesiæ cuiuscumque sua potestate instituerint, non præbente consensu Episcopo, cuius parochia videtur existere, a fidelium communione separantur. Presbyteri vero, qui talium surreptione recipiuntur, & admoniti ab Episcopo, tertio, vel misso ejus recedere de alterius ecclesia noluerint, proprii officii gradum amittant. *Lea. IV. in syn. Rom. cap. 41.*

C A P U T II.

Nullus presbyter ministerium ecclesiæ, vel ipsam ecclesiam ab aliquo accipiat, nisi ab Episcopo, qui injungat sibi obedientiam, & curam animarum. *Greg. VII. in concil. Rom. anno incerto, cap. 2.*

C A P U T III.

Nullus Abbas, nullus ecclesiarum Præpositus, quæ juris sunt ecclesiastici, accipere sine Episcopi concessione præsumat. *Urban. II. in conc. apud Melfiam, cap. 6.*

C A P U T IV.

16. q. 7. 6. 10. Si quis clericus, Abbas, vel monachus per laicos ecclesiæ obtainuerit, secundum sanctorum Apostolorum canones, & Antiocheni Concilii capitulum, excommunicationi subjaceat. Paschal.

II. in syn. incert. cap. 3. vel 6. Vid. Ap. cap. 30. Antioch. cap. 23.

C A P U T V.

De quibusdam presbyteris, qui ecclesiæ a laicis accipiebant. *Paris. sub Ludov. & Lotth. lib. 1. cap. 49.*

C A P U T VI.

Abbates, monachi, canonici, ecclesiæ, quas numquam habuerunt, non emant, nec alio modo sibi vindicent, nisi consentiente Episcopo, in cuius fuerint dicecisi. *Pictav. cap. 6.*

C A P U T VII.

Nullus laicus, quamvis religiosus, præsumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel ecclesiæ facultibus, id est nec dandi basilicas, nec auferendi sine consensu Episcopi habeat potestatem, &c. sed juxta Concilium Aurelianum. cap. 19. omnes basilicæ, quæ per diversa loca construuntur, vel quotidie construuntur, placuit, secundum piorum canonum regulam, ut in ejus ordinatione, & potestate persistant, in cuius territorio positæ sunt. Si quis vero contra hæc venire præsumperit, anathemate feriatur. *Colon. sub Carolo Crasso. c. 4.*

T I T U L U S VIII.

PATER, ET FILIUS NON POSSUNT ESSE CANONICI, AUT CLERICI EJUSDEM ECCLESIAE.

Vide libro sexto, titulo sexagesimo, & libro nono, titulo quinquaginimo septimo, quibus adde:

C A P U T I.

Prohibemus, ne canonicorum filii, maxime spuri, canoniciiant in laicaribus ecclesiis, in quibus instituti sunt patres. Et si fuerit contra præsumptum, decernimus non valere. Qui vero tales, ut dictum est, canonicare præsumperint, a suis beneficiis suspendantur. *Innoc. III. in concil. Later. cap. 31.*

C A P U T II.

Filiæ presbyterorum non sint heredes ecclesiærum patrum suorum. *Anselm. in concil. Leond. in Anglia.*

T I T U L U S IX.

D E S I M O N I A I N B E N E F I C I S .

Vide parte tertia lib. trigesimoquarto, ubi de simonia copiose tractatur.

T I T U L U S X.

NE CLERICI SUCCESSORES SIBI CONSTITUANT IN BENEFICIS, NEQUE EA DENTUR ANTEQUAM VACENT.

Vide lib. quarto tit. vicesimoquarto, & septuagesimo quinto, quibus adde:

C A P U T I.

Nulla ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel ecclesiæ alicui tribuantur, seu promittantur, antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium se credit successurum. Cum enim id etiam in ipsis gentilium legibus inveniatur prohibitum, turpe est, si locum in Dei ecclesia futuræ successionis expectatio habeat, quam etiam damnare ipsi gentiles homines curaverunt. *Alex. III. in conc. Later. c. 8.*

C A P U T II.

Auctoritate prohibemus Apostolica ne quis eccl.

clesias, præbendas, præposituras capellas, aut aliqua ecclesiastica officia hæreditario jure vendicare, aut expostulare præsumat. Quod si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præsumperit, debita poena multabilitur, & postulatis carabit. *Innoc. II. in syn. Rom. c. 12. post Ivo pan.*

C A P U T III.

De concil. pref. c. 14. ap. Gr. IX. & in 4. coll. e. 1. eod. tit. 1. eod. 2. eod. 3. Accedens ad sedem Apostolicam dilectus filius quod cum promiseritis vos provisuros eidem in ecclesiastico beneficio, cum possetis, &c. vos id haec tenus efficere non curastis, allegantes coram judicibus a sede Apostolica delegatis, quod talis promissio vos nullatenus obligarat, cum videretur esse facta contra statuta Later. concilii, quod promissione inhibet beneficium non vacantis. Nos autem considerantes, quod aliud est Prælatum promittere beneficium collationem, cum poterit, aliud cum vacabit, cum in multis casibus se facultas offerre posset, in quibus non esset collatio in expectatione vacaturi beneficij differenda, per Apostolica scripta vobis mandamus, quatenus memorato R. competens ecclesiasticum beneficium assignemus, &c. *Innoc. III. Abbati, & conventui monasterii S. Michaelis de Crato. V. Later. sub Alex. III. cap. 8.*

C A P U T IV.

De accusat. a. 23. ap. Gr. IX. & in 4. coll. de con- cili. pref. 2. eod. 3. Accedens ad præsentiam nostram G. nepos quondam H. subdiaconi nostri sua nobis questione monstravit, quod cum dilectus filius noster H. subdiaconus apud sedem Apostolicam viam universæ carnis ingressus fuisset, præbendam, quam decedens habuerat in ecclesia Cremon. ei duximus conferendam, venerabili fratri nostro H. Episcopo, & dilectis filiis Capitulo ecclesiæ Cremon. injungentes, ut eum in fratrem reciperent &c. Cumque tu, & alii delegati judices monuissestis Episcopum, & canonicos Cremon. ad mandatum Apostolicum exequendum. ipsi afferuerunt nostras litteras per veri suppressionem obtentas, cum vivente adhuc subdiacono prædicto filio cuiusdam nobilis civis Cremon. in canonicum recepissent, & promisissent proximam vacaturam &c. Nos igitur attendentes, quod si filius nobilis memorati fuit contra Later. concilium ad proximam vacaturam admissus, ut postmodum acceperunt, non vacantem, cum priusquam de morte subdiaconi ad Cremon. certus nuntius pervenire potuisset, prædictam præbendam concesserimus memorato G. discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus quod de præmissa juvencus factum est denuntiatis irritum, & inane, &c. *Innocent. III. in registro. V. Later. sub Alex. III. cap. 8.*

T I T U L U S XI.

NE ECCLESIIS PRESBITERICONDUCTI-
THI PRÆFICIANTUR.

Vide libro sexto, titulo decimonono, quibus adde :

C A P U T I.

Ne prælat. e. 2. apud Gr. IX. & in 1. coll. Q uoniam enormis quedam consuetudo in vicis suas, quibusdam locis contra sanctorum Patrum institutiones invaluit, ut sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur, ne id

fiat, modis omnibus prohibemus, quia dum sa- cerdotium hujusmodi mercede venale disponitur ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur. *Alex. III. in conc. Turon. c. 5. post Lateran. conc. part. 2. c. 2.*

T I T U L U S XII.

UT BENEFICIA INTEGRA SINE
DIVISIONE CONFERANTUR.

C A P U T I.

Maj. ap. Gr. IX. c. 10. eod. tit. in 1. coll. M ajoribus ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus indecorū nimis esse vide- tur, ut minorum clericorum præbendæ recipient sectionem. Idcirco ut sicut in magnis, ita quoque in minimis membris suis firmam habeant ecclesiæ unitatem, divisionem præbendarum, aut dignitatum permutationem fieri prohibemus. *Alex. III. in conc. Turon. cap. 1. post concil. Lateran. part. 30. cap. 4.*

C A P U T II.

Penitus interdicimus, ne quis in fraudem de proventibus ecclesiæ, quæ curam proprii sacerdotis debet habere, pensionem alii, quasi pro beneficio conferre præsumat. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 32.*

C A P U T III.

Non licuit ex pactione, vel ex conventione *ut eccl. be- nef. sine di-* quacumque sub modo, vel tenore præscripto con- *minut. confi-* cedere nudum officium, & tibi retinere proven- *ferantur, e.* tatus, cum & in Later. concilio sit prohibitum, *1. ap. Gr.* ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, par- *IX. & in 3.* tem proventuum suis usibus retinere præsumat, *coll. & c. 56.* & alibi cautum reperiatur in canone, quod eccl. *de appellat.* *Non licuit ex pactione, vel ex conventione ut eccl. be- nef. sine di-* quacumque sub modo, vel tenore præscripto con- *minut. confi-* cedere nudum officium, & tibi retinere proven- *ferantur, e.* tatus, cum & in Later. concilio sit prohibitum, *1. ap. Gr.* ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, par- *IX. & in 3.* tem proventuum suis usibus retinere præsumat, *coll. & c. 56.* & alibi cautum reperiatur in canone, quod eccl. *de appellat.* *Inn. III. Mediolan. Archiep.*

C A P U T IV.

Consulisti cum sepe contingat, quod ad unam præbendam duo clerici propter nimiam importunitatem petentium eliguntur, utrum confirmanda sit talis electio. Nos attendentes, quod si duo clerici unam præbendam tenerent, illud esset contra concilium Turonen. quod præbendarum inhibet sectionem, & si unus illorum ipsam obtineret præbendam, sub expectatione alias contra Lateran. statuta concilii remaneret, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod talis elelio de rigore juris penitus est cassanda, &c. *Innoc. III. Episc. Brixiens.*

C A P U T V.

Vacante quadam præbenda in ecclesia tua *de preb. & dignit. c. 26.* duas ex ea constituens, ad illas de assensu Capitu- *ap. Gr. IX. & in 4. coll.* li tui duos canonicos assumpsisti, quorum altero apud Sedem Apostolicam viam universæ carnis *eod. tit. c. 5.* ingresso, quam defunctus habuerat *, quidam * babebat, clericus nomine Hyopolitus fuit auctoritate Se- dis Apostolice affectus, &c. quid facere debeas postulaisti per Sedem Apostolicam edoceri. Super quo fraternitati tuæ sic duximus respondendum, quod cum Turon. statuta concilii sectionem inhibeant præbendarum, teneris ubique de his, quæ vacare contigerit, integrare præbendam, nisi forte rationabili causa de præbenda supradicta duas fuerint constitutæ, ac tot * sint utriusque pro- ventus, quod per utramque sit utrique provisum in beneficio competenti. *Inn. III. V. Episcopo.*

TI.

T I T U L U S XIII.
CONFERANTUR BENEFICIA INTRA
BREVE TEMPUS.

C A P U T I.

CUM præbendas ecclesiasticas, seu quælibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit, vel etiam si modo vacant, non diu maneant in suspenso, sed infra sex menses personis, quæ digne administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus, ubi ad eum spectaverit, conferre distulerit, per Capitulum ordinetur. Quod si ad Capitulum electio pertinuerit, & infra prædictum terminum hoc non fecerit, Episcopus hoc secundum Deum, cum virorum religiosorum consilio, exequatur. Aut si omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat. *Alex. III. in conc. Later. cap. 8.*

C A P U T II.

Statuimus, ut ultra tres menses Cathedralis, vel regularis ecclesia Prælato non vacet, infra quos justo impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proxime præesse dignoscitur, devolvatur. Is vero ad quem devoluta fuerit potestas, Deum præ oculis habens, non differat ultra tres menses viduatam ecclesiam de persona idonea ipsis quidem ecclesiæ, vel alterius, si digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, si canonicam voluerit effugere ultiōnem. *Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 23. vide c. 17.*

C A P U T III.

Ultra tres menses vacare ecclesiæ prohibit Obeantibus sancti canones, &c. *Innocent. III. in concil. Rom. cap. 22.*

C A P U T IV.

Qui nobis constituta Decano (*Salmaticensi*) & ejus sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, intra quod Episcopus & Capitulum, prout communiter spectabat ad eos, procedere ad electionem Cantoris neglexerant, electionem P. minus canonice celebratam, eandem decrevimus irritam, & inanem, & appellationem ab eodem Decano, & suis auctoribus interpositam factum Archiepiscopi (*Compostellani*) ad quem jam erat eligendi auctoritas devoluta, nequivisse aliquatenus impedire, &c. *Innoc. III. Episc. C' Cantori Zamoren. C' Abbati de Morerola ejusd. dicēc.*

C A P U T V.

Mandamus quatenus eos, qui præbendas, vel dignitates Eboracensis ecclesiæ, vel aliarum ecclesiarum ad donationem Archiepiscopi Eboracensis spectantes, præter auctoritatem acceperint ipsius, ad eas resignandas diligenter moneas, & inducas, cum eas non possint sana conscientia detinere, &c. nisi forsitan aliqui præbendas ipsas, vel ex speciali mandato Sedis Apostolicæ, vel auctoritate Lateranensis concilii ab Eboracen. Capitulo sunt adepti. Sic tamen ut tempus suspensionis ejus (*Archiepiscopi*) in sex mensibus, nullatenus computetur, cum in Lateranen. concilio constitutio contra negligentes tantum, & desides fuerit promulgata, & tunc si noluerit,

Tom. VI.

non tamen valuerit Archiepiscopus ipse in conferendis præbendis uti potestate propria, a qua & si fuerit sua culpa suspensus, non tamen ad ipsum Capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio devoluta, sed ad illum tempore suspensio- nis ipsius præbendarum donatio pertinebat, qui propter ejus desidiam, & negligentiam poterat præbendas donare. Tempus etiam, quo ad Apostolicam Sedem accessit, apud illam permanxit, vel recessit ab illa, infra sex menses, nullatenus computetur. Semestre quoque tempus non a tempore vacationis præbendarum, sed notitiae potius ipsius Archiepiscopi, & coenunctionis ad præsentiam ejus, &c. volumus computari. *Inn. III. P. tit. Sanctæ Mariæ in via latæ Dioc. Card. Apostolicæ Sedis Legato.*

C A P U T VI.

Postulasti per Sedem Apostolicam edoceri, ut cum ad vos simul & Archiepiscopum vestrum donatio præbendarum ecclesiæ vestræ pertineat, utrum præbendæ vacantis donatio penes Archiepiscopum ipsum remaneat, si eam intra semestre tempus neglexeritis ordinare. Ad quod vobis breviter respondemus, quod si vos, & idem Archiepiscopus intra tempus præscriptum negligentes extitistis circa collationes vacantium præbendarum, sicut nec ab illo ad vos*, ita nec * nos, al. a vobis ad illum potestas devolvitur conferendi, sed secundum statuta Lateranensis concilii, ad superiorum transit donatio earundem, nisi forte Archiepiscopus, non ut Prælatus, sed ut canonicus vobiscum habeat jus conferendi, & in hoc casu, si * dolose forsitan impeditur, dolus ei * cum, al. suffragari non debet. *Innoc. III. P. subdiacono præposito. C' capitulo Ebrudun.*

T I T U L U S XIV.
COMMUNIA DE BENEFICIIS.

C A P U T I.

Clericus usurarius ecclesiastici officii periculum patiatur, nisi forte beneficium ecclesiæ fuerit, quod redimendum ei de manu laica hoc modo videatur. *Alex. III. in conc. Turon. c. 2. post conc. Later. part. 16. cap. 9.*

C A P U T II.

Si quis alicui laico in saeculo remanenti vel ecclesiæ, decimamve, ut concederit, a statu suo 17. Quam tamquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, vis. e. 2. cod. succidatur, &c. *Alex. III. in d. conc. Turon. c. 3. post concil. Later. part. 26. cap. 8.*

C A P U T III.

Si qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia per schismaticos receperunt, careant impletatis. *De schis. e. 1. Gr. IX. c. 2. eod. tit. in 1. coll.*

Alex. III. in conc. Later. cap. 2.

C A P U T IV.

Cum electus fuerit Episcopus, & confirmatio nem acceperit, & ecclesiasticorum honorum Cum in cunctis. Gr. IX. c. 16. eod. tit. in 2. coll. administrationem habuerit, decurso tempore de consecrandis Episcopis a canonibus definito, is, ad quem spectant beneficia, quæ habuerat, disponendi de illis liberam habeat facultatem. Inferiora ministeria, ut puta Decanatus, Archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent abnexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialium ecclesiæ regimen, nisi qui jam xxv.

G

xxii-

ætatis annum attigerit, & qui scientia, & moribus existat commendandus. Cum autem assump-
tus fuerit si Archidiaconus in diaconem, & De-
canus, & reliqui admoniti, non fuerint, præfiro
a canonibus tempore, in presbyteros ordinati, &
ab illo removeantur officio, & alii conferatur,
qui & velit, & possit convenienter illud implere,
&c. Clerici sane si contra formam istam quem-
quam elegerint, & eligendi potestate tunc pri-
vatos, & ab ecclesiasticis beneficiis triennio se
noverint esse suspensos, &c. Episcopus autem, si
aut fecerit, aut fieri consenserit contra hoc, in
conferendis prædictis potestate suam amittat,
& per Capitulum, aut per Metropolitanum, si
Capitulum concordare nequiverit, ordinentur.
Alex. III. in conc. Later. cap. 3.

C A P U T V.

De preb. c. 4. apud Gr. IX. c. 1. eod. tit. in 1. coll. Episcopus, si aliquem, sine certo titulo, de quo
necessaria vitæ percipiat, in diaconem, vel pres-
byterum ordinaverit, tamdiu necessaria ei sub-
ministret, donec in aliqua ei ecclesia convenien-
tia stipendia militiæ clericali assignet, nisi forte
talism, qui ordinatur, extiterit, qui de sua, vel pa-
terna hæreditate subsidium vitæ possit habere.
Alex. III. in concil. Later. cap. 5.

C A P U T VI.

De statu Mo- nach. c. 2. Gr. IX. & in 1. coll. Monachi non singuli per villas, & oppida, seu
ad quascumque parochiales ponantur ecclesias.
Alex. III. in concil. Later. cap. 10.

C A P U T VII.

De renunt. e. 12. Gr. IX. e. 5. eod. tit. in 4. coll. Quidam licentiam cedendi cum instantia po-
stulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt, sed
cum in postulatione cessionis hujusmodi, aut ec-
clesiarum commoda, quibus præsunt, aut salu-
tem videantur propriam attendisse, quorum neu-
trum suasionibus aliquorum quærentium quæ
sunt sua, seu etiam levitatem qualibet, nolumus
impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos.
Innoc. III. in concil. Later. cap. 28.

C A P U T VIII.

Ne liceat laicis exactionem aliquam pro ecclæ-
sæ beneficiis quærentere, &c. *Urban. II. in synod. apud Mels. cap. 11.*

C A P U T IX.

16. q. 7. e. 19. Sicut Domini vestimentum scissum non est,
sed de eo fortiti sunt, ita nec ecclesia scindi debet,
quia in unitate tota consistit. In potestatem ergo
proprii Episcopi ecclæsæ reducantur, & ab ipso,
sicut in sacris canonibus cautum est, ordinentur.
Alioquin, & ecclæsæ ipsæ, & clerici earumdem
divinis destituantur officiis. *Pascalis II. in concil. incerto cap. ult.*

C A P U T X.

In parochialibus ecclesiis presbyteri per Epis-
copos constituantur, qui eis respondeant de ani-
marum cura, & de his, quæ ad Episcopum per-
tinent, decimas, & ecclesiæ a laicis non susci-
piant absque conienu, & voluntate Episcopo-
rum, & si aliter præsumptum fuerit, canonicæ
ultioni subjaceant. *Callist. II. in syn. Rom. c. 18.*

C A P U T XI.

19. q. 1. e. 22. Si monachus ad clericatum promoveatur,
beneficia parœciæ præsentur ei pleniter, & an-
nonæ, & decimæ donentur absque ulla dilatione,

& minoratione, ut quanto melius possit juxta
possibilitatem suam, quando necessitas extiterit,
ad opera ecclesiastica, & ipsam restayrandam ec-
clesiam adjutorium faciat. *Innoc. ep. 2. cap. 10.*

C A P U T XII.

De ecclesiis parochianis*, unde Apostolicam * parochia-
Sedem consulere voluisti, qualiter sint custodien- libus.
dæ per Corduben. provinciam, ac sacerdotibus
dividendæ, nihil tuæ charitati potui melius in-
timare, quam, ut sequareis, quod nos in Roma-
na ecclesia nuper egisse cognoscitur [Ecclesiæ 13. q. 1. c.
vero singulas singulis presbyteris deditus, pa- Ecclesiæ.
rœcias, & coemeteria eis divisimus, & unicuique
jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut
nullus alterius parœciæ, terras, terminos, aut
jus invadat, sed unusquisque suis terminis sit con-
tentus, & taliter ecclesiam, & plebem sibi com-
missam custodiat, ut ante tribunal æterni judi-
cis ex omnibus sibi commissis rationem reddat,
& non judicium, sed gloriam pro suis aëribus ac-
cipiat, &c. *Dionys. ep. 2. ad Sever. Episc. Burch.
lib. 3. cap. 43. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 15. panorm.
Op. part. 3. c. 47. decret. Anselm. lib. 5. cap. 73.*

C A P U T XIII.

Communi consensu censuimus, ubicumque
possibile fuerit, unicuique ecclæsæ suus provi-
deatur ab Episcopis presbyter, ut per se eam te-
nere possit, aut etiam priori presbytero subju-
gatus, ministerium sacerdotale perficere possit.
Quia in multis locis pericula presbyterorum im-
minentia perspeximus, videlicet in officiis divi-
nis, &c. ideoque congruentius omnibus videtur,
[cuique congruere ecclæsæ proprium habere
presbyterum. *Aquisgr. II. sub Ludov. part. 3. c. 16.*

C A P U T XIV.

Statutum est, ut unaquæque Ecclesia suum
presbyterum habeat, ubi id fieri facultas provi-
dente Episcopo permiserit. *Vorm. cap. 51.*

C A P U T XV.

Ut si quilibet presbyterorum defunctus fue-
rit, vicinus presbyter apud sœcularem seniorem
nulla precatione, vel aliquo xenio ecclesiam il-
lam obtineat, quia titulus per se constans antea
extitit, sed neque capellam sine consultu Epi-
scopi. Quod si fecerit, definitam sententiam sibi
prolatam suscipiat, sicuti de Episcopo canonica
decrevit auctoritas, ut si per ambitionem majo-
rem civitatem appetierit, & illam perdat, quam
tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam usur-
pare tentaverit. *Nannet. cap. 16. Burch. lib. 3.
cap. 229. Ivo part. 3. cap. 269. decret.*

T I T U L U S XV.

DE DOTE ECCLESIAE, ET

DE CENSIBUS.

C A P U T I.

*P*rohibemus, ne novi census ab Episcopis, vel *De censib. c.*
Abbatibus, alijsve Prælatis imponantur *7. Gr. IX. &*
Ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem red-*in 1. coll.*
dituum suis usibus appropriate præsumant, sed
libertates, quas sibi majores desiderant conserva-
ri, minoribus quoque suis bona voluntate con-
servent. Si quis autem aliter egerit, irritum,
quod fecerit, habeatur. *Alexand. III. in conc. Lat.
cap. 7.*

CA-

C A P U T II.

De labore corporis vietus (*nobis*) est, eo quod pristina ecclesiarum sustentatio paulatim per diuersas calamitates deficiendo succubuit. Et sola est nostra substantia fides nostra, &c. Agatho, & alii apud VI. synod. epist. 2. act. 4. post princ.

C A P U T III.

Significasti vos a quibusdam non rectam fidem tenentibus infamari, atque vestras ecclesias suis dotibus, & fidelium oblationibus spoliari, vestrosque ministros nimium vexari, &c. Lucius epist. 1. in princ.

C A P U T IV.

De censu expetendo, eo quod impetrare Francis ad reddendum ecclesiis, vel monasteriis non potuisti aliud, quam ut vertente anno ab unoquoque conjugio servorum XII. denarii reddantur, & hoc, gratias Deo, quia potuisti impetrare, & dum Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria Sanctorum, pro eo quod nunc tribulatio accidit Sarracenorum, Saxonum, vel Frisonum, sicut tu ipse nobis innotuisti. Zachar. epist. 4. in med.

C A P U T V.

De censu ecclesiarum, id est, solidum de casa sua suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sacrarum ecclesiarum, juxta canonum instituta, &c. De sclavis Christianorum terram inhabitantibus si oporteat censem accipere, interrogasti frater. Hoc quidem consilio non indiget, dum ei causa est manifesta. Si enim sine tributo sederint, ipsam quandoque propriam sibi vindicabunt terram. Si vero tributum dederint, norunt dominatorem ipsam terram habere. Zachar. epist. 5. in fine.

C A P U T VI.

Unaquaque domus (*Gallie*) saltem unum denarium annuatim solvant beato Petro, si eum recognoscunt Patrem, & pastorem suum more antiquo. Greg. VII. lib. 8. registr. epist. 23. ad Episcop. Albanen.

C A P U T VII.

Si quis in agro suo, aut habet, aut postulat habere diccesim, primum & terras ei disponat sufficienter, & clericos, qui ibidem sua officia impleant, ut sacris locis reverentia condigna tribuatur. Aurel. IV. cap. 32.

C A P U T VIII.

Unusquisque Episcoporum meminerit, ut non prius dedicet ecclesiam, nisi ante dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, tanquam domus privata consecretur ecclesia. Brac. II. cap. 5. Vorm. cap. 3. Burchard. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decret.

C A P U T IX.

Quidam contra canonum auctoritatem ecclesias, quas ædificaverint, postulant consecrari, ut dotem, quam eidem Ecclesiæ contulerunt, censeant, ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum displicet, &

in futuro prohibetur, sed omnia secundum constitutionem antiquam, ad Episcopi ordinacionem, & potestatem pertineant. Tolet. III. cap. 19. Vormac. c. 6. & 55. Magunt. sub Arnulph. cap. 4. Troslejan. cap. 6. Capitul. lib. 7. c. 213. Burch. lib. 3. cap. 20. Ivo lib. 2. tit. 2. cap. 3. panorm. & part. 3. cap. 23. decret.

C A P U T X.

Ecclesia ex dote, quam largitus est, qui illam ædificavit, presbyterum habeat: & si presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus instituatur. Tolet. sub Recared. Rege XVI. Episcop. c. 2.

C A P U T XI.

Noverint conditores basilicarum in rebus, quas eisdem ecclesiis conferant, nullam se potestatem habere, sed juxta canonum instituta, sicut ecclesia, ita & das ejus ad ordinationem Episcopi pertineat. Tolet. IV. c. 32. Raban. c. 32. de pœnit. Burch. lib. 3. c. 203. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 4. panorm. & part. 3. c. 255. decret.

C A P U T XII.

Dotes a fidelibus designatae basilicas ad hoc, quod statutum est (*sæcularibus*) vindicantur: nullaque redhibitio census inde a quolibet sæculari exigatur; sed quod canonice tantum ordinatum est, suppleatur. Si quis autem sæcularium nostram hanc ordinationem confundere præsumperit, ab ecclesia noverit se canonice feriendum, cuius institutionem temere contempsit. Sed & ipsi sæculares, & fideles laici, si condere voluerint basilicas in prædiis suis, sicut editum piissimorum Augustorum continet, unam colonicam * ^{coloniam, t.} vestitam cum tribus mancipiis dotationis gratia eis conferant, moxque Episcoporum juri, & sanctæ matris ecclesiæ eandem basilicam submittant: aliter vero nos earum consecrationem sciant non impleturos. Illi autem, qui dotes ecclesiarum auferre, dure servitum ab eis exigere, insuper non metuant periculum sacerdotibus intentare; si actiones non melioraverint, eorum excommunicationi nos addere noverint destructionem penitus talium basilicarum, locumque alium sub pace meliori situm quæsituros, ibique pacificam basilicam consecraturos. Valent. sub Lothar. c. 9.

C A P U T XIII.

Sancitum est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque alio servitio attribuatur. Et presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de domibus, neque de atriis, vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod servitum faciant, præter ecclesiasticum, &c. Vormac. c. 50. Troslej. c. 6. Capit. lib. 1. c. 91. Burch. lib. 3. c. 52. Ivo part. 3. c. 55. & part. 16. c. 262. decret.

C A P U T XIV.

Ne ex dote ecclesiæ, id est, ex uno manso, & quatuor mancipiis census exigatur. Colon. sub Carolo III. cognomento Graffac. 4.

C A P U T XV.

De uno manso, & de terris pro sepultura datis, & pro quatuor mancipiis, vel eorum procreatione nullus census deinceps exigatur. Metens. c. 2. in fine.

C A P U T XVI.

Dos ecclesiæ libera omnino ab omni censu, & tributo pertinet ad presbyterum, cuius curæ commissia est. *Trostajan. cap. 6.*

C A P U T XVII.

De ordinatione ecclesiarum, & de terris, vel centu, quæ Constantinus Imperator, vel Carolus sancto Petro dederunt, & de omnibus ecclesiæ, vel prædis, quæ Apostolicæ Sedi ab aliquibus viris, vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata, vel concessa, & in mea sunt, vel fuerint potestate, ita convenientiam cum Papa, ut periculum sacrilegii, & perditionem animæ meæ non incurram. *Juramentum quo Imperator electus se obligare debet Pontifici Maximo, apud Greg. VII. lib. 9. registr. post epist. 3.*

T I T U L U S XVI.

DE DECIMIS, ET PRIMITIIS.

Vide libro decimo titulo nono, quibus adde infra scripta:

C A P U T I.

De priv. e. 3. Greg. IX. & in 1. coll. Ecclesiæ, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum, tam (fratres Templi, & Hospitalis,) quam alios religiosos recipere prohibemus, dimissis etiam, quas contra tenorem istum moderno tempore receperunt, &c. *Alexand. III. in conc. Later. cap. 9.*

C A P U T II.

De eccl. edif. e. 2. Gr. IX. & in 1. coll. Caveant (leprosi,) ne injuriosi veteribus ecclesiæ de jure parochiali existant, &c. statuimus etiam, ut de hortis, & nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur. *Alexand. III. in dicto conc. Lateran. cap. 23. ad finem.*

C A P U T III.

De decim. e. 32. ap. Gr. IX. & in 4. coll. Illæ decimæ necessario sunt solvendæ, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata. *Inn. III. in concil. gen. Later. c. 53.*

C A P U T IV.

De decim. e. 34. ap. Gr. IX. c. ult. eod. tit. in 4. coll. Nuper Abbates Cisterciensis ordinis in generali capitulo congregati, ad commonitionem nostram provide statuerunt, ut de cetero fratres ipsius ordinis non emant possessiones, de quibus decimæ debentur ecclesiæ, nisi forte pro monasterio de novo fundando. Si tales possessiones eis fuerunt pia fidelium devotione collatae, aut emptæ pro monasteriis de novo fundandis, committed excolendas, a quibus ecclesiæ decimæ persolvantur, ne occasione privilegiorum suorum ecclesiæ ulterius prægraventur. Decernimus ergo, ut de alienis terris, & a modo acquirendis, si eas propriis manibus, aut sumptibus deinceps excoluerint, decimas persolvant ecclesiæ, quibus ratione prædiorum antea solvebantur, nisi cum ipsis ecclesiæ aliter duxerint componendum. Nos ergo statutum hujusmodi gratum, & ratum habentes, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus privilegiis extendi volumus, & mandamus, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 55.*

C A P U T V.

De partib. e. 7. Gr. IX. c. 1. eod. tit. in 4. coll. Plerique, sicut accepimus, regulares, & clericæ secularis, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium ecclesiæ pactum adjiciunt, ut conductores, & feudatarii decimas eis solvant, & apud eosdem

elegant sepulturam. Cum autem id de avaritiæ radice procedat, paucum hujusmodi penitus reprehemos, statuentes, ut quidquid fuerit occasione hujusmodi pacti perceputum ecclesiæ parochiali reddatur. *Inn. III. in concil. gen. Lat. c. 56.*

C A P U T VI.

In Lateranensi concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares ecclesiæ; seu decimas sine consensu Episcoporum de manu præsumant recipere laicali, &c. Nos autem id fortius inhibentes, transgressores condigna curabimus animadversione punire, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 61. V. Alex. III. in concil. Lat. c. 9.*

C A P U T VII.

Ut omnis decimatio Episcopis, vel his, qui ab eis substituti sunt, præbeatur, nullusque eam ad suam capellam, nisi forte concessione Episcopi conferat. Quid si fecisse contigerit, primum legibus subjaceat humanis, postea excommunicatione Episcopali constringatur, ad ultimum ipsa capella, quæ magis contentionem, quam utilitatem aliquam præstat, destruatur. *Joann. IX. in synod. Ravenn. part. 2. cap. 9.*

C A P U T VIII.

Si quis sanctorum Patrum regulas de ecclesiæ decimis contempserit, &c. Et eas alibi, nisi in baptismalibus ecclesiæ, absque consensu Episcopi dare tentaverit, & qui dat, & qui recipit, &c. excommunicationi subjaceat. *Joann. IX. in d. syn. Ravenn. part. 3. cap. 1.*

C A P U T IX.

Nullus laicus decimas suas, aut ecclesiæ, aut quidquid ecclesiastici juris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessionе Pontificis, monasteriis, aut canonicis offerre præsumat. Quod si quis Episcopus, improbitatis & avaritiæ causa consentire noluerit, Romano Pontifici nuntietur, & cum ejus licentia, quod offerendum est, offerat. *Urban. II. in syn. apud Melfiam, cap. 5.*

C A P U T X.

Omnis alius fructus domum mittatur, non ad altare, primitiæ Episcopo, & presbyteris: claram autem est quod Episcopus, & presbyteri diaconis, & reliquis clericis partes distribuent. *Ap. cap. 4. G. 5. L.*

C A P U T XI.

Non minus primitias frugum tuarum. In Ecol. 31. omni dato fac hilarem voltum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Pelag. II. in ep. 2. in fin.

C A P U T XII.

Decimæ secundum quosdam singulis annis terria pars, aut in tertio tota Episcopis defertur. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto anno totam Episcopi recipient. *Aurel. cap. 17. vel 15. Capit. lib. 7. cap. 182. & in addit. Burch. lib. 3. cap. 136. Ivo lib. 2. tit. 5. cap. 5. panorm. & part. 3. c. 202. decret.*

C A P U T XIII.

Leges divinæ consulentes sacerdotibus, ac ministris ecclesiæ pro hereditaria portione, omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullo labore impedi-

De prob. c. 31. Gr. IX. c. ult. eod. tit. in 4. coll.

pediti, legitime spiritualibus possint vacare ministeriis. Quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas, &c. Unde statuimus, atque decernimus, ut mos antiquus a fidelibus reparetur, & decimas ecclesiasticis famulantibus cæmoniis populus omnis inferat, quibus sacerdotes aut in pauperum usum, aut in captivorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrant. Si quis autem contumax nostris statutis laberimis fuerit a membris ecclesiæ omni tempore separetur. *Matis. II. cap. 5.*

C A P U T XIV.

16. q. 1. c. 60. Constitutum est a præsenti concilio, Episcopos ita dicentes suas regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre, sed juxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam (de decimis,) tributis, ac frugibus tertiam consequuntur, &c. *Tolet. IV. cap. 32.* *Raban. cap. 32.* de pœnit. *Burch. lib. 3. cap. 203.* *Ivo part. 3. cap. 256.* *decret.*

C A P U T XV.

De decimis, vel primitiis salvis scilicet allegoricarum rerum mysticis sacramentis, nihil melius puto docere, quam quod scriptum est in Malachia propheta, dicente domino: *Inferte omnem decimam in horreum meum, & sit cibis in domo mea,* & probate me super hoc dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam, & increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpit fructum terræ vestrae, nec erit sterilitis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, & beatos vos dicent omnes gentes. Sed quia indignatio, & via Dei manet super gentes, vel populum, qui hoc Domini præcepit toto corde, & bona voluntate non adimplet, supra præmisserat dicens: *Si affiger, inquit, homo Deum, quia vos configitis me?* Et dixistis, *In quo configimuste?* In decimis, & primitiis. In penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Qua de re, quis non alacri, & lato pectore offerat Deo, ut possit illam promereri benedictionem, de qua dicit: *Effundam super vos benedictionem meam usque ad abundantiam?* Vel quis non timeat, vel contremiscat illam maledictionem, quam minatur nolentibus offerere: *Vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota?* Et si forte nobis non creditis, vel nos despiciatis, quia homines sumus, credite ergo ipsi Domini non dicenti, qui mentiri non potest, qui utrumque promisit, & maledictionem in hoc seculo, & in futuro nolentibus obedire ejus mandatis, & benedictionem, & abundantiam, & salutem animæ, & corporum bona voluntate obtenerantibus eius imperiis, & in præsenti sæculo se daturum & in futuro. Non enim exigit Deus a te, quæ non habes, nec pensat, quantum tribuas, sed in quantum habes, simplici corde suis, non de tuis donis da Domino, &c. *Forojul. cap. 14.*

C A P U T XVI.

De decimis, ut unusquisque de propriis laboribus decimas, & primitias Deo offerat, sicut

scriptum est: *Decimas, & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo.* *Arelat. sub Carolo c. 9.* *Magunt. sub Arnulph. c. 22.*

C A P U T XVII.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec alia ulla possessione priventur. *Arelat. sub Carolo c. 20.* *Magunt. sub Arnulph. c. 22.*

C A P U T XVIII.

Decimæ, quæ singulis dantur ecclesiis, per consulta Episcoporum a presbyteris ad usum ecclesiæ, & pauperum summa diligentia dispensentur. *Turon. sub Carolo cap. 16.* *Magunt. sub Raban. cap. 10.*

C A P U T XIX.

Nonas, ac decimas, quas qui res ecclesiasticas tenent, solvere rectoribus ecclesiarum ordinati sunt, ad luminaria, & stipendia clericorum multis in locis abstractas esse videmus. *Turon. sub Carolo cap. 46.*

C A P U T XX.

Dictum est nobis, quod in quibusdam locis Episcopi, & comites ab incestuosis, & ab his, qui decimas non dant, vadios * accipiant, & a presbyteris pro quibusdam negligentiis, & inter se pecuniam dividant: quod penitus abolendum decrevimus, ne forte avaritiæ locus detur, & constituimus, ut incestuosi juxta canonicam sententiam pœnitentia multentur. Qui vero decimas post crebras admonitiones, & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento vero eos constringi nolumus propter periculum perjurii. *Cabilon. sub Carolo cap. 18.* *Capit. lib. 2. c. 38.* *Longobard. de decimis c. 10.*

C A P U T XXI.

Questi sunt præterea quidam fratres, quod es- *16. q. 1. c. 46.* sent aliqui Episcopi, & Abbates, qui decimas non sinerent dari ecclesiis, ubi illi coloni missas audiunt. Proinde decretit sacer iste conventus, ut Episcopi, & Abbates de agris, & vineis, quæ ad suum, vel fratrum stipendum habent, decimas ad ecclesiis dari faciant. Familia vero ibi det decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum missas audiunt. *Cabilon. sub Carolo c. 19.* *Burch. lib. 3. c. 132.* *Ivo lib. 2. tit. 5. c. 3. panorm. & part. 3. c. 198.* *decr. Ans. lib. ult. c. 48. in Rom.*

C A P U T XXII.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, *16. q. 1. c. 43.* nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur. *Magunt. sub Carolo cap. 41.* *Magunt. sub Raban. cap. 11.* *Magunt. sub Arnulph. c. 13.* *Troslejan. c. 6.* *Capit. lib. 2. cap. 36.* *Burch. lib. 3. c. 9.* *Ivo part. 3. c. 12. decr. Deusd. cap. 3.* *Anselm. lib. 5. cap. 38. in Roman. Cæs. lib. 7. cap. 45.*

C A P U T XXIII.

Quicumque beneficium ecclesiasticum habent ad tecta ecclesiæ restauranda, vel ipsas ecclesiæ emendandas omnino adjuvent, & novam *, & decimam reddant. *Magunt. sub Carolo c. 42.* *Capitul. lib. 5. c. 92.* *& lib. 9. cap. 32. in add. & 101.* *Burch. lib. 3. cap. 30.* *Ivo part. 3. c. 35.*

C A P U T XXIV.

Ut decimæ pleniter dentur. *Remens. c. 38.*

De eccles. dif. cap. 1.
Gr. IX. c. 3.
coi. tit. in 4.
coll.

* nonam.

54 Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T XXV.

Quanquam auctoritas canonica doceat, quarta pars decimarum, & reddituum ex oblationibus fidelium in usus Episcoporum cedat, ubicumque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit, &c. *Paris. sub Ludov. O' Lothar. lib. 1. cap. 31. ad finem.*

C A P U T XXVI.

16. q. 2. e. 2. Volumus, ut decimæ, quæ singulis dantur ecclesiis per consulta Episcoporum a presbyteris ad usus ecclesiæ, & pauperum summa diligentia dispensentur, &c. Admonendum est, ut decimæ Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipse dari sibi constituit, quia timendum est, si quis Deo suum debitum abstrahit, ne forte Deus per peccatum tuum auferat ei necessaria sua. *Magunt. sub Rabano c. 10. Magunt. sub Carolo c. 38. Magunt. sub Arnulph. c. 17. Capit. lib. 5. c. 89. O' in addit. lib. 7. c. 28. Burch. lib. 3. c. 131. Ivo lib. 2. tit. 5. c. 1. pan. O' part. 3. c. 197. decr.*

C A P U T XXVII.

De decimis, primitiis, & reliquis bonis ecclesiasticis, & de jure, quo hujusmodi res ecclesiæ debentur. *Syn. Aquensis, sive Aquisgranensis sub Rege Pipino.*

C A P U T XXVIII.

Dignum erat, ut capellas villarum vestiarum laicis non committeretis, &c. Si capellas vestras presbyteris, aut viris ecclesiasticis dederitis, & dominicas decimas acceperint, sartatecta ecclesiæ, & luminaria exinde competenter provideant, & presbyteri parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debite invigilent. [Si autem *De jure patr. o. 3. in 1. coll.* laici capellas habuerint, a ratione, & auctoritate alienum habetur, ut ipsi decimas accipiant, & inde canes, aut gynæciarias suas pascant, sed potius presbyteri ecclesiarum eas accipiant, & inde restaurationem ecclesiarum, & luminaria, & hospitum, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac statu regni vestri Domini misericordiam studiose implorent. *Meld. c. 75. Burchard. lib. 3. c. 239. Ivo part. 3. c. 281. decr.*

C A P U T XXIX.

Ut ex possessionibus, quæ ecclesiasticae certis indicij comprobantur, nec plene propter varias necessitates possunt restituiri, saltem nonæ, ac decimæ tribuantur. *Synod. apud sanctum Medardum, cap. 6.*

C A P U T XXX.

De fiscis, & villis, quas constat dominio ecclesiæ a fidelibus omnibus suis contraditas, & nunc potestate secularium subditas, voluntate eorum ordinari placuit, ut edictis Principum jussum est, nonæ, & decimæ ipsis ecclesiis, unde subtractæ sunt, fideliter persolvantur. Hi qui eas retinuerint, ut sacrilegos noverint se ab ecclesiæ liminibus pellendos. Sed & decimas suas omnes fideles promptissime Deo offerant de omnibus, quæ possident, nec ullis oppositionibus, quod statutum est, permittare audeant, ne forte cogamur eos distinctione ecclesiastica ferire. *Valent. sub Loth. c. 10.*

C A P U T XXXI.

16. q. 1. s. 36. In sacris canonibus præfixum est, ut decimæ juxta Episcopi dispositionem distribuantur. Qui-

dam autem laici, qui vel in propriis, vel in beneficiis suas habent basilicas, contempta Episcopi dispositione, non ad ecclesiæ, ubi baptismum, & prædicationem, & manus impositionem, &c. alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant, sed vel propriis basilicis, vel suis clericis pro suo libito tribuunt. Quod omnimodis divinæ legi, & sacræ canonibus constat esse contrarium &c. *Ticinen. c. 11. Ans. lib. 7. c. 46.*

C A P U T XXXII.

Sancitum est de villis, novis ecclesiis in eis noviter constitutis, ut decimæ de illis villis, ad easdem ecclesiæ conferantur. *Vormati. c. 52. Capit. lib. 1. c. 93. Ivo part. 16. c. 263. decr.*

C A P U T XXXIII.

Ut decimæ in potestate Episcopi fiant, qualiter a presbyteris dispensentur. *Vormati. c. 59.*

C A P U T XXXIV.

Placuit huic sancto concilio, ut secundum sanctiones canonum, decimæ, sicut & aliae possessiones, antiquis conserventur ecclesiæ, sicut in Chalcedonensi concilio statutum est, cap. 17. Si quis autem in affinitate antiquæ ecclesiæ novalia rura excoluerit, decima exinde debita antiquæ reddatur ecclesiæ. Si vero in qualibet silva, vel deserto loco ultra milliaria quatuor, aut quinque vel eo amplius aliquod dirutum conlaboraverit, & illic consentiente Episcopo ecclesiam construxerit, & consecrata per perpetraverit, proficiat presbyterum ad servitium Dei idoneum, & studiosum, & tunc deum novam decimam novæ reddat ecclesiæ, salva tamen potestate Episcopi. *Tribur. c. 14.*

C A P U T XXXV.

Ab antiquo tempore constitutum est, ut sicut habet Episcopus in sua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus rusticis parochiis, quas per tricennium inconcussæ possidet, ita unusquisque presbyter in sua ordinationis, ac dispensationis cura habeat parochiam suam cum dote, & decimis ecclesiæ, videlicet cum sui Episcopi consilio, ac dispensatione secundum regulas antiquas, & divinitus constitutas, &c. Decimas, primitias fructuum, & oblationes eorum, & ea, quæ parochiis, terris, vineis, mancipiis, atque pecuniis, seu quibuslibet rebus quicunque fideles obtulerint, omnia sub immunitate a tributis fiscalibus, & omni dominorum exactione libera sub potestate, & dispositione, ut diximus, Episcoporum, & regimine, ac dispensatione presbyterorum manere debent inconcussæ. *Troslejan. c. 6. Vid. Vormati. c. 50. Capitul. lib. 1. cap. 91. Burch. lib. 3. c. 52. Ivo part. 3. c. 55. O' part. 16. cap. 262. decr.*

C A P U T XXXVI.

Nullus presbyter fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ, de alterius presbyteri parochia persuadeat, ut ad suam ecclesiam concurrent, reliqua propria ecclesia, & suas decimas sibi dent. Sed unusquisque sua ecclesia, & populo contentus, quod sibi non vult fieri, alteri nequaquam faciat, juxta illud evangelicum: *Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, hec eadem facite illis, &c. Theodulph. ad presbyteros Aurel. cap. 14.*

Tl.

TITULUS XVII.
DECIMÆ IMMUNES SUNT, ET LIBERÆ AB OMNI VECTIGALLI.

CAPUT I.

UT secundum canoniam auctoritatem, & constitutionem domini Imperatoris Ludovici de agro ecclesiastico, & manso, ac mancipiis, quæ ipse suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus ecclesiaz fuerit, neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censem persolvere cogat, nec quicquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redhibitionem quamcumque exhibeat temporalem, Quod si fecerit communione usque ad satisfactionem privetur, & regia potestate hoc emendare legaliter cogatur. *Melden. cap. 63. Burch. lib. 3. cap. 53. Ivo part. 3. cap. 56. decret.*

CAPUT II.

c. 1. de cenfib. Greg. IX. cap. 27. coll. 23. q. 8. c. 25. Sancitum est, ut unicuique ecclesiaz unus manus integer absque alio servitio attribuatur. Et presbyteri in eis constituti non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non de dominibus, neque de atriis, vel hortis juxta ecclesiam positis, neque de praescripto manso aliquod servitium faciant præter ecclesiasticum, &c. *Vormac. c. 50. Troslejan. cap. 6. Capit. lib. 1. cap. 91. Burch. lib. 3. cap. 52. Ivo part. 3. cap. 55. C. part. 16. cap. 262. decret.*

CAPUT III.

Ex decimis, primitiis, & alijs facultatibus ecclesiarum nullus solvitur census, sed sunt liberae ab omni vectigali. *Troslejan. cap. 6.*

TITULUS XVIII.
DECIMÆ EX EO, QUOD QUISQUE SUA ARTE QUÆREBAT, OLIM SOLVEBANTUR.

CAPUT I.

Sunt nonnulli, qui ausu sacrilegio surripiunt, atque defraudant Deo debitam decimarum partem ad suam ipsorum perniciem dicentes non te debere decimas dare de militia, de negotio, de artificio, de lanarum tonsione, & de ceteris quibuscumque a Deo largitis commerciis. Audiant non nostra, sed per sacras scripturas Dei, de talibus mandata, & sancta sanctorum Patrum exempla, &c. Et primo omnium attendant, quia solias Dei causa oblationes, & decimas suas sacerdotibus, immo in sacerdotibus ipsi Deo dare debeant, & quia eas dando fideliter, nihil Deo, qui honorum nostrorum a se nobis collatorum non indiget, conferunt, sed dum ei sua reddunt, pro parvis in præsenti maxima, & sibi in futurum profutura acquirunt. Scribitur in Levitico: *Omnis decimæ terraæ sive de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt, &c. Item in eodem: Omnes decimæ bonum, C. ovium, C. omne quod transfit sub virga, in numerum decimum quodcumque venerit, sanctificatum erit Domino: non mutabis illud bonum malo, neque malum bono, &c. Troslejan. cap. 6.*

CAPUT II.

Sicut ab his, qui labore agrorum, & ceteris laboribus victum, atque vestitum, & necessaria

utibus humanis adquirere inhiantes stant, decimæ, & eleemosynæ dandæ sunt, ita his quoque, qui pro necessitatibus suis negotiis insistunt, faciendum est. Unicuique enim homini Deus dedit artem, qua pascatur, & uniusquisque de arte sua, de qua corporis necessaria subsidia habet, animæ quoque, quod magis necessarium est, subsidium administrare debet. *Theodulphus ad presbyteros Aurel. cap. 35.*

TITULUS XIX.

NE LAICI DECIMAS, AUT PRIMITIAS SUAS, AUT ALIENAS SIBI RETINEANT.

Vide libro decimo, titulo nono.

TITULUS XX.
MONACHI DECIMAS PRÆDIORUM DENT ECCLESIAS.

Vide libro nono, titulo sexagesimo quarto.

TITULUS XXI.
DE OBLATIONIBUS.

CAPUT I.

Oblationes fidelium a nemine presumantur absque consensu, & voluntate Episcopi, in cuius dioscuntur esse parochia, & potestate, nec possideri, vel dominari tententur, &c. *Symmac. in syn. Rom. VI. post princ.*

CAPUT II.

Presbyteri nullius blandiantur, aut suadeantur sermonibus, ut non omnium ad se concurrentium in quibuslibet sacris locis oblationes ad Missarum solemnitatem recipiant, quia cum mediatores Dei, hominumque existant in exercendis votis, relaxandisque peccatis, largissimam debent orationem peragere. *Eugen. II. C. Leo IV. in syn. Rom. c. 17. Burch. lib. 5. c. 37. Ivo part. 2. cap. 46. decret.*

CAPUT III.

Ut omnis Christianus procuret ad Missarum solemnia aliquid Deo offerre, & duci ad memoria, quod Deus per Mosem dixit: *Non apparetis in conspectu meo vacuus.* Etenim in collectis sanctorum Patrum liquido appetit, quod omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum Patrum debent. *Gregor. VII. in synod. Rom. anno 6. c. 13. Tarrac. lib. 5. cap. 57. Ans. lib. 5. cap. 40.*

CAPUT IV.

Sanctorum Patrum canonibus consona sentientes, oblationes de sacratissimo, & reverentissimo altari Beati Petri, & Salvatoris, & sanctæ Mariæ rotundæ, aut de aliis ecclesiarum altaribus sive crucibus a laicis auferri penitus interdicimus & sub districione anathematis prohibemus, &c. *Callist. II. in concil. Rom. c. 14.*

CAPUT V.

Res (ecclesiæ) fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quam ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. *Urban. epist. unic. cap. 2. Troslej. cap. 4. Capitul. lib. 1. cap. 83. C. lib. 7. addit. 2. in princ. Burch. lib. 3. c. 143. Ivo part. 3. cap. 139. decret. Anselm. lib. 5. c. 37. Cæsarang. lib. 7. c. 57.*

CA-

56 Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T VI.

Res ecclesiarum vestrarum, & oblationes fidelium, quas significatis a quibusdam irruentibus vexari, vobisque & ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, &c. *Lucius ep. sing. cap. 6.*

C A P U T VII.

Dif. 18. c. 3. De eulogiis ad sacra deferendis concilia nihil invenimus a majoribus terminatum, sed sicut unicuique presbytero placuit. Nam si constitutum fuerit illo in tempore benedictiones adserri, forsan minus libenter ad synodos occurrerent*, & magis venire detrectent*, quæ ut arbitror non sunt rationabiliter querendæ, nec ulti delatae sunt respuendæ. *Leo IV. in epist. ad Episcopos Britannicæ c. 3.*

C A P U T VIII.

Sane sciendum est, quoniam idcirco in diebus festis ab opere mundano cessandum est, ut liberius ad ecclesiam ire, psalmis, & himnis, & cantis spiritualibus insistere, orationi vacare, oblationes offerre, &c. valeat Christianus. *Nicol. ad consult. Bulg. cap. 11.*

C A P U T IX.

Cum in prælium proficiisci disponitis, quod ipsi commemoratis, agere in Dei nomine non omitte, id est, ad ecclesiæ ire, orationes peragere, peccantibus indulgere, Missarum solemnis interesse, oblationes offerre, confessiones delictorum fæcerotibus facere, &c. *Nicol. ad consult. Bulg. cap. 35.*

C A P U T X.

16. q. 1. c. In canonibus. 57. Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere, vel dare voluerit, præter conscientiam Episcopi, vel ejus, cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus agere voluerit consilio, anathema sit. *Gangr. cap. 7. Symmac. in synod. Rom. VI. Aquen. sub Pipino lib. 3. cap. 26. Pisten. cap. 4. Capit. lib. 1. cap. 47. C lib. 6. cap. 285. ad med. C lib. 7. cap. 5. vel 7. Burch. lib. 3. cap. 144. Ivo part. 3. cap. 209. decret. Ans. lib. 5. cap. 44. Cæsar. lib. 7. cap. 43. Deus dedit part. 4.*

C A P U T XI.

Ubi supra. d. cap. 57. Si quis dederit, vel acceperit oblata præter Episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. *Gangr. c. 8. Symmac. ubi supra. Aquisgr. cap. 66. Aquen. ubi supra. Capit. lib. 1. cap. 47. Burch. lib. 3. c. 145. Ivo part. 3. c. 210. decret.*

C A P U T XII.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur, &c. *Aurel. III. c. 5.*

C A P U T XIII.

A communione ecclesiastica suspendatur quisquis ille quolibet ordine, quod pro devotione sua ecclesiæ dedit, revocare præsumperit. *Aurel. III. c. 22. infine.*

C A P U T XIV.

Quæcumque ecclesiæ, aut Pontificibus sub competenti ac justo documento fuerint derelicta

ab hæredibus legitimis, dignum est, ut Dei contemplatione serventur. *Aurel. IV. cap. 14. V. Agath. cap. 4.*

C A P U T XV.

Quicumque pro devotione sua oblationis studio aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam absque scriptura probatur ecclesiæ contulisse, si postmodum vel ipse, vel hæredes ejus quacumque occasione auferre jure hoc ecclesiæ, vel alienare voluerint, quoad usque a tali intentione descendant, aut pervasa restituant, a communione ecclesiastica suspendantur. *Aurelian. IV. cap. 19.*

C A P U T XVI.

Quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro captu animi de facultatibus suis ecclesiæ aliquid contulisse probantur, quod a diversis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, &c. Quicumque ergo immemor interitus sui, res ecclesiæ delegatas injuste possidens præsumperit rerinere, & veritate comperta, res Dei servis ejus dissimulaverit reformare, ab omnibus ecclesiæ segregatus a sancta communione habetur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, nisi cum culpam propriam rerum emanatione purgaverit, &c. *Turon. II. cap. 26. Parisiens. cap. 1.*

C A P U T XVII.

Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis, quam vini. &c. *Matiscon. II. cap. 4. Burch. lib. 5. cap. 24. Ivo part. 2. cap. 34. decret.*

C A P U T XVIII.

Quicumque fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid, devotione propria, contulerint, si forte ipsi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipient, &c. *Tolet. IV. cap. 37.*

C A P U T XIX.

Imputator quibusdam fratribus, eo quod avaritiae causâ hominibus persuadeant, ut abrenuntiantes sæculo, res suas ecclesiæ conferant, quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est; animarum etenim salutem inquirendo fæcerdos, non lucraterra debet, quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumveniendi, oblatio namque spontanea esse debet, iuxta illud, quod ait Scriptura: *Voluntarie sacrificabo tibi.* Et illud: *Omnis populus mente devota obtulerunt donaria Domino,* &c. *Cabilonen. sub Carolo cap. 6.*

C A P U T XX.

Oblationem, & pacem in ecclesia facere jugiter admoneatur populus Christianus, quia ipsa oblatio sibi, & suis magnum remedium est animalium. *Mogunt. sub Carolo cap. 44. Burch. lib. 5. cap. 25. Ivo part. 2. cap. 35. decret.*

C A P U T XXI.

Profliteor me suscipere oblationes bonas, oblationes sanctas. [Si quis autem irascitur filio suo, & moriens exhaeredat eum, si viveret, non eum placarem, non ei filium suum reconciliare deberem? quomodo ergo cum filio suo volo, ut habeat pacem, cujus appeto hereditatem? sed plane, si sa-

si faciat quod sepe hortatus sum: unum filium habet, alterum putet Christum. Duos habet? putet Christum tertium. Decem habet? undecim? faciat, & suscipio, &c. [Quicumque vult ex-hæredato filio hæredem facere ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum; immo, Deo propitio, neminem inveniat. Aug. in serm. 2. de vit. & moribus cleric. ap. Aquisgr. c. 112. prope fin. Ivo par. 3. c. 177. & 178. decr. Tarrac. lib. 1. c. 165.

C A P U T XXII.

Res ecclesiæ, sicut a sanctis Patribus traditur, & in superioribus capitulis continetur, vota sunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum. Fideles namque fidei ardore & Christi amore succensi, ob animarum suarum remedium, & cœlestis patriæ desiderium suis propriis facultibus sanctam locupletem fecerunt ecclesiam; ut his, & milites Christi alerentur, ecclesiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur, &c. A. quisgran. cap. 116.

C A P U T XXIII.

Diebus dominicis, & sanctorum festis, vigiliis, & orationibus insistendum, & ad Missas cui libet Christiano cum oblationibus est currendum, &c. Tribur. c. 35.

C A P U T XXIV.

Omnia, quæ Domino offeruntur, proculdu-
12. q. 1. c. 3.
Nelli.
Leuit. 27. d.

bio consecrantur, & non solum sacrificia, quæ a sacerdotibus super altare Domini consecrantur oblationes fidelium dicuntur, sed quidquid ei a fidelibus offertur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, vel quodlibet artificium, ædificium, vestimentum, quodcumque mobile, vel immobile de his rebus, quæ supplementum sanctæ Dei ecclesiæ, ejusque ministris, atque ordinatum præstare possunt, indubitanter Domino consecrantur. Troslejan. cap. 4. Burch. lib. 1. i. c. 27. Ivo lib. 5. tit. 3. c. 32. panorm. & p. 14. cap. 87. decr. Tarracon. lib. 5. cap. 4.

C A P U T XXV.

Presbyteri oblationes, vel luminaria, quæ eis ad manus offeruntur, tamquam propria sua habeant. Synod. Bituricens. c. 12. apud concil. Lemovicen. act. 2.

C A P U T XXVI.

Fœminæ, Missam sacerdote celebrante, ne-
quaquam ad altare accedant, sed locis suis stent, & ibi sacerdos earum oblationes Deo oblaturus accipiat. Theodulph. ad presbyter. Aurelianen. cap. 6.

C A P U T XXVII.

Die dominico præter orationes, & Missarum solemnia, & ea, quæ ad vescendum pertinent, nihil aliud fiat, &c. concurrentum etiam est cura oblationibus ad missarum solemnia, &c. Theo-
dulph. ad presbyt. Aurelian. c. 24.

C A P U T XXVIII.

12. q. 2. c. 13.
Mar. 16.

Futuram ecclesiam in gentibus Apostoli prævidebant, maximeque quia Dominus illis prædixerat: Euntes in mundum universum, prædicare Evangelium. Vel quia expellendi erant a Judæa, noverant se in gentibus dispergendos, &c. Tam. VI.

Idcirco prædia in Judæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad sovendos egentes. At vero, cum inter turbines, & adversa mundi succresceret Ecclesia, eo usque pervenit, ut non solum gentes, sed etiam Romani Principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurserent, e quibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia tribuere posse constituit. Denique idem prefatus Princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis beati Petri Principis Apostolorum instituit, adeo ut sedem Imperiale, quam Romani Principes posse fuderant, relinqueret, & beato Petro suisq. * Pre-
sulibus profuturam concederet, &c. Ab illo tem-
pore, & deinceps viri religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possederant sed etiam semetipos Dominō consecrarunt, ædifican-
tes basilicas in suis fundis in honore sanctorum martyrum per civitates ac monasteria innumera, in quibus coetus Dominō servientium conveniret. Denique Reges, & Præsides, ac Magistratus, non solum hanc licentiam tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum, unde alerentur egentes, qui nihil in mundo pos-
sidebant, ecclesiæque Dei fabricarentur, atque restaurarentur, Deoque & ecclesiæ ejus rite famulantibus, servisque illius supplementa, ut absque necessitate essent, tribuerentur, &c. N. de primitiva ecclesia, & ante edictum Constant. Imp. Burch. lib. 3. c. 2. 4. & 5. Ivo lib. 2. tit. 1. c. 3. panorm. & part. 3. c. 4. 6. & 7. decr. Cæsar. lib. 7. c. 58.

T I T U L U S XXII.
DE HIS, QUI DEFUNCTORUM OBLATI-
NES RETINENT.

C A P U T I.

D

Ecimæ, & primitiæ, seu oblationes vivo-
rum, & mortuorum ecclesiis Dei fideliter reddantur a laicis: & in dispositione Episcoporum sint, quas qui restituerint, a sanctæ ecclesiæ com-
munione separantur. Nicol. II. in synod. Roman. c. 5.

C A P U T II.

Secundum constitutionem synodi Valensis, qui oblationem fidelium suppresserit, aut negaverit, ab ecclesia, cui fraudem fecit, excludatur. Arelat. II. c. 28. vide Valen. c. 4.

C A P U T III.

Qui oblationes defunctorum, aut negant ec-
clesias, aut cum difficultate reddunt, tanquam agentium necatores excommunicantur. Carthag. IV. c. 95. Burch. lib. 3. c. 142. Ivo part. 3. c. 208. decr.

C A P U T IV.

Clerici, vel seculares qui oblationes paren-
tum, aut donatas, aut testamento relietas reti-
nere perfliterint, aut id, quod ipsi donaverunt ecclesiis, vel monasteriis crediderint auferendum; sicut synodus sancta confituit, velut necatores pauperum, quoisque reddant, ab ecclesiis exclu-
dan-

58 Juris Pontificii Veteris Epitome

dantur. *Agath.* c. 4. *Burch. lib.* 3. c. 140. *Ivo lib.*
2. tit. 1. c. 5. *panorm.* & part. 3. c. 206. *decr.*

C A P U T V.

^{13. q. 2. c. 10.} Qui oblationes defunctorum retinent, & ecclēsī tradere demorantur, ut infideles, sunt ab ecclēsī abiiciendi; quia usque ad inanitionem fidei pervenire certum est hanc divinā pietatis exacerbationem, quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimonīa, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim quasi egentium necatores, nec credentes judicium Dei, habendi sunt. Unde & quidam patrum ait, *Amico quippiam rapere, furtum est; Ecclesiam fraudare sacrilegium, Vasing, vel Vasion.* c. 4. vid. *Arelat.* III. c. 28. *Hieron.* ad *Nepotianum de vita clericor.* epist. 2. *Ivo part.* 3. c. 155. *decr.* *Deusded.* c. 4. *Cæsar.* lib. 7. c. 2.

C A P U T VI.

Qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordīne assignare tardaverint, vel detinere præsumplerint, &c. a communione ecclēstica suspendantur, &c. *Aurel.* III. cap. 22.

C A P U T VII.

Quisquis aut majorum, aut mediocriū personarum quodecumque muneris, vel facultatis sacerdotibus, aut ecclēsī, aut quibusdam locis sanctorum, studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa, quæ a parentibus donata noscuntur, postmodum quis auferre præsumplerit, ut necator pauperum, communione privetur. *Aurel.* V. cap. 16.

C A P U T VIII.

Qui oblationes fidelium defunctorum, quæ ecclēsī conferuntur, retinent, veluti retentores ecclēsī, & necatores egentium, ab ecclēsī līminibus arceantur. *Mitis.* c. 4.

C A P U T IX.

Qui agapē pauperum, & sustentationem peregrinorum, & eleemosynam defunctorum defraudant, apud sanctos patres eorum necatores vocantur. *Tullen.* part. ult. c. 14.

T I T U L U S XXIII.

**DE OBLATIONIBUS HÆRETICORUM,
ET QUORUNDAM ALIORUM, QUÆ
RECIPI NON DEBENT.**

C A P U T I.

<sup>De bared. c.
Greg. IX. c.
2. eod. tit. in
3. coll.</sup> **U**Surariorum manifestorum oblationem ne quisquam accipiat; qui autem acceperit, & quæ acceperit, reddere compellatur, & donec ad arbitrium sui Episcopi satisfaciat, ab officiū sui maneat executione suspensus. *Alexan.* III. in concil. gener. *Later.* cap. 25.

C A P U T II.

<sup>De bared. c.
13. Gr. IX.
c. 2. eod. tit.
in 4. coll.</sup> Sane clerici, nec eleemosynas, nec oblationes (hæreticorum) accipiant. *Inn.* III. in conc. gen. *Lateranen.* c. 3. §. Si qui autem.

C A P U T III.

Munera tua ideo recipienda non esse arbitrati sumus, quia divinis oculis oblatio tua non acceptabilis esse probatur quamdiu a peccato isto immunem te non reddideris, & ad gratiam omnipotentis Dei, sicut catholicum Principem decet, non redieris. Licet munera tua propter illud pec-

catum non receperimus, tamen Dei misericordiam pro te exorare non desissemus. *Greg.* VII. lib. 9. epist. 22. E. comiti in fine.

C A P U T IV.

Oblations dissidentium fratrum, neque in sa- ^{16. c. 2. 16. c. 2.} crario, neque in gazophylacio recipientur. *Carth.* IV. c. 93. *Troslejan.* c. 12. *Burch. lib.* 5. c. 38. *Ivo part.* 2. c. 47. *decr.*

C A P U T V.

Eorum, qui pauperes opprimunt, dona a sacer- <sup>d. c. 2. & c.
8. end. dīs.</sup> dotibus refutanda. *Carth.* IV. c. 94. *V. Trosl.* c. 7. *Burch. lib.* 5. c. 39. *Ivo part.* 2. c. 48. *decr.*

C A P U T VI.

Statuta ecclēsī antiquæ præcipiunt, eorum, qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus ef- se refutanda; & merito, cum sint apud Dominum abominalia, testante super hoc scriptura: *Qui of- fert, inquit, sacrificium de substantia paupe- ris, quasi qui victimat filium in conspectu pa- tris.* *Troslejan.* c. 7.

T I T U L U S XXIV.

**QUONAM PACTO DIVIDANTUR, QUÆ
OFFERUNTUR A LAICIS.**

Vide libro quarto, titulo LXXXI. c. 1. & lib. XIII, titulo XXI, lib. XIV. tit. X. quibus adde:

C A P U T I.

OMnis alius fructus domum mittatur: pri- mitiæ Episcopo, & presbyteris. Clarum autem est, Episcopum, & presbyteros diaconis, & reliquias clericis partes distributuros. *Ap.* c. 4. G. 5. L.

C A P U T II.

^{10. q. 1. 6. 7.} De his, quæ parochiis in terris, vineis manci- piis, atque peculis, quicumque fideles obtule- rint, antiquorum canonum statuta serventur, ut omnia in Episcopi potestate consistant. De his tamen, quæ in altario accelerint, tertia fideliter Episcopis deferatur, duæ clericis. *Aurelian.* c. 17. vel c. 15. *Capit.* lib. 7. c. 182. in addit. *Burch.* lib. 3. c. 136. *Ivo lib.* 2. tit. 5. c. 5. *pa- norm.* & part. 3. c. 202. *decr.*

T I T U L U S XXV.

DE SERVIS, ET LIBERTIS ECCLESIAE.

Vide lib. X. a titulo XXII. ad XXVII. ubi etiam de eorum obligationibus, manumissioni- bus, & matrimonio,

T I T U L U S XXVI.

**RES ECCLESIAE SINT IN POTESTATE
EPISCOPI, ET PRESBYTERORUM :
ILLASQUE SECUNDUM CANONUM
STATUTA DISPENSENT.**

Vide supra libro quarto titulo octuagesimo, quibus adde infra scripta.

C A P U T I.

^{12. q. 1. c. 26.} **I**Pse res ecclēsiarum in ditione singularum pa- ^{Videntes \$.} rochiarum Episcoporum, qui locum tenent ^{Ipsæ.} Apostolorum, erant, & sunt usque adhuc, & futuris debent esse temporibus. E quibus Episco- pi, & fideles dispensatores eorum omnibus com- munem vitam degere volentibus ministrare cun-cta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur, &c. [Res ecclē- ^{12. q. 1. c. 26.} sia non quasi propriæ, sed ut communes, & Do- mino oblatae, cum summo timore non in alios, quam

Act. 5. 4. quam in prefatis usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt: ne poenam, & mortem Ananias, & Saphiræ incurrant, & quod pejus est, anathema maranatha fiant, &c. Urban. ep. unic. post princ. Ivo part. 3. c. 139. decr. Anselm. lib. 5. c. 37. C. lib. 7. c. 4. Caesar. lib. 7. c. 40. C. 57.

C A P U T II.

12. q. 4. c. 1. Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos, &c. [Qui cumque sub neglectu res diuinæ laborare distulerit, placito speciali distringendus est. Quidquid in rebus ecclesiæ minuit, illi restituat, ex cuius rebus, atque suffragiis suos convictus fuerit ampliæ labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendit, vel perditionis quippiam pertulit, si hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus ecclesiæ ejusdem reformabitur, pro cuius utilitatibus id expendisse probatur. Bracar. III. c. 8.]

C A P U T III.

Clerici, quos pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis viæ necessaria sive in domibus, sive in congregatione viuentes accipiunt, quia ad ea accipienda non eos habendi dicit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas. Illi autem qui tam infirmi sunt, ut possessionibus suis renuntiare non possint, si ea, quæ accepturi erant, dispensatori relinquent, nihil habentibus conferenda, sine peccato possident sua, quia & ipsi quodam modo sua relinquent, quando propriis contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini suo deberi arbitratur, accipiunt. Quod si putant, ideo accipi debere eorum, quæ conferuntur ecclesiæ, portionem, ne eam videantur abiicere; se vero non posse sua relinquere, quod eis deformis sit, inter suos pauperes reddi noverint esse deformius, possessores de eleemosynis pauperum pasci. Prosp. lib. 2. c. 12. C. 13. de vita activa C. contempl. apud Aquisgran. c. 108. C. 109.

C A P U T IV.

Fideles suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt ecclesiam, ut his & milites Christi alerentur, ecclesiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur. Quapropter vigilanti, ac solerti cura providendum est his, qui ejus facultates administrant, ne eas in suos solummodo usus convertant, &c. Ergo res ecclesiæ pauperibus & militibus Christi appendiariæ debent intelligi. Unde totis nisibus Praelatis satagendum est, ut sanctorum Patrum dictis, & exemplis obsequentes, de rebus commissis & subditos gubernent, & pauperes foveant, cunctisque utilitatibus, ac necessitatibus ecclesiæ fideliter administrando consulant, quatenus de fideli administratione ab ipso, cujus ministri esse noscuntur, ineffabiliter remunerari mereantur. Aquisgran. cap. 116.

C A P U T V.

Ea, quæ a Domino Imperatore, consensu Episcoporum, ob honorem, & amorem Dei ec-

clesiis concessa sunt, non in avaritiam presbyterorum, aut in rapacitatem Episcopatum ministeriorum cedant, sed in utilitatem ecclesiæ, & in usus clericorum, & pauperum deveniant. Aquisgran. II. sub Ludov. part. 3. cap. 6.

T I T U L U S XXVII. DE DIVISIONE RERUM ECCLESIASTICARUM IN TRES, VEL QUATUOR PARTES.

Vide libro quarto, titulo octuagesimo primo, & libro decimotertio titulo vigesimo primo.

T I T U L U S XXVIII. DE CONSERVANDIS REBUS ECCLESIAE.

C A P U T I.

16. q. 6. c. 3. Si Episcopus talem culpam admisisse constitebit, quod absit, ut constet eum non irrationaliter suisse depositum, eadem ejus depositio confirmetur, & ecclesiæ res suæ omnes restituantur, quæ ablatae claruerint, quia delictum personæ in damnum ecclesiæ non est convertendum. Si enim, ut dicunt, Comiciolus defunctus est, ab hærede ejus, quæ injuste ab illo oblatæ sunt, sine excusatione reddantur. Greg. lib. 2. ep. 50. Joanni defensori in fin. Anselm. lib. 3. c. 90.

C A P U T II.

Si quis ex familia ecclesiastica sacerdotes, vel levitatem, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in poenitentiam volumus, sed res eorum ecclesiastico juri non subtrahi. Ad usum tamen suum accipient, unde ad poenitendum subsistant, ne, si nudeantur, lacis, in quibus dati fuerint, onerosi sint. Gregor. lib. 1. epist. 42. Ivo part. 6. c. 380. C. part. 15. c. 20. de cr. Anselm. lib. 8. c. 1. Caesar. lib. 8. c. 67. Tarrac. lib. 1. c. 262.

C A P U T III.

Bonifacium vobis ordinavimus sacerdotem, cui dedimus in mandatis, &c. ut ministeria, atque ornatum ecclesiæ, vel quidquid illud est in patrimonio ejusdem non minuere studeat, sed augere. Greg. H. ep. III. ad clerum, C. plebem Turingiæ post princ.

C A P U T IV.

16. q. 1. c. 5. Quæ sunt ecclesiæ, sub omni sollicitudine, & conscientia bona, & fide, quæ in Deum est, qui cuncta considerat, judicatque, serventur: quæ etiam dispensanda sunt iudicio, & potestate Pontificis, cui commissus est populus, & animæ, quæ in ecclesia congregantur. Antioch. c. 24. Mart. Brac. c. 15.

C A P U T V.

Si quis de clericis documenta, quibus ecclesiæ possesso firmatur, aut supprimere, aut negare, aut adversariis fortasse tradere damnabili, & punienda obstinatione præsumperit, quidquid per absentiam documentorum damni ecclesiæ illicitum est, de propriis facultatibus reddat, & communione privetur; hi etiam qui in danno ecclesiæ impie sollicitati a traditoribus acceperint superiori sententia teneantur. Agath. c. 26. Rhaban. 18. de poenit. Burch. lib. 3. c. 183. Ivo part. 3. c. 156. decret. Anselm. lib. 5. c. 76. Caesar. Ibid. 7. c. 99.

60 Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T VI.

Quæcumque ecclesiis a Pontificibus sub competenti, ac justo documento fuerint derelicta, ab heredibus legitimis dignum est, ut pro Dei contemplatione serventur. *Aurel. IV. c. 14.*

C A P U T VII.

Testamenta, quæ Episcopi, presbyteri, seu inferioris ordinis clerci, vel donationes, aut quæcumque instrumenta propria voluntate conferent, quibus aliquid ecclesiæ, aut quibuscumque conferre videantur, omni stabilitate subsistant, &c. De quibus rebus, si quis animæ suæ contemptor aliquid alienare præsumperit, usque ad emendationis suæ, vel restitutionis rei ablatæ tempus a consortio ecclesiastico, vel omnium Christianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. c. 2.*

C A P U T VIII.

Quia his, qui Principibus digne deserviunt, atque deferentibus fidele illis obsequium, constat nos optimum ministrasse suffragium (dum justè a principibus acquisita, in eorum jure persistere sancimus indivisa) æquum est maxime, ut rebus ecclesiistarum Dei adhibeat a nobis prævidentia opportuna, adeo ut quæcumque res ecclesiæ Dei a Principibus justè concessæ sunt, vel fuerint, vel cujuscumque alterius personæ quolibet titulo illis non injuste collatae sunt, vel extiterint, ita in earum jure persistere firma stabilitate jubemus, ut evelli quoquo casu, vel tempore nullatenus possint. Opportunum est enim, ut sicut fidelia hominum servitia non existere censimur ingrata, ita ecclesiæ collata, quæ proprie sunt pauperum alimenta, earum in jure promercede offerentium maneant inconvulsa. *Tolet. VI. c. 15.*

C A P U T IX.

^{12. q. 2. c. 2.} ^{Pona. 74.} Quisquis Episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreverit: non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debet, ut hac temperamenti æquitate servata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. Ad ecclesiam vero, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem assumat. *Tolet. IX. c. 5. Ivo part. 3. c. 170. decr.*

C A P U T X.

^{22. q. 2. c. 2.} Non decet rectores ecclesiæ in suis strenuos, & in ecclesiasticis rebus esse remissos; nam quæcumdam fertur opinio, quod quidam sacerdotum familias ecclesiæ in suis laboribus, quæ sint, rei propriæ profectum augentes, Dominicis vero dispendium nutrientes, unde si quicunque sub hoc neglectu res divinas laborare distulerit, placito speciali distingendus est, qualiter si de rebus, seu augmentis ecclesiæ quæcum laboribus suis propriæ auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus, aut neglectum laboris exhibuit, aut mino-

rationem, vel perditionem induxit, quidquid in rebus ecclesiæ minuit, illi restituat, ex cuius rebus, atque suffragiis suos convictus fuerit ampliisse labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendii, vel perditionis quipiam pertulerit, si hoc comprobari potuerit totum illi a rebus ecclesiæ ejusdem reformabitur, pro cuius utilitatibus id expendisse probatur. *Bracar. III. c. 8.*

C A P U T XI.

Thesaurus, sive ministerium, vel ornamen-tum ecclesiistarum fideliter devotioni eorum, qui hæc vel ad honorem domus Dei, vel ad sustenta-tionem familiæ ecclesiasticæ, si necessitas exe-gerit, obtulerunt, custodiatur: nec quidquam ex eis, nisi juxta institutionem canonicanam fieri præsumatur. Placet firmatum. *Valent. sub Lo-thiar. c. 20.*

C A P U T XII.

Quæ sunt ecclesiæ, conservari cum omni dilig. ^{10. q. 1. c. 5.} gentia, & bona conscientia, & fide Dei, qui q-
uoniam videt, & judicat, & gubernari oportet,
cum judicio, & potestate Episcopi, cui & omnis
populus, & congregatio commissa est animarum.
Mart. Brac. c. 15. V. Antio. c. 24.

T I T U L U S XXIX.

**CONSTITUANTUR ECONOMIE CLERO,
QUI RES ECCLESIARUM ADMI-
NISTRENT.**

Vide supra libro octavo, titulo nono.

T I T U L U S XXX.

**LAICI RES ECCLESIASTICAS NON AD-
MINISTRENT, NEQUE EAS USUR-
PENT.**

Vide supra libro decimo, titulo undecimo,
quibus adde infra scripta.

C A P U T I.

IN tantum quorundam laicorum processit ^{De jure patr.} ^{c. 4. Gr. IX.} ^{c. 5. eod. tit.} ^{in 1. coll.} Dacia, ut Episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituant in ecclesiis, & remoyant cum possessiones quoque, atque alia bona ecclesiastica pro sua plerumque voluntate distri-buant, &c. Eos, qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos &c. *Alexand. III. in concil. Lateranen. cap. 14.*

C A P U T II.

Nullus laicus ecclesiam, vel beneficium eccl-
esiæ teneat, oblationes scilicet altaris, sepulturam,
baptisterium: sed neque ea, quæ pertinent ad fe-
dum * presbyterale, & tertiam partem decimæ, ^{* feudum, f.}
&c. *Greg. VII. in syn. Rom. ann. incert. c. 1.*

C A P U T III.

Nullus clericus, vel monachus, vel laicus do-
num ecclesiasticæ rei, vel ipsam ecclesiam a laico
recipiat, sed ab Episcopo. *Greg. VII. in d. syn.
Rom. cap. 10.*

C A P U T IV.

Laicis, quamvis religiosi sint, nulli tamen de-
ecclesiasticis facultatib. aliquid disponendi * legi-
tur unquam attributa facultas. *Stephan. epist. 2. Eulalias.
cap. 9. Paschal. II. in concil. incert. cap. 4. Cal-
list. II. in concil. Rom. cap. 4. Eulal. Syracus
Episcop. apud syn. Rom. III. sub Symmac. Tro-
sler. cap. 3. Capitul. lib. 5. cap. 249. O lib. 6.
cap.*

*cap. 294. Burch. lib. 15. cap. 35. Ivo part. 16.
cap. 36. decret. Deusdedit. cap. 4. Anselm. lib. 3.
e. 10. Cæsar. lib. 7. c. 112. Tarragonen. lib. 1.
cap. 59.*

TITULUS XXXI.
DE ALIENATIONE RERUM ECCLESIASTICARUM.

CAPUT I.

SI Episcopus, vel Præpositus monasterio inventus fuerit alienare prædium Episcopatus vel monasterii alicui potenti, vel alii dans, irrita sit traditio juxta hunc canonem Apostolorum: "Omnium ecclesiasticarum rerum curam habeat Episcopus, easque dispense, ut coram Dei oculis oportet. Non alienet quicquam, neque propinquis suis Dei bona largiatur. Sed si pauperes sint, eis ut pauperibus subveniat. Hoc tamen pretextu ecclesiæ bona non deprædetur. Si vero caussetur damnum esse, tunc non potentibus, sed clericis, vel agricolis tradatur. Neque colludant potens, & clericus vel agricultor. Nam venditio erit nulla. Et Episcopio, vel monasterio ager restituetur, & Episcopus, vel Præpositus eiicientur Episcopio, vel monasterio, ut male disperdentes, quæ non con-

*Matt. 25. c. 11. cap. 12. V. Ap. c. 38.
Greg. 39. L. Ivo part. 5. cap. 375. decret. Anselm. lib. 6. c. 184. Cæsar. lib. 7. cap. 72.*

CAPUT II.

Apostolicos, & paternos canones renovans sancta hæc, & universalis Synodus definit, nemine prius Episcopum vendere, vel utcumque alienare cimelia, & yasa sacra, excepta caussa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet, quæ accipiuntur in redemptionem captivorum. Sed nec tradere ^{*} salario ecclesiæ in emphyteutica pasta, nec alias rusticæ possessiones venumdare, &c. Quisquis autem apparuerit post hanc definitionem nostram, contrarium quid huic sanctæ, & universalis Synodo agere, deponatur, ut prævaricator divinarum legum, & præceptorum; cassata videlicet omnino, quæ facta est in scriptis, vel sine scriptis ab Episcopo venditione, vel emphyteutica traditione, vel alia quavis alienatione cimeliorum scilicet, & salariorum ^{*} locorum. Qui vero emerit, aut percepit aliquid ex prædictis cimeliis, vel salariis ^{*}, & non restituerit ecclesiæ iterum, quæ ecclesiæ sunt, vel non reddiderit ad incidentum chartam venditionis, vel emphyteusos, sit anathema, usque dum fecerit, quod ab hac sancta, & universalis synodo confirmatum est. *Syn. VIII. gen. sub Hadrian. II. cap. 35. Anselm. lib. 6. cap. 169. Cæsar. lib. 7. c. 74.*

CAPUT III.

Sancimus, ut nulli Apostolicæ sedis Præsuli a præsenti die, donec disponente Domino catholice fidei manserit doctrina salutaris, liceat prædium rusticum, quantumcumque fuerit, vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alienatione, vel commutatione ad cuiuslibet jura transferre. Nec cujusquam excusat necesse obtentu: quippe cum non sit personale, quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. Sed nec in usumfructum

rura aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos, & captivos, & peregrinos, ne malæ tractationis ministretur occasio, cum liberalitatè illi alia itinera reseruentur. Sane tantum domus in quibuslibet urbibus constituta, quarum statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis, si auferri ^{*} contigerit, sub justa aestimatione redditibus, & divini timore judici communentur. Pari etiam ecclesiæ per omnes Romanæ civitatis titulos, qui sunt presbyteri, vel quicumque fuerint, adstringi volumus lege custodes &c. [Quicumque tamen oblitus Dei, &c. quidquam de jure titulorum, vel ecclesiæ superius præfatae quolibet modo præter aurum, argentum, vel gemmas, vestes quoque si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo jure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator, ac venditor, honoris sui amissione mulctetur. Præterea qui petierit, aut acceperit, aut qui presbyterorum, aut diaconorum, seu defensorum danti subscripterit, quo iratus Deus animas percitat, anathemate feriatur. Sitque accipienti, vel subscriptenti de personis superius comprehensis, id est, quas anathemate feriri censimus, instituta pena contubernialium servata, quam præmisimus, in alienatore vindicta, nisi forte, & alienator sibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri restitutione prospexerit, &c. Sed etiam liceat quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre, & ecclesiastica auctoritate fulciri, ita ut cum fructibus possit alienata reposcere: nec aliquo se ante tribunal Christi obstatculo muniatur, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas dispergit. Hujus autem constitutionis legem in Apostolica tantum volumus servari. Universis ecclesiæ per provincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis convenire rectores earum viderint, more servato. *Symmac. in syn. Rom. III. cap. 4. 5. 6. 7. ¶ 8. Paris. sub Ludov. D'Lothar. lib. 1. c. 17. Tarac. lib. 6. c. 100. Anselm. lib. 4. c. 28. ¶ 29.*

CAPUT IV.

Si quis in quamlibet partem nostra præcepta ante emissâ Apostolicæ ecclesiæ de olivetis, & locis diversis temeraverit, & non in omnibus observaverit, anathema sit. *Greg. II. in syn. Roman. c. 13.*

CAPUT V.

Ut plebes ecclesiasticæ nullatenus aut Comitibus, aut Episcoporum vassallis, aut ullis laicis in beneficia tribuantur. *Joann. IX. in syn. Ravenn. part. 2. c. 10.*

CAPUT VI.

Ne aliquis clericus res Episcoporum, vel clericorum vel in vita, vel post mortem eorum diripiat, vel in usus proprios conferat. Si quis fecerit, anathema sit. *Urban. II. in syn. Clarom. c. 31.*

CAPUT VII.

Omnium per intrusionem, seu canonice ele- 16. q. 2. 2.
ctorum, sub Episcopi nomine, aut Abbatis, qui 37. Quis-
secundum usum ecclesiæ suæ consecrandus est, alienationes quocumque modo factas, &c. irritas

JU.

62 Juris Pontificii Veteris Epitome

judicamus, &c. Nullus clericus præbendam suam, seu aliquod ecclesiasticum beneficium aliquo modo alienare præsumat: quod si præsumptum olim fuit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & canonice ultioni subjacebit. *Callist. II. in concil. Roman. cap. ult.*

C A P U T VIII.

^{12. q. 4. e.} ^{19. Quis.} *Omnium rerum ecclesiasticarum curam habet Episcopus, eaque dispensem, ut coram Dei oculis oportet. Non alienet quicquam, nec propinquis ex Dei bonis gratificetur. Sed si pauperes sunt, ut pauperibus subveniat: hoc tamen prætextu ecclesiæ bona non deprædetur. Apoc. c. 38. G. 39. L. Nicæn. II. c. 12. Vormatiens. c. 45. Ivo part. 5. cap. 375. decret. Anselm. lib. 6. c. 184. Cæsar. lib. 7. c. 72.*

C A P U T IX.

^{6. q. 2. c. In-} ^{17. Steph. epist. 1. in medio. Burch. lib.} *Qui facultates ecclesiæ abstrahunt injuste, infames sunt. Steph. epist. 1. in medio. Burch. lib. 1. cap. 173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. C. part. 5. cap. 291. decret. Anselm. lib. 3. cap. 5. Deusdedit. cap. 3. Cæsar. lib. 5. cap. 28. Tarragon. lib. 2. cap. 8.*

C A P U T X.

^{22. q. 1. e.} ^{28. De redi-} *Ministeria ecclesiæ, quæ alienata comperimus reparare præsumptor compellatur. Cui etiam hoc specialiter præcipimus imminere, ut tres illas portiones, quas per triennium dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. Simplic. epist. 3. in fin. Anselm. lib. 5. c. 66. Cæsaraug. lib. 7. cap. 101.*

C A P U T XI.

^{36. q. 1. c.} *Possessiones, quas unusquisque ecclesiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienare quibuslibet titulis, atque distractionibus, vel sub quocunque arguento non patimur: nisi forsitan aut clericis honorum meritis, aut monasteriis religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit, sic tamen, ut hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfrauantur. Symm. epist. 1. cap. 1. Anselm. lib. 5. cap. 47. C. in Rom. lib. ult. cap. 43. Cæsaraugst. lib. 7. c. 67. Tarragon. lib. 6. cap. 47.*

C A P U T XII.

^{22. q. 2. c.} ^{49.} *Sicut ecclesia proprias res amittere non debet, ita eam rapacitatis ardore alienas invadere non oportet. Greg. lib. 2. epist. 43. Bonifacio Episc. Indict. XI. vel cap. 82.*

C A P U T XIII.

^{22. q. 2. c.} ^{12. Res.} *Sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia. Greg. lib. 10. epist. 42. Deodato.*

C A P U T XIV.

^{2. vel.} *De his, qui Scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratum suorum, placuit nobis, ut quicumque eorum exactis publicis fuerit detectus, non * verbis nudis ab ordine cleri ad noveatur. Arelat. c. 13.*

C A P U T XV.

^{20. q. 1. c. 1.} *Casellas, vel mancipiola ecclesiæ Episcopi, si-
cuit præcita canonum præcipit auctoritas, vel vasa ministerii, quasi commendata fidiли præposito, in integro ecclesiæ jure possideant, id est, ut neque vendere, neque per quoscumque contractus res,*

^{Ead. q. c. 4.} ^{Hujusmodi} ^{§. Quod si.} *unde pauperes vivunt, alienare præsumant. Quod si necessitas certa compulerit, &c. apud duos, vel tres vicinos Episcopos causâ primitus comprobetur, &c. ut venditio roboretur, &c. Altera facta venditio, vel transactio non valebit, &c. Minusculas vero res aut ecclesiæ minus utiles peregrinis, vel clericis, salvo jure ecclesiæ, in usum prestatari permittimus. Agathen. cap. 7. Anselm. lib. 3. cap. 86. in Rom.*

C A P U T XVI.

^{12. q. 2. c.} *Diacones, vel presbyteri in parochia constituti, de rebus ecclesiæ sibi creditis nihil audeant commutare, vendere, vel donare: quia res sacrae Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ, &c. alienare præsumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tantum restituant, quantum visi sunt præsumptis. Sane [si cap. q. 6. 36. quis pro qualibet condicione de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumperit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit. Agath. cap. 49. Ivo part. 3. c. 161. decret.*

C A P U T XVII.

*De agellis, cæterisque facultatibus ecclesiasticis a sacerdotibus non alienandis, nec per contratenus inutiles obligandis, priorum canonum statuta serventur: ut nobis per nullos contractus res ecclesiasticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam, quæ de rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, vel quibuscumque instrumentis inutiliter in dispendium ecclesiæ obligata noscuntur, & intra tricennaria tempora repetitio suppetit, quæ acta sunt, suffragante justitia, per publicum, aut clericorum * judicium revocentur. * electorum Quod si is, qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus judicium declinarit, quounque aut ad discussionem veniat, aut rem ecclesiasticam restituat, communione privetur. Aurelian. III. c. 12.*

C A P U T XVIII.

^{12. q. 2. c.} *Abbatibus, presbyteris, cæterisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permisso, & subscriptione Episcopi sui nil liceat; quod qui præsumperit, degradetur, communione concessa: & quod præsumptum, vel alienatum, vel temere ordinatum est, ordinatione Episcopi revocetur. Aurel. III. c. 23. Capitul. lib. 7. c. 275. Anselm. lib. 5. c. 85. in addit. C. in Roman. lib. ult. c. 44. Tarragon. lib. 6. cap. 15.*

C A P U T XIX.

Ut Episc. qui de facultate propriæ ecclesiæ nihil relinquit, de ecclesiæ facultate, si quid aliter, quam canonæ eloquuntur, obligaverit, vendiderit, aut distraxerit, ad ecclesiæ revocetur. Sane si de servis ecclesiæ libertos fecerit, numero competenti in ingenuitate permaneant, ita ut ab officio ecclesiæ non recedant. Aurel. IV. c. 9.

C A P U T XX.

Si quid Abbatibus, aut sacris monasteriis, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc Abbes, vel presbyteri minime revocabunt, nec alienari a cunctis fratribus debet, quacumque occasione, quibus si fuerit

Fuerit necessarium, ut statuta convallant, non aliter valeat, nisi fuerit sui Episcopi subscriptio ne firmatum. Aurel. IV. cap. II.

C A P U T XXI.

Quicumque clericus aliquid jure ecclesiastico, seu verbo, seu per scripturam acceperit ad utendum, & postmodum alienare quacumque occasione voluerit, non valebit, quia secundum canorum instituta, proprietatem ecclesiae non violat in alios quilibet longa possessio, sed in Pontificis potestate consistat, qualiter pro conservando jure ecclesiastico, rem possessam inter clericos debet communicare. Aurel. IV. cap. 18.

C A P U T XXII.

Quisquis agellum ecclesiae in die vita sua a quocumque sacerdote, cui potestas est, acceperit possidendum, quemcumque ibi proficerit, alienandi nullam habeat potestatem, nec ibi parentes sui ex ea re aliquid existiment vindicandum. Aurel. IV. cap. 34.

C A P U T XXIII.

Ne cui liceat res, vel facultates ecclesiae, aut monasteriis, vel xenodochiis pro quacumq. eleemosyna cum justitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod quisquis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constrictus, ab ecclesiæ liminibus excludetur, quamdiu ab ipso ea, quæ sunt ablata, vel retenta, reddantur. Aurel. V. cap. 13. Belvacen. apud Melden. cap. 17.

C A P U T XXIV.

Hæc sancta synodus nulli Episc. licentiam tribuit res alienare ecclesiae, quoniam & antiquioribus canonibus hæc prohibetur. Si quid vero, quod utilitatem non gravet ecclesiae, pro suffragio monachorum, vel ecclesiæ ad suam parochiam pertinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum, vel clericorum, & egenorum necessitatibus, salvo jure ecclesiae, præstare permittuntur pro tempore, quæ potuerint. Tolet. III. cap. 3. Ivo lib. 2. tit. 10. cap. 1. panorm. & part. 3. cap. 167. decret.

C A P U T XXV.

Testamenta, qua Episcopi, presbyteri, seu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque instrumenta propria voluntate confecerint, quibus aliquid ecclesiae, aut quibuscumque conferre videantur, omni stabilitate subsistant, &c. De quibus rebus si quis animæ sua contemper, aliquid alienare præsumperit, usque ad emendationis suæ, vel restitutionis rei ablatæ tempus, a consortio ecclesiastico, vel omnium Christianorum convivio habeatur alienus. Lugdun. cap. 2.

C A P U T XXVI.

Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus, presbyter sine conscientia Episcopi aliquid de possessionibus, vel domo ecclesiae tulerint, aut fraudem fecerint, non solum cum omni dedecore constricti restituant, quod fecerunt, sed etiam non debere ibi in ecclesia esse, ubi fraudem visus est operasse. Narbon. cap. 8.

C A P U T XXVII.

Si clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut

quamlibet necessitatem substantientibus, pro solo religionis intuitu, in usum res ecclesiastice largiuntur, quanto magis consulendum est, quibus retributio justa debetur? Toletan. IV. cap. 37.

C A P U T XXVIII.

Si sacerdos, vel minister de rebus ecclesiæ quidam alicui sub præstationis obtenu concedat, instrumento caussâ præstiti evidenter exponat: ut hoc, aut juste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat, aliter vero pro hujus negotiis caussa deinceps scriptura non valeat. Tolet. IX. cap. 3.

C A P U T XXIX.

Quisquis Episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ cui præsidet, ditare decreverit, non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debet, &c. Ad ecclesiam vero, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimam partem census ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit, ea tamen cautela servata, ut unam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerandam assumat. Tolet. IX. cap. 5. Ivo part. 3. c. 170. decret.

C A P U T XXX.

Si sacerdos, vel minister, dum gubernacula eccliarum administrare videtur, contra Patrum sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definitæ aliquid dinoscitur, non ex die, qua talia scribendo decrevit, sed ex quo talia moriendo definita reliquit, suppurationis ordo substabit. Numquam enim ad triennium temporis pertinebit potestas irrita hoc judicantis, quia status contractuum initia non sumpsit ab origine æquitatis. Tolet. IX. cap. 8.

C A P U T XXXI.

Canonica censura decernit, ut res ecclesiæ, nisi ob nimias necessitates, quas describit, nemo distractabat. Quod si quispiam imminentे nimia necessitate, in consulo Primate provinciae, aut certe majore urgente necessitate, non adhibitis testibus vicinis Episcopis, id facere attentaverit, ita canonico iudicio percellitur, scilicet, ut amissio honore reus Deo, & concilio teneatur, &c. Paris. sub Ludov. & Lorb. lib. 1. cap. 17.

C A P U T XXXII.

Monenda est solertia Regia, ut strenuos, & fideles missos per regnum sibi commissum dirigat, & investigent, ac diligenter imbrevent res ecclesiasticas, quas per surreptionem, atque ignorantiam quorumcumque in allodium ipse, aut pater suus donavit, & consilens periculo animarum, sua videlicet, ac patris sui hoc ad tempus corrigerre studeat, ne forte cum voluerit, minime possit. Melden. c. 42.

C A P U T XXXIII.

Tollenda est prava omnino consuetudo, quæ in quibusdam locis oriri coepit, quia nonnulli Archipresbyteri, vel aliorum titulorum custodes fruges, vel aliarum ecclesiæ redditus ad proprias domus abducunt. Quidam vero aliorum possessiones conducunt, ut in eis, quæ ab ecclesiæ suis male subtraxerunt, recondant. Nonnulli autem lai-

co-

64 Juris Pontificii Veteris Epitome

corum in tantum eorum nequitiae se complices faciunt, ut quæ hujusmodi transgressores ab ecclesia surripuerunt, ipsi in suis domibus abscondant. Tales ergo primum a suis Episcopis corripientur. Quod si se citius corrigere noluerint, tanquam qui ecclesiasticas res sacrilegas temeritate tractaverunt, synodali sententia feriantur. Laicos vero, qui post hanc denuntiationem socios se hujus expilationis præbuerint, tanquam furti reos judicaria coarctabit auctoritas. *Ticinen.* cap. 5.

C A P U T XXXIV.

** Antibus.* Zacharias massas, quæ vocantur *Antius**, & Formias suo studio jure B. Petri acquisivit, quas & domos cultas statuit, & de omnibus superius annexis domibus cultis Apostolicæ rationis constituta faciens, atque sacerdotale collegium aggregans sub interdictionibus statuit. Nulli quoque successorum ejus Pontificum, vel alias cuilibet personæ licere ipsas domos cultas ab usu ecclesiæ quoquo modo alienare. *Ex Pontifice ante finem.*

T I T U L U S XXXII. NE REGES RES ECCLESIASTICAS AUFER- RANT, AUT PRIVATI HOMINES AB IPSIS EAS IMPETRARE AUDEANT.

C A P U T I.

** 2. q. 2. c. 4.* **Q**uicumque militum, vel cuiuscumque ordinis, vel professionis persona, prædia ecclesiastica a quocumque Rege, seu sæculari Principe, vel ab Episcopis invitis, seu Abbatibus, aut aliquibus ecclesiistarum rectoribus suscepit, vel invaserit, vel etiam de rectorum privato, seu vitioso consensu tenuerit, nisi eadem prædia ecclesiæ restituerit, excommunicationi subjaceat. *Greg. VII. in synod. Roman. anno 1078. kal. Decemb. c. 1. ex lib. 6. Regist. Tarrac. lib. 5. c. 46.*

C A P U T II.

** 16. q. 7. c.* Si quis Principum, vel aliorum laicorum dispositionem, sive donationem, sive dominationem rerum, sive possessionum ecclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus judicetur. *Pasehal. II. in concil. I. incerr. cap. 5. Callist. II. in concil. Roman. c. 4. Anselm. lib. 4. cap. 4.*

C A P U T III.

Irrationabile est, ut ecclesiastica possessio, unde luminaria, & concinnationes ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quavis potestate subtrahatur: sed domui Dei restituta meritum redditoris multiplicent, & suscipientis votum spiritualis desiderii lucris exerceatur, &c. *Nicol. ad Michael. Imperat. epist. 1. in fine.*

C A P U T IV.

*De rebus Eccl. sive non alien. c. 2. Greg. IX. & in 1. coll. * al. Res.* Qui * reculam ecclesiæ petunt a Regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeatur, quæ obtinent, & a communione ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur. *Arvern. c. 4. V. Melden. c. 40. Burch. lib. 15. c. 36. Ivo part. 16. c. 37. decret.*

C A P U T V.

Innumera scripturarum exempla, ut lacte ecclesiæ nutriti, & scientiæ ipsius uberioribus sufficienter repleti ante oculos reducentes, tunicam Chri-

sti, qui vos elegit, & exaltavit, quam nec milites ausi fuerunt scindere, tempore vestro, quantocius reconsuite, & refarcite, & nec violenta oblatione, nec illicitorum præceptorum confirmatione res ab ecclesiis vobis ad tuendum, & defensandum, ac propagandum commissis, auferre tentate. Sed ut sanctæ memorie avus, & pater vester eas gubernandas vobis, fauore Deo, dimiserunt, redintegrate, & præcepta regalia earumdem ecclesiarum conservate, & confirmate, &c. *Syn. Holonien. apud conc. Melden. c. 11. in fin. ad Carolum Regem.*

C A P U T VI.

Ut res ecclesiastica tempore Principatus vestri ablatae ex integro præstantialiter restituuntur, & restitutæ conserventur, sicut tempore avi, & patris vestri fuerunt, & excepto superposito, quod ad usus possidentium absumptum est, quomodo tunc erant, quando vos illas inde tulistis, sine refragatione reddantur, &c. *Syn. Belvacen. apud conc. Melden. c. 17.*

C A P U T VII.

Ut præcepta illicita jure beneficiario de rebus ecclesiasticis facta, a vobis sine dilatione rescindantur, & ut de cetero ne fiant, a dignitate vestri nominis Regii caveatur. *Belvacen. apud Melden. c. 18.*

C A P U T VIII.

Pertimescenda est canonica sententia, & maxime decretalis Symmachi Papæ definitio, &c. Qui regulam, inquit, vel quidquid fuerit ecclesiæ, petunt a Regibus, & corruptendæ pietatis instinctu, egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur, quæ obtinent, & a communione ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur. *Melden. c. 40. V. Arvern. c. 4.*

C A P U T IX.

Quod res ad ecclesiam pertinentes, & tempore principatus vestri ablatas, ita præstantialiter restituatis, & restitutas conservetis, sicut tempore avi, & patris vestri fuerant, &c. *Melden. ad Carolum Calvum c. 83.*

C A P U T X.

Placuit universali concilio, ut Salomon, qui Britanniorum tenet regionem, suggestus, &c. ut facultates ecclesiasticas nec ipse Deo auferat, nec aliis auferre permittat. *Tullens. in epist. ad quosdam Episcopos Britanniae.*

T I T U L U S XXXIII. DE HIS, QUI RES ECCLESIÆ SURRI- PIUNT, AUT OCCULTANT, AUT QUOVIS MODO SIBI VINDICANT.

C A P U T I.

*Q*ui possident loca pia, & non restituunt, *19. q. 5.* sacerdotalis catalogi eos deponi jubemos: *Quoniam*, si autem Monachi, vel laici, excommunicati. *Nicæn. II. c. 13. Anselm. lib. 7. c. 72.*

C A P U T II.

Qui emerit, aut perceperit aliquid ex prædiis cimeliis, vel salariis*, & non restituerit ecclesiæ iterum, quæ ecclesiæ sunt, vel non reddiderit ad incidentum chartam venditionis, vel emphyteuseos, sit anathema, usque dum fece-
12. q. 2. c. 13. Apostolos. * *salaris, f.* *rit*

rit, quod ab hac sancta, & universalis synodo confirmatum est. *Synod. VIII. gen. CP. sub Hadrian. II. c. 15. Anselm. lib. 6. c. 169. Cæsar. lib. 7. c. 74.*

C A P U T III.

De schismate. 1. apud Gr. IX. &c. 2. cod. tit. in 1. coll. Alienationes, seu invasiones, quæ per schismatiscos, sive per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesiam sine omni ejus onere revertantur. Si quis autem contraire præsumperit, excommunicationi le novit subjacere. *Alex. III. in concil. Later. c. 2.*

C A P U T IV.

De pœnit. c. 12. ap. Gr. IX. &c. 2. cod. tit. in 4. coll. In quibusdam provinciis ecclesiarum patroni, seu vicedomi, & advocati, se in tantam insolentiam erexerunt, quod non solum cum vacantibus debet ecclesiis de pastoribus idoneis provideri, difficultates ingerunt, & malitias, verum etiam de possessionibus, & aliis bonis ecclesiasticis pro sua voluntate ordinare præsumuat, &c. Prohibemus ne super præmissis decetero plus usurpent, quam reperitur in jure permisum. Et si contra præsumperint, canonica distictione compelcantur. *Innoc. III. in concil. gen. Later. cap. 45.*

C A P U T V.

Oblations fidelium a nemine præsumantur, absque consensu, & voluntate Episcopi, in cuius dinoſuntur esse parœcia, & potestate possideri, vel dominari tententur, quoniam nonnulli memores sui promissione peccaminum suorum, & pro æternæ vitæ mercatione de facultatibus suis tam rerum immobilium, quædam vero per scripturas ecclesiis tradiderunt, & Deo creatori suo perpetualiter habenda dederunt, &c. Unde precamur, ut antiquorum patrum regulas, quæmodo propter incuriam quorundam quasi oblita habentur, renovetis, & tale judicium super eis fiat: ut aut manifeste hæretici, qui ecclesiam Dei scindunt, & anathematizati, atque ab ecclesia Dei extores habeantur, aut per satisfactionem ecclesiæ ad poenitentiam, & demum juxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem, & communionem recipientur, &c. Sancimus, ut quicumque immemor, aut memor interitus sui res ecclesiæ delegatas, & Domino oblatas absque proprii Episcopi iussu possidens, præsumperit deinceps tenere quocumque in loco, & veritate comperta, res Dei servis suis dissimulaverit, aut renuerit reformare, liminibus ecclesiæ ab Episcopo ejusdem loci prius arceatur. Indigne enim ad altare Dei properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet invadere, aut injuste, idest, sine licentia Episcopi possidere, aut iniqua, vel injusta defensione in eis perdurat. Necatores etiam pauperum judicandi sunt, & si non emendaverint viuum, extirpandi, vindictam admonitio manifesta præcedat, &c. Demum prædonem sacerdotalis distictio matutinata percellat, &c. Competitoribus etiam hujuscemodi fræna distictionis imponimus, qui facultates ecclesiæ sub specie largitatis regiæ, vel cujuscumque potestatis improba subreptione pervaserint, &c. Quod si is, cui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet territoriis commorari, sacerdotem loci ipsius, ubi abitat, &c. literis instructum Episcopus red-

Tom. VI.

dat; tunc Antistes, ipsius fratris anxietates compertas, aut pervaſorem rerum dominicarum admonitione corrigat, aut prætaxata canonica distictione condemnet, &c. Valde iniquum ergo, & ingens sacrilegiū est, ut quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quibus hæc maxime servari convenit, idest, Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia a Principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel converti. Propterea, qui hæc non præviderit, & aliter quam scriptum est, prædia ecclesiæ tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel injuste defenderit, aut retinuerit, nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percuit, anathemate feriatur: fitque accipienti, & danti, & possidenti anathema, & institutæ pœnæ contubernium assiduum, &c. *Symm. in syn. Rom. VI. vid. in Synod. III. cap. 6. 7. & 8. Gangren. cap. 7. & 8. Aquisgr. cap. 66. Paris. cap. 16. Capit. lib. I. cap. 47. & lib. 6. cap. 28. vel 56. & lib. 7. c. 5. vel 7. Burch. lib. 3. c. 144. & 145. Ivo part. 3. cap. 182. & 209. & 210. decret. & epist. 106. ad Daimbericum Senonen. Archicp. Deusa. part. 4. Anselm. lib. 5. cap. 44. Cæsar. lib. 7. cap. 43.*

C A P U T VI.

Quia Epilcoporum res ecclesiæ non dubitan-
tur esse, si in eorum facultatibus simili fuerit cru-
delitate grassatum, pervaſores rerum memorata-
rum prædictæ canonum distictionis feriantur
vindicta, ut qui moribus propriis, ac nulla con-
scientia castigatione corrigitur saltem ecclesi-
sticæ, & canonicae vindictæ perfodiantur aculeis.
Generaliter vero [quicumque res ecclesiæ con-
fiscare, aut competore, aut pervaſore, periculo-
ſa sua infestatione præsumperit, nisi se citissime
per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem corre-
xerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter,
& hi, qui res ecclesiæ iussu, vel largitione Princi-
pum, vel quorundam potentum, aut quadam inva-
sione, aut tyrannica potestate retinuerint, &
filiis, vel hæreditibus suis, ut a quibusdam jam fa-
ctum audivimus, quasi hæreditarias relinquenterint,
nisi cito res Dei admoniti a Pontifice agnira ve-
ritate reddiderint, perpetuo anathemate ferian-
tur. Iniquum enim esse censemus, ut potius cu-
stodes chartarum, quam defensores rerum credi-
tarum, ut præceptum est, judicent, &c. Simili-
ter, & illi extores debent fieri ab ecclesia, qui
sacerdotali admonitione non corrigitur, dicen-
te Domino: *Aufeite malum a vobis, &c. Sym- Deus. 13. 6. mac. in syn. Rom. VI. post med. Paris. cap. I. 1. Cor. 5. & 2. Deus ded. part. 4.*

C A P U T VII.

Celebravit dominus Gregorius Papa synodum Romæ, in qua inter cetera Robertum ducem Apulie jam anathematizatum, & Robertum de Loretello invasores bonorum sancti Petri excommuni-
cavit. *Greg. VII. in synod. Rom. anno II. suis Pontificatus.*

C A P U T VIII.

Si quis prædia B. Petri Apostolorum Principis
ubi-

16. q. 1. Iu-
canibus,
c. 17. §. 1.

18. Simili-
ter.

16. q. 1. Iu-
canibus,
c. 17. §. 1.

Deus. 13. 6.

1. Cor. 5.

2. Deus ded.

part. 4.

ubicumque posita in proprietatem suam usurparit, vel sciens occultata non propalaverit, vel debitum servitium B. Petro exinde non exhibuerit, recognoscat se iram Dei, & sanctorum Apostolorum velut sacrilegum incurtere. Quicumque autem in hoc criminе deprehensus fuerit, eandem hæreditatem B. Petro legitime restituat, & pœnam quadrupli de propriis bonis perfolvat. *Greg. VII. in syn. Rom. LX. Episcop. anno 1078. Pontif. anno 6. Anselm. lib. 4. cap. 38.*

C A P U T IX.

Si quis Normannorum terras sancti Petri, videlicet illam partem Firmanæ Marchiæ, quæ nondum pervasa est, & ducatum Spoletanum & Campaniam, nec non maritimas, atque Sabinum, & Comitatum Tiburtingum, nec non monasterium sancti Benedicti montis Cassini, & terras sibi pertinentes, insuper etiam Beneventum invadere, vel deprædarī præsumperit, gratiam sancti Petri, & introitum ecclesiæ ei usque ad satisfactiōnem interdicimus. *Greg. VII. in Rom. syn. habita anno 1080. Pontific. anno 7. cap. 4.*

C A P U T X.

Interdictum est omnibus laicis, ne amplius alaria, vel ecclesiæ sibi retineant. *Urban. II. in syn. Claromont. cap. 20.*

C A P U T XI.

^{16. q. 7. c.} Nullus laicorum ecclesiæ, vel ecclesiæ bona occupet, vel disponat. Qui vero fecus egerit, ^{17. q. 4. c.} juxta B. Alexandri capitulum ab ecclesiæ liminibus arceatur. *Paschal. II. in concil. incert. c. 4.*

C A P U T XII.

Si quis Principum, vel aliorum laicorum dispositionem, sive donationem, sive dominationem rerum, seu possessionum ecclesiasticarum sibi vindicaverit, ut sacrilegus judicetur. *Paschal. in concil. incert. cap. 5. Callist. II. in concil. Rom. cap. 4.*

C A P U T XIII.

Nullus advocatus, præter jus & beneficium antiquitus constitutum, aliquid sacri arripere, vel usurpare præsumat, &c. *Eug. III. in synod. Rom. cap. 6.*

C A P U T XIV.

Si clericus, vel laicus ab ecclesiæ auferat ceras, vel oleum, excommunicetur. *Apost. c. 72.*

C A P U T XV.

^{17. q. 4. c.} Si quispiam presbyter, sive diaconus sacrarii ^{15. Si forte.} sacerdotem, vel velum subtracta vendiderit, Iudeæ Iscarioti similis affimabitur. *Clem. epist. 2. ante med. Ivo part. 2. cap. 65. C part. 6. cap. 88. decret. Anselm. lib. 8. cap. 2. Cæsar August. lib. 8. cap. 59.*

C A P U T XVI.

^{16. q. 2. c. 2.} Qui abstulerit aliquid patri, vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidae particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos crevit, mater vero nostra ecclesiæ, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias, & ecclesiæ rapit, auferit, vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis deputabitur. Qui rapit pecuniā proximi sui, iniquitatem operatur; qui autem pecuniā, vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium fa-

cit, &c. *Anael. epist. I. cap. 6. Tribur. cap. 7. Troslej. cap. 4. Burch. lib. 11. c. 18. Ivo part. 14. c. 88. decret.*

C A P U T XVII.

Et statutum olim, ut qui statum conturbat ecclesiæ, ab ejus liminibus arceatur: nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. *Alex. in princ. ep. 2.*

C A P U T XVIII.

Ad sedem Apostolicam perlatum est, quod ^{12. q. 2. c. 5.} sit inter vos contentiones, & emulaciones, & prædia divinis usibus tradita, quidam humanis applicant usibus, & Domino Deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia usibus secretorum cælestium dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam præsumperit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus judicetur. Ipsos autem, qui hoc agunt, clericos, & Domini sacerdotes persequi, eoque infamare audivimus, ut malum super malū addant, & deteriores fiant non * inde colligentes, quod ecclesia Domini in sacerdotibus consistit, & crescit in templum Dei. Et sicut qui eccliam Dei vastat, & ejus prædia, & donaria spoliat, & invadit, sit sacrilegus, sic ille, qui ejus sacerdotes inlequitur, sacrilegii reus existit, & sacrilegus judicator. *Emulamini fratres charisma-^{1. Cor. 10.} tia meliora: & nolite talia agere, nec eis commi-^{Rom. 1.} sceri, aut consentire, qui talia agunt. Quoniam non solum qui talia agunt, sunt hujus criminis rei, sed qui facientibus consentiunt. Non gravius peccatum est fornicatio, quam sacrilegium, sed sicut maius peccatum est, quod in Deum commititur, quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari. Pius epist. II. in princ. Burch. lib. 11. cap. 29. Ivo part. 5. c. 243. C part. 13. cap. 39. decret. Anselm. lib. 5. cap. 30. Cæsar. lib. 7. cap. 3. C 39. Tarrac. lib. 4. cap. 34.*

C A P U T XIX.

Ipsæ res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quam ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, vel indigentium coaveri, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino traditæ. Si quis autem, quod ^{17. q. 5.} absit, fecus egerit, videat ne damnationem Ananias & Saphiræ percipiat, & reus sacrilegi efficiatur, tunc illi effecti sunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, &c. Hæc fratres valde cœvenda sunt, & timenda, quia res ecclesiæ, non ^{12. q. 1. c.} quasi propriæ, sed ut communæ, & Domino oblatæ, cum summo timore, non in alios, quam in præfatos usus, sunt fideliter dispensanda, ne sacrilegi reatum incurant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt, ne pœnam, & mortem Ananias, & Saphiræ incurant, & quod pejus est, anathema maranatha fiant: & si non corpore, ut Ananias, & Saphira mortui ceciderint, anima tamen, quæ potior est corpore, mortua, & alienata a consortio fidelium cadat, & in profundum barathri labatur. Unde attendendum est omnibus, ^{17. q. 4. c.} &c.

& fideliter custodiendum, & illius usurpationis contumelia depellenda, ne prædia usibus secreto-
rū * cælestium dedicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debita ultio-
nis acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promen-
da est, perpetua damnatur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetua deportationis ura-
tur, &c. *Urban. I. ep. unic. cap. 2. Troslej. cap.*
4. Magunt. sub Arnulph. cap. 11. Capit. lib. 6.
cap. 115. Anselm. lib. 5. cap. 37. Cæsar. lib. 7.
cap. 40.

C A P U T X X.

Res ecclesiarum vestrarum, & oblationem fi-
delium, quas significatis, a quibusdam irruen-
tibus vexari, vobisque & ecclesiis vestris auferri,
indubitanter maximum est peccatum, testante
ipsa scriptura, quæ ait: [Qui abstulerit aliquid
patri, vel matri, & dicit hoc non esse pecca-
tum, homicida particeps est. Pater ergo noster
sine dubio Deus est, qui nos creavit: & mater no-
stra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter
generavit. Et ideo qui Christi pecunias, & ecclæ-
siæ auferit, fraudat, & rapit, homicida in conspe-
ctu judicis esse deputabitur. Unde scriptum est:

[Qui rapit pecuniam proximi sui, iniuriam facit, qui autem pecunias, vel res ecclesiæ ab-
stulerit, sacrilegium facit. Unde & Judas, &
pecuniam fraudavit, quæ usibus ecclesiæ, id est,
pauperibus, quos ecclesia pascere debet, distribue-
bat iutiu Salvatoris, cuius vicem Episcopi tenent,
non solum fur, sed fur, & sacrilegus factus est,
&c. Hæc fieri prophetæ, hæc Apostoli, hæc suc-
cessores eorum, & omnium Catholicorum pa-
trum vetant decreta, & tales prælumptiones sacri-
legium esse dijudicant. Quorum nos sequentes ex-
empla omnes tales prælumptiones, & ecclesiæ ra-
ptores, atque suarum facultatum alienatores, una
nobiscum a liminibus sanctæ matris ecclesiæ ana-
thematis, Apostolica auctoritate pellimus,
& damnamus, atque sacrilegos esse judicamus. Et
non solum eos, sed omnes consentientes eis. Quia
non solum, qui faciunt, rei judicantur, sed etiam
qui consentiunt facientibus: par enim poena, &
agentes, & consentientes comprehendit. *Lucius*
epist. unic. cap. 5. & 6. Anaclet. epist. 1. ante
fin. Tibur. cap. 7. Troslej. cap. 4. Bonif. Episc.
in epist. ad Regem Anglorum. Burch. cap. 19.
Ivo part. 3. cap. 140. & part. 14. cap. 88. &
89. decret. Anselm. lib. 12. cap. 4. Tarracon. lib.
6. cap. 98.

C A P U T X X I.

Infames esse dicimus, &c. fures, sacrilegos, per-
juros, raptiores, &c. & qui indigna sibi petunt lo-
ca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt injus-
tie, &c. *Steph. epist. 1. in med. Burch. lib. 1. cap.*
173. Ivo lib. 4. tit. 7. cap. 14. panorm. & part.
5. cap. 291. decret. Anselm. lib. 3. cap. 5. De-
usded. cap. 3. Cæsar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib.
2. cap. 8.

C A P U T X X I I.

Quidquid in sacratis Deo rebus, & Episcopis
injuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia fa-
cra sunt, & violari a quoquam non debent. *Steph.*
in 1. coll. ep. 2. in princ.

C A P U T X X I I.

Sacrilegium, & contra leges est, si quis, quod 17. q. 4. c. 4.
venerabilibus locis relinquitur, pravæ voluntatis
studii suis tentaverit compendiis retinere. *Greg.*
lib. 8. epist. 6. Sabino sub diacono. Anselm. lib.
4. cap. 39. Tarrac. lib. 6. cap. 103.

C A P U T X X I V.

Quid pati debeat, si quis aliquid de ecclesia fur-
to abstulerit. Hoc tua fraternitas ex persona furis 12. q. 1. Fra-
pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim
quidam, qui habentes subsidia, furum perpe-
trant: & sunt alii, qui hac in re ex inopia delin-
quent. Unde necesse est, ut quidam dannis, qui-
dam verberibus, quidam districtius, quidam le-
vius corriganter, ex caritate, non ex furore, &c.
Absit, quod Ecclesia cum augmentatione recipiat,
quod de rebus terrenis videtur amittere, & lucra
de dannis querat. *Gregor. ad August. interrogat.*
4. Ivo part. 13. cap. 5. decret.

C A P U T X X V.

Nolite, quæ ecclesiæ communia sunt, velle sur-
ripere, scientes, quia tanto nimis a facris de-
bet omnis mundanarum rerum administrator esse
remotus, quanto quemlibet ex catalogo clericorum,
& militantium Deo nullis convenit negotiis
secularibus implicari. *Nicolaus ad Michael.*
Imp. prope fin.

C A P U T X X VI.

De his, qui Scripturas sanctas tradidisse dicun-
tur, vel via dominica, vel nomina fratrum suo-
rum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis
publicis fuerit detectus, vel * verbis nudis ab ordi-
ne cleri amoveatur, &c. *Arelat. I. cap. 13.*

* non, al.

C A P U T X X VII.

Siquis de potentibus clericum, aut quemlibet 24. q. 3. c.
pauperem *, aut religiosum expoliaverit, & man-
daverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, 21.
& is contemplent, invitent mox scripta percur-
rant per omnes provinciæ Episcopos, & quocum-
que adire potuerint, ut excommunicatus habeat
ipse, donec obediat, & reddat aliena. *Tolet.*
cap. 11. Anselm. lib. 7. cap. 164.

C A P U T X X VIII.

Si quis clericus furtum ecclesiæ fecerit, pere-
grina ei communio tribuatur. *Agath. c. 5. Raban.*
c. 18. de pœnit.

12. q. 2. c.

C A P U T X X IX.

Si is, qui rem ecclesiasticam tenet, admonitus
judicium declinavit, quoisque aut ad discussio-
nem veniat, aut rem ecclesiasticam restituat,
communione privetur. *Aurel. V. cap. 12. Trosl.*
cap. 4. in fin.

C A P U T X X X.

Siquis sacerdos res ecclesiæ debitas, vel pro-
prias horrenda cupiditate occupaverit, retinuerit,
aut a potestate ex competitione perceperit, si eas
non restituerit, nullis rebus excusat. Sed & si
agnito jure ecclesiastico non statim ecclesiæ, vel
sacerdoti reformaverit, aut, ut ipsum jus agnos-
cere possit, & in judicium electorum venire distu-
lerit, tamdiu a communione ecclesiastica suspenda-
tur, quamdiu restitutis rebus tam ecclesiam, quam
sacerdotem reddat indemnum. Similis etiam de
his, qui oblationes defunctorum legaliter dimissas

quo-

68 Juris Pontificii Veteris Epitome

quolibet ordine assignare tardaverint, vel detinere præsumperint, distinctionis ecclesiasticae juxta priores canones forma servetur. Cui etiam sententia subjacebit quisquis, quod pro devotione sua ecclesiis dedit, revocare præsumperit.

Aurel. III. cap. 22.

C A P U T XXXI.

Si quis cujuscumque ecclesiæ munuscula quælibet sub sacramenti scriptura collata, nefaria callicitate fraudaverit, invaserit, retinere tentaverit, atque suppresserit, & non statim a sacerdote commonitus collata reddiderit, ab ecclesiæ catholicæ communione pellatur. *Arvern. c. 13.*

C A P U T XXXII.

Quicumque pro devotione sua oblationis studio, aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam absque scriptura probatur ecclesiæ contulisse, si postmodum vel ipse, vel hæredes ejus quacumque occasione auferre a jure hoc ecclesiæ, vel alienare voluerint, quoad usque a tali intentione discedant, aut pervaia restituant, a communione ecclesiastica suspendantur. *Aurel. IV. c. 19.*

C A P U T XXXIII.

Si quis clericus, aut laicus sub potentum nomine, atque patrocinio res ad jus ecclesiæ pertinentes, contempto Pontifice, petere, seu poscidere præsumperit, primum admonetur, quæ abstulit civiliter reformare, aut certe judicium sacerdotis, seu iudicis operiri, ut poscit sacra religio. Quod si in perversionis * pertinacia subsistit, tandem ab ecclesiæ imminibus arceatur, donec cum satisfactione justissima pervaia, aut occupata restituat. *Aurel. IV. c. 25.*

C A P U T XXXIV.

Quicumque tam ecclesiæ, quam Episcopi res proprias, quæ & ipsæ ecclesiæ noscuntur esse, quas Pontifex auctoribus ecclesiæ dinoſcitur affignaſe, vel Abbatum, aut monasteriorum, sive presbyterorum quaqua temeritate pervadere, competere, vel confiscare præsumperit, tunc retervato correctionis hoc loco, adhuc presbyter ejusdem ecclesiæ, cuius interell, pervaforem convenit admoneret, & si restitutionem distulerit, adhuc quasi filius ab omnibus fratribus ad redendum missis epistolis compellatur. Qui si pertinaciter in pervasione persistit, & se tollere post tertiam admonitionem de re illa, aut ecclesiæ aut propria noluerit, convenit ut omnes omnino una conniventia, simul cum nostris Abbatibus, ac presbyteris, vel clero, qui stipendiis ex ipso alimento pascuntur, quia arma nobis non sunt alia, auxiliante Christo, circumlepto clericali choro, necatori pauperum, qui res pervadit ecclesiæ, psalmus centesimus octavus dicatur, ut veniat super eum illa maledictio, quæ super Iudam venit, qui dum loculos faceret, subtrahebat pauperum aliena, ut non solum excommunicatus, sed etiam anathema moriatur, & cælesti gladio feriatur, qui in despectu Dei, & ecclesiæ & Pontificum in hac pervasione præsumit assurgere, &c. Qui de fratribus ad dandum solarium venire pro certa infirmitatis necessitate non potuerit, Abbates, & presbyteros in vice sua transmittat. Qui si præter certam infirmitatis excusa-

tionem commónitus, aut venire, aut transmittere noluerit remotum se a fratum charitate esse cognoscat. *Turon. II. c. 25.*

C A P U T XXXV.

Quia nonnulli immemores sui per quaslibet scripturas pro captu animi de facultatibus suis ecclesiis aliquid contulisse probantur, &c. Quicumque res ecclesiis delegatas injuste possidens præsumperit retainere, & veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit reformare, ab omnibus ecclesiis segregatus, a sancta communione habebatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, nisi cum culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indigne enim ad altare Domini properare* permititur, qui res ecclesiasticas & audet rapere, & injuste possidere, ac in iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum judicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerint. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifesta præcedat: ut res usurpatas, si injuste quis tenerit, adhibita æquitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat. Neque quisquam per interregna res Dei defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnum terminum singulari dominatione concludit. Quod si præsumperit, & ipsius offensam, & prædictæ damnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam hujusmodi frænum distinctionis imponimus qui facultates ecclesiæ sub specie largitatis regias improba surreptione pervaferint, &c. Quod si is, qui res Dei competit, in aliis, quam ubi res agitur, maxime solet territoriis commorari, sacerdotem loci illius, ubi habitat, Episcopus de hujusmodi pravitate contemptus illi hujusmodi prava neglecta persona litteris mox reddat instruētum, tunc Antistes ipsius fratris anxiate comperta, aut pervaorem admonitione corrigat, aut canonica distinctione condemnet. Accidit etiam, ut temporibus discordiae supra promissionem bona memoria Clodovæ Regis res ecclesiæ aliqui competitent, ipsaque res invasas, improvisa morte collapsi, propriis hæredibus reliquissent, placet & hos quoque, nisi res Dei admoniti a Pontifice agnita veritate reddiderint, similiiter a sanctæ communionis participatione suspensi, &c. Iniquum esse censemus, ut potius custodes chartarum, per quas aliquid ecclesiis a fidelibus personis legitur derelictum, quam defensores rerum creditarum, ut præceptum est, judicetur. *Paris. c. 1. Turon. II. cap. 26. Symmac. in syn. Rom. 6. Deufd. c. 4.*

* propinquare, al.

* perva-
mis, f.

16. q. 1. e.
57. In cano-
nibus. proprie-
tate, fin.

Joann. 15.

Quia Episcoporum res propriæ ecclesiæ res esse noscuntur, si in eorum facultatibus similiter fuerit facultate* grassatum pervaiores rerum memoriarum canonum distinctione feriantur, ut dum vindicta corrigit, qui moribus propriis, ac nulla conscientia castigatione corripitur, saltem regulæ obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res ecclesiæ confiscare, aut competere, aut pervadere peri-

* crudeli-
tate, al.

C A P U T XXXVI.

culosa infestatione præsumplerit. *Paris. cap. 2.*
Symmach. Papa in syn. Rom. VI.

C A P U T XXXVII.

Ne cui liceat res, vel facultates Ecclesiæ aut monasteriis, vel xenodochiis pro quacumque eleemosyna cum justitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Si quis fecerit tamquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constrictus, ab ecclesiæ liminibus excludatur, quamdiu ab ipso ea, quæ sunt ablata, vel retentata reddantur. *Aurelian. V. cap. 13.*
Synod. Belvac. apud concil. Meld. c. 17. Magunt. sub Arnulph. c. 6.

C A P U T XXXVIII.

Nullus Episcopus, clericus, vel alia persona alterius ecclesiæ res aut petat, aut præsummat accipere; quod si fecerit, tamdiu habeatur a communione altaris, vel omnium fratum, ac filiorum charitate suspensus, donec ipsi ecclesiæ, cuius directo ordine res est ablata, restituatur. *Aurel. V. cap. 14.*

C A P U T XXXIX.

Quisquis quocumque munieris, vel facultatis sacerdotibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet locis sanctorum contulerit, aut ea, quæ a parentibus donata noscuntur, postmodum auferre præsumplerit, ut necator pauperum communione privetur. *Aurel. V. c. 16.*

C A P U T XL.

Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus, presbyter sine conscientia Episcopi aliquid de possessionibus, vel de domo ecclesiæ tulerint, aut fraudem fecerint, non solum omni dedecore constricti restituant, quod fecerunt, sed etiam non debere ibi in ecclesia esse, ubi fraudem visus est operasse, duobus jaceat sub poenitentia annis, & dam^{*} defleverit factum, revertatur ad officium. *Narbon. c. 8.*

C A P U T XLI.

Synodus sancta decrevit, ut si quid basilicæ sancti Marcelli, vel sancti Symphoriani, vel quibuscumque locis, vel servientibus Deo, per quascumque auctoritates, aut scripturarum epistolas dominus Rex Guntramus, vel jugalis sua filiæque eorum, &c. contulisse, vel adhuc conferre voluerint, neque ab Episcopis locorum, neque potestas Regia quocumque tempore successura de eorum voluntate quidquam minorare, aut auferre præsummat. Quod si quis hoc quocumque tempore temerare, aut auferre præsumperit, veluti necator pauperum anathemate perpetuo judicii divini plectatur. *Valen. Gal. II. in fin.*

C A P U T XLII.

Nullus sacerdotum, vel ministrorum ex rebus ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri suo, aut cathedrae propriæ civitatis* connectat, &c. Verum ut hujus rei potior soliditatis habeatur, condignis filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus, qui construxit, vel ditavit ecclesiam, licet sit hanc bonæ intentionis habere solerit, ut si faceret in se, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut com-

monitionis honestæ conventione compescant, aut Episcopo, vel judici corrigenda denuntiant. Quod si talia Episcopus agere tenter, Metropolitanus ejus hæc insinuare procurent. *Tolet. IX. c. 1. Burch. lib. 3. c. 182. Ivo part. 3. c. 243. decret.*

C A P U T XLIII.

Illi (sacerdotes) qui rei propriæ facultate suffulti sunt, aut qui rem suam jam antea in nomine ecclesiæ, cui præsunt, transfudisse noscuntur, si aut per se, aut per subditos, seu per quoslibet aliena diripiunt, &c. pervaſa, vel præsumpta de rebus propriis sarciant, &c. & duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi sunt, &c. Qui nihil proprietatis habere videntur, magna discretionis arte medendi sunt, quo nec ausus illicitos ecclesiæ facultatibus redimant, nec illi penitus extorres a poena persistant. Neque enim justum est, ut pro pravis actibus sacerdotum, ecclesiæ, quibus præminent, sustineant damnum, & pro excessibus talibus satisfactio ab ecclesiis exigatur, cum ecclesia cultores suos non ad litem sed honestatem informet. *Tolet. XI. c. 5.*

C A P U T XLIV.

Amico quidpiam rapere furtum est, ecclesiam fraudare sacrilegium est, accepisse pauperibus ergandum, &c. & aliquid inde subtrahere omnium prædonum crudelitatem superat. *Hieran. ad Nepotian. apud Aquigr. c. 94. Vafsen. c. 4.*

C A P U T XLV.

Multa contra eos, qui ecclesiæ compilant. *Conc. Aquensem, sive Aquisgranens. sub Pipino lib. 1. c. 2.*

C A P U T XLVI.

Ut contra deprædatores, & oppressores ecclesiæ, & rerum ad easdem pertinentium, defensores, secundum ministerium vestrum, quantum Deus posse dederit, existatis, ac præcepta, quæ avus, ac pater vester ecclesiæ dictio vestræ subjectis fecerunt, ac firmaverunt, &c. de cetero rata in omnibus conservetis. *Belvacens. apud synod. Meldens. cap. 24. eadem synod. Meldens. cap. 86.*

C A P U T XLVII.

Hi, qui monasteria, atque sacra loca, vel ecclesiæ infringunt, & deposita, vel alia qualibet exinde abstrahunt, &c. velut sacrilegi canonicae sententiae, quæ ex his decreta esse dignoscitur, subigantur. *Meld. c. 60.*

C A P U T XLVIII.

Pervasores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res, vel contra auctoritatem, non solum retinere, verum & crudeliter depopulari noscuntur, quidam etiam & facultates ecclesiæ in diversa collaboratione & redditibus eas expoliant, ut rapaces, &c. ex criminali, & publico peccato publica poenitentia satisfaciant. *Meldens. cap. 61. Burchard. lib. 11. cap. 16. Ivo part. 14. c. 86. decret.*

C A P U T XLIX.

Si quis non metuens judicium Dei, & damnationem æternam, & possessiones ecclesiæ, siue expoliare, quæ pertinent ad jus earum, præsumperit, excommunicationis sententiam, quo usque præsumptionis factum corrigat, secundum ec-

* cum, f.

unita-

si, al.

16.2.7.c.3.1.

12. q. 2. c.
71. Gloria.
ante fin. &
13. q. 3. c.
16. Qui oblationes in fin.

70 Juris Pontificii Veteris Epitome

ecclesiasticam censuram ferat. Valent. sub Lothario c. 8.

C A P U T L.

Plurimi vestrum abjecto timore Dei tempora violent, vasa Dei, & in diversis speciebus thesaurorum auferunt, & deposita, id est, commendata propter paganorum incursionem ab aliis ecclesias in suos usus transferunt, & sacrilegium jam publice sine timore committunt, possessiones ecclesiarum, id est, villas, quae date sunt Deo, &c. vos Deo auferitis, &c. Tam nefarium scelus, quo presentibus, & futuris nocetis, jam vindicaret, quia justus est, nisi esset & patiens, &c. Dei vox est: *Tacui, nunquam semper tacebo: id est, in hac vita quiesco, in altera vindicabo. Vindictam illaturus quid est dictorus? Auditis me præcepisse, Non concupiscere rem proximi tui, rem proximi vestri si concupiscitis, quia non ausi estis aliquando non abstulisti, meam non solum concupiscitis, sed ad meum contemptum audacissime vobis vindicatis, & plus tumultu servum, quam me Dominum; ergo meus contemptus, & vestra, quae radix fuit omnium malorum, cupiditas vos mergit in tartarum, &c. Tullen. in ep. ad Rothbert. & alios.*

C A P U T L I.

Tollenda est prava omnino consuetudo, quae in quibusdam locis orihi cœpit, quia nonnulli Archiresbyteri, vel aliorum titulorum custodes fruges, vel aliarum ecclesiarum redditus ad proprias domos abducunt, &c. *Ticin. sub Ludov. II. c. 5.*

C A P U T L I I.

Quidem Episcopi, & rectores monasteriorum res ecclesiarum suarum subtractas, & aliis personis largitas esse queruntur; & ideo ecclesiasticas utilitates nequaquam se implere posse dicunt, quae ut restituantur, vestram regiam maiestatem imploramus. Quia si hi, qui eas pro animarum suarum remedio ecclesias contulerunt, præmium merentur, sine dubio damnatione digni sunt, qui eas subtrahere moluntur. *Ticinen. c. 10.*

C A P U T L I I I.

Qui de rebus ecclesiarum aliquid abstulerint, gravius inde judicentur, quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur, qui ex eis aliquid abstulerit, aut arripuerit, &c. *Pisten. c. 4.*

C A P U T L I V.

Quicumque timorem Domini postponentes, & ecclesiastica judicia non verentes, res ecclesiarum rapiunt, vel auferunt, ut in epistola Anacleti Papæ legitur, sacrilegium faciunt. Papa dixit: „Erigo qui Christi pecunias, & ecclesiarum rapit, auffert, vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum judicis deputabitur. „[Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur, qui autem pecuniam, vel res ecclesiarum abstulerit, sacrilegium facit. „Unde tanta autoritate Apostolice sententiæ suffulti sancimus, & unanimes judicamus, ut res ecclesiarum tripliciter componantur, insuper vero bannus Episcopalis exquiratur. Qui vero exteriores ecclesiarum res rapiunt, vel fraudant, Comite agente coercentur,

ut res ablatæ legitime restituantur, & componantur. Si vero non procuraverint, vel non emendaverint, ab Episcopo canonice constringantur, ut res restituantur. *Tiburicens. cap. 7. Anaclet. epist. 1. ante fin. Lucius epist. unic. cap. 6. Trosh. cap. 4.*

C A P U T L V.

Sacrilegium est res ecclesiarum sacras auferre, possessiones ad jus ecclesiarum pertinentes, vel aliquid ecclesiarum consecratum, vel donatum tollere, invadere, fraudare, vel rapere, &c. *Trostejan. cap. 4. in princ.*

C A P U T L VI.

Omnes contra legem facientes, res ecclesiarum quaecumque diripientes, vel ecclesiastas, sacerdotesque contra divinas sanctiones vexantes sacrilegi, atque indubitanter infames sacrilegi vocantur. Et heu, quanti scientes, quanti, quia sciunt nolunt, vel quid sit sacrilegium, scire se dissimulant, ideo nescientes in hoc pessimum facinus prouerunt, & quia hoc anathema in medio est populi Christiani, non est Deus cum eis &c. *Omnia, quae Domino offeruntur, proculdubio consecrantur, & non solum sacrificia, quae a sacerdotibus super altare Domini consecrantur, oblationes fideliū dicuntur, sed quidquid ei a fidelibus offertur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, vel quodlibet artificium, ædificium, vestimentum, quodcumque mobile vel immobile, &c. & quicumque ab ecclesia aliquod ex his quocumque modo alienaverit, abstulerit, invalerit, vastaverit, sive diripuerit, quia quæcumque ecclesiarum sunt, Christi sunt, proculdubio sacrilegium committit. Quapropter in libro Capitularium secundum cap. 427. &c. sancitur: „ut nullus laicus homo, vel Imperator, vel Rex, vel Episcopus, aut aliquis praefectorum seculari potestate fultus sibi per violentiam rapiat, aut a nobis competere, vel quicumque modo invadere præsumat, monasterium, aut prædia, vel quæcumque res, vel aliquid de monasterio“, &c. Si autem in tantum horribilis est Deo ille, qui impie agit, certe separatus est a Deo, & anathemati justo subiicitur. Anathema enim nihil aliud significat, nisi a Deo separationem, sicut in veteri, & novo testamento judicium de anathemate significat. Et nullus sacrilegus regnum Dei possidebit, nisi per puram, probatamque, & publicam poenitentiam, & sanctæ ecclesiarum, ejus principiæ, quam læsit, satisfactionem, &c. Et a societate fidelium ejus ideo ali natur, ut quisquis ille est, pro certo hoc sciat, quia tali, nisi per satisfactionem condignam, nec vivo, nec mortuo ecclesia communicat, &c. Sicut Hieremias peccatorem populum quadruplici planxit alphabeto, sicut nos sacrilegos Dei, & ecclesiarum contemptores percutiamus quadruplici anathematis maledicto. Sit eis clausa porta cœli, aperta janua inferni, cum nullo Christiano partem habeant omaino, vel societatem, sed & de reliquiis ciborum illorum nihil detur pauperibus, quin potius proiiciantur canibus, donec per humilem, & dignam poenitentiam, & congruam emendationem latifacent ecclesiam, quam per sacrilegia, & nefanda sclera exacerbaverant. Sed quia*

*Exod. 20.
Deut. 5.*

¶ Tim. 6.

*¶ 2. q. 2. c.
3. Nulli.*

*¶ 7. q. 4. c.
18.*

quia sunt quidam, qui temporalem potius mortem, quam æternam timeant, recenseamus, quid saeculi leges de talibus præcipiant. In libro supra scripto cap. 43. i. jubetur, ut capitali poena mulcentur, qui sacrilegia, adulteria, & prædationes, & devastationes exercuerunt, & omnes res eorum fisco Regis socientur, vel ecclesiæ, cuius res vastaverint, alienaverint, aut abstulerint, dentur. De illis, quæ res ecclesiæ tenent, ex Capitulari Caroli Imperatoris: „Si quis ecclesiasticam rem tenet, & admonitus judicium declinaverit, quousque ad discussionem veniat, aut rem restringat, communione privetur“. Trostajan. c. 4. Burch. lib. 11. cap. 17. Ivo lib. 5. tit. 3. cap. 32. panorm. C part. 14. cap. 87. decret. Tarracon. lib. 5. cap. 4.

C A P U T L V I I .

c. 1. de prebend. Greg. IX. & in collect. Pictav. cap. 4.

Nullus de clero, sive de populo ecclesiastica bona jure consanguinitatis requirat sibi habenda.

Nemo ea, quæ sunt ecclesiæ, ut sua usurpet. Theophil. Episcop. Alexand. in commonitorio cap. 10.

T I T U L U S XXXIV.

NEMO SURRIPIAT BONA EPISCOPI DEFUNCTI, ET BONA ECCLESIAE VIDUATÆ SERVENTUR SUCCESSORI.

Vide supra lib. quarto, titulo octuagesimo tertio, quibus hæc adde:

C A P U T I .

Difl. 7. s. 2. Quoniam. Proventus ecclesiæ viduata apud oeconomicum suis ecclesiæ serventur. Chalced. cap. 25. in fin. Vernen. cap. 17. Vormar. cap. 76. Capitul. lib. 3. cap. 28. Burch. lib. 1. cap. 24. Ivo part. 5. cap. 135. decret. Anselm. lib. 6. cap. 35. Cæsar. lib. 3. c. 28.

C A P U T II .

Ut moriente Romano Pontifice, vel cuiuscumque civitatis, nullus præsumat facultates eorum invadere, sed successoribus eorum reserventur integræ. Nicol. II. in synod. Roman. cap. 2.

C A P U T III .

Ne aliquis clericus res Episcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel post mortem eorum diripiatur, vel in usus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit. Urban. II. in syn. Claramont. cap. 31. al. 29.

T I T U L U S XXXV.

DE PACTIS.

C A P U T I .

De pact. c. 7. Greg. IX. & c. 1. eod. tit. in 4. collect. Plerique sicut accepimus, regulares, & clerici saeculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præjudicium parochialium ecclesiarum pactum adiciunt: „ut conduces, & feudarii, decimas eis solvant, & apud eisdem eligant sepulturam“, &c. Pactum hujusmodi penitus reprobamus, statuentes, ut quidquid fuerit occasione hujusmodi pacti præceptum, ecclesiæ parochiali reddatur. Innocent. III. in concil. gen. Lateranen. cap. 56.

C A P U T II .

Ut pactum, quod a beatæ memorie vestro genitore domino Údone, & a vobis piissimis Impe-

ratoribus juxta præcedentem consuetudinem factum est, nunc in synodo redintegratur, & inviolatum servetur. Joann. IX. in synod. Ravenn. pars. 3. cap. 5.

C A P U T III .

Si humana pacta non possunt impune calcari, *20. g. 1. c. 8. Puebla.*
quid de eis manebit, qui corruerint foedera di-
vini sacramenti. Leo epist. 90. ad Rustic. cap.
13. C 14. Burch. lib. 8. c. 2. Ivo part. 7. cap. 20.
decret. Anselm. lib. 11. cap. 87. Cæsar. lib. 10.
cap. 113. Tarrac. lib. 1. c. 221.

C A P U T IV .

Studiose agendum est, ut ea, quæ promittuntur opere, compleantur. *De pali. ap. t. Greg. IX. & in 1. coll. 38. Jan. Episc. Calarit.*

C A P U T V .

Cum generatione, quæ pacem vobiscum habe-
re querit, quomodo ad alterutrum pacem firma-
re, & custodire debeat, inquiritis. Quæcumque
gens vobis pacem offerre voluerit, vos nolite re-
nuere, scriptum quippe est: *Pacem sequimini Hebr. 12. cum omnibus. Et rursus: Cum omnibus hominibus Rom. 11. pacem habentes, &c.* Providendum est, ut in
omni pacto Christus præponatur, ita ut lege ipsius,
præcipue fide illius*, supersistente foedus, quod
in invicem pangitur, permaneat incorruptum.
Quam autem pacem sectari debeat, dominus
manifestat, cum dicit: *Pacem meam do vobis. Iean. 14.*
Cum eo igitur, qui pacem Christi non habet,
nec nos communionis habere pacem debemus. Sed
nec cum illo, qui pacem idcirco postulat, ut li-
berius nociva committat. *Nicolaus ed cons. Bul-
gar. cap. 80.*

C A P U T VI .

Percunctati estis cum generatione, quæ Chri-
stiana est, foedus, interposito ex utraque parte ju-
rejurando feceritis, & post hæc illi pactum dis-
rumpere, & super vos insurgere voluerint, utrum
& vos adire contra eos audeatis, an aliud quid
agere debeat. Verum omnis est necessitas toler-
anda, magis quam a vobis qualibet iniquitas
perpetrandam. Proinde foedus, quod pangitis, nul-
la est occasione violandum, nisi forte in confir-
mandi foederis ipsius articulo interpositu est qua-
tenus sic una pars id foret observatura pactum,
si pars hoc altera nulla tergiversatione violasset:
siquidem a Christiano omne genus mendaci sum-
mopere delinandum est, &c. Jam vero si illi
postposito juramento, diruptoque foedere contra
vos insurrexerint, quid vos oporteat agere, Epi-
scopus vester a vobis inquisitus respondeat, &c.
Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 81.

C A P U T VII .

Cum pagani quod sit Christiano pactum fa-
ciendum Apostolus indicat: „qui nullam commu-
nionem luci ad tenebras, Christo ad Belial, fi-
deli cum infidelis“: dat intelligi debere prius
existere. Verum si eo fidelis animo pactum cum
infidelis constituit, ut cum ad cultum veri Dei pos-
sit attrahere, non est prohibendum, &c. Inveniun-
tur autem nonnulli sanctorum, & fidelium cum
alienigenis, & infidelibus pacta, & amicitiae foede-
ra contraxisse diversa, sed eos non tamquam infi-
delitatem eorum, & superstitionem approbantes

coluisse, sed tamquam in angarias diversis usibus
implicatæ, & præcipue in terrenis eos quæstibus,
& servilibus occupasse. Nicol. ad consult. Bulg.
cap. 82.

C A P U T VIII.

*De part. e.
1. Greg. IX.
¶ in 1. coll.
Anig.*

Gratus Episcopus dixit, &c., Aut inita pacta
suam obtineant firmatatem, aut conventus si se
non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat discipli-
nam. Universi dixerunt, Pax servetur, pacta
custodiantur. Carth. I. cap. 12.

C A P U T IX.

Pacta, quæ juxta canonicam regulam inter E-
piscopos per pacificam deliberationem justissime
fuerint facta, in omnibus placet esse servanda.
Emerit. cap. 8. ante fin.

T I T U L U S XXXVI.

DE DONATIONIBUS.

C A P U T I.

*17. q. 4. c.
41.*

Q uæstionis nobis sunt Castelien. monasterii mona-
chi Abbatem suum terram intra Syllacæ-
sebitan, al. num castrum *, quæ in DC. pedes extenditur,
sib prætextu fabricandæ ecclesiæ fraternitatì tuae
donationis titulo concessisse. Et ideo volumus,
quantum parietes possunt ædificare ecclesiæ cir-
cumdare, viri ecclesiæ vindicari. Quidquid vero
extra parietes ejusdem ecclesiæ esse potuerit, ad
jura monasterij sine difficultate aliqua revertatur,
quia nec mundanarum legum, nec sacrorum ca-
nonum statuta permittunt, res monasterii de ju-
re ejus quolibet titulo segregari. Eapropter do-
nationem ejus terræ, quæ contra rationem facta
est, sine aliqua dilatatione restitue. Greg. lib. 7.
indict. 1. epist. 33. Cæsar. lib. 9. cap. 35.

C A P U T II.

*De illis que
fiunt a præl.
apud Greg.
IX. c. 7. ¶
3. & in 3.
coll. de iis
que conced.
ab Episc. c.
3. ¶ 2.*

Ne quis Episcopus de rebus ecclesiæ quidquam
donare, vel commutare, vel vendere audeat, nisi
forte aliquod horum faciat, ut vel meliora pro-
spiciat, & cum totius cleri consensu, atque tra-
statu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ pro-
futurum, &c. Si laicus decimam diœcesani con-
sensu alteri ecclesiæ assignaverit, præterim reli-
gioioso conventui, constabit ipsa donatio perpetua
firmitatæ subnixa, &c. Innoc. III. Archipresby-
tero, magistro scholar. C P. de vico sancti Ave.
Regis Ali Bituric.

C A P U T III.

*De hæret. c.
6. Greg. IX.
¶ c. 9. in 1.
coll.*

Episcopi, vel clerici res suas ne donent non
orthodoxis Christianis, et si propinqui sint. Car-
thagin. cap. 22. Carthaginen. III. cap. 13.

C A P U T IV.

*xx. q. 2. c.
52. fine §. 2.
¶ c. 1. ¶ 8.
de his, que
fiunt a præl.
Greg. IX. &
in 1. coll. de
iis, que con-
ced. c. 1. ¶
in 2. coll. c. 2.
32. q. 2. c.
34.*

Irrita erit donatio Episcoporum, vel vendi-
tio, vel commutatio rei ecclesiasticæ absque con-
sentia, & subscriptione clericorum. Carth. IV.
cap. 32. Innoc. III. Metens. Archidiacono. Bur-
chard. lib. 3. cap. 170. Ivo part. 3. cap. 231. decr.
¶ lib. 2. tit. 10. cap. 2. panorm. Anselm. lib. 7.
cap. 192. in addit.

C A P U T V.

Episcopus, qui filios, aut nepotes non habens,
alium, quam ecclesiam, reliquit hæredem, si quid
de ecclesia, non in ecclesiæ caussa, aut necessitate
insumpserit, quod distraxit, aut donavit, irritum
habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quæ re-
liquit, ab hæredibus ejus indemnitibus ecclesiæ

consulatur. Agath. cap. 33. V. cap. 22. Hispal.
cap. 1.

C A P U T VI.

Quisquis clericus aliquid de munificentia ec-
clesiæ, cui servierit, adeptus, & ad sacerdotium
alterius civitatis est, aut fuerit ordinatus, quod
dono accipit, vel acceperit, reddat, & quod su-
um est ex proprietate, vel secundum instrumen-
ti seriem probatur emisse, possideat. Epaun. c. 14.

C A P U T VII.

Ne quis sacerdotum, vel clericorum more sæ-
cularium judicium audeat accipere pro impensis
patrocinii munera, nisi forte in ecclesiis oblata
gratuito, quæ non favore munieris videantur ac-
cepta, sed collatione devotionis illata, &c. Tar-
rac. cap. 10. Cæsar. lib. 5. cap. 76.

C A P U T VIII.

De munificantiis sacerdotum, id observan-
dum, quod sicut, si quid præsenti tempore a cle-
ricis decedentibus munificantiæ habetur, vel
possidetur, deinceps a successoribus nullatenus
auferatur, ita ut qui decessorum largitatibus gau-
dent, officia, & ecclesiæ obedientiam, & affectum
sacerdotibus præbeant. De quibus tamem muni-
ficiantiis, quæ præsenti tempore ab his possiden-
tur, si pro opportunitate Episcopo placuerit, quod
voluerit, commutare, sine accidente dispendio in
locis aliis commutetur. De munificantiis vero
præsidentibus, quas unusquisque clericus pro sua
gratia eorum obsequiis existimat conferenda, sic-
ut in arbitrio dantis est, ut tribuere, quibus vo-
luerit, debeat, ita si inobedientia, vel contuma-
cia in aliquo accipientis exstiterit, culpa agnita,
in arbitrio sit præsidentis, utrum, vel qualiter
debeat revocare. Aurel. III. cap. 17.

C A P U T IX.

Quicumque pro devotione sua oblationis stu-
dio aliquid in campellis, vel in vineolis etiam abs-
que scriptura probatur ecclesiæ contulisse, si
postmodum ipse, vel hæredes ejus quacumque oc-
casione auferre a jure hoc ecclesiæ alienare volu-
erint, quoadusque a tali intentione discedant,
aut perversa restituant, aut certe a communione
ecclesiastica suspendantur. Aurel. IV. cap. 9.

C A P U T X.

Si quis Episcopus alterius ecclesiæ clerico de
facultatibus suæ ecclesiæ aliquid sub titulo quo-
cumque donaverit, post ejus obitum, qui accep-
perit ad ecclesiæ jus, de cuius facultate discesserat,
revertatur, quia iniquum est, ut sub hac specie
damnum ecclesia, quæ multis subvenit, patiatur.
Aurel. IV. cap. 36.

C A P U T XI.

Quisquis majorum, aut mediocrum persona-
rum quodcumque munieris, vel facultatis sacerdo-
tibus, aut ecclesiis, aut quibuslibet locis sancto-
rum studio mercedis cum justitia pro Dei contem-
platione contulerit, & hæc ipsa quæ a parentibus
donata noscuntur, postmodum quis auferre præ-
sumperit, ut necator pauperum communione
privetur. Aurel. V. cap. 16.

C A P U T XII.

Illud censuimus statuendum, ut quascum-
que munificantiis clericis, aut servientibus, sive
de

de rebus ecclesiis in usum, aut de propriis in proprietatem præcedentes dederint sacerdotes, subsequentes Pontifices nullatenus auferre præsumant. Si quid tamen culpæ extiterit, pro qualitate personarum, vel regula canonum præcedentium in persona habeatur, non in facultate districtio. *Lugdun. cap. 5.*

C A P U T XIII.

Præbendum est a sacerdotibus vitæ solatium indulgentibus, & maxime his, quibus restituentia vicissitudo est. [Quicumque ergo fidelium de facultatibus suis ecclesiæ aliquid devotione propria contulerint, si forte ipsi, ut filii eorum redati fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipient. Si enim clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo religionis intuitu, in usum res ecclesiasticae largiuntur, quanto magis his consulendum est, quibus retributio justa debetur? *Tolet. IV. cap. 37.*

C A P U T XIV.

Quæcumque Episcopus ad bonos profectus viderit crescere per bonam intentionem, venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus ecclesiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat potestatem, &c. *Emerit. cap. 13.*

C A P U T XV.

Placuit huic sancto concilio, ut si Episcopus ecclesiæ suæ, in qua præsidet, de rebus suis inventus fuerit plurima contulisse, quidquid amicis suis, tervis, aut libertis, vel quibuslibet personis, de ecclesiæ suæ rebus compertus fuerit aliquid donasse, si triplum, aut multo plus patuerit esse, quod conscriptis in nomine ecclesiæ suæ, firmum teneat, quod distribuit in personis, quæ prænotatae sunt superiori ordine, nec licebit succedenti Episcopo prioris sui irrumpere voluntatem. *Emerit. cap. 21.*

C A P U T XVI.

^{16. q. 7. c.} ^{42. Confir.} Res, quæ ab illectis, & negligentibus date, ab avaris, & cupidis non solum acceptæ, sed raptæ noscuntur, hæredibus reddantur, qui dementia parentum, & avaritia inceptorum exhæreditati esse noscuntur. Si vero nescientibus Episcopis, aut Abbatibus ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse convincuntur, Episcopi, & Abbes desidia, illi vero rapacitatem, & avaritiam jugicentur. Hoc vero, quod quisque Deo justæ, & rationabiliter de rebus suis offerri, ecclesia tenere debet. *Cabilon. sub Carolo cap. 7. Burch. lib. 8. cap. 93. Ivo part. 7. cap. 111. decret.*

T I T U L U S XXXVII.
D E J U D I C I I S.

C A P U T I.

<sup>Cap. 1. de
treug. & pa-
ce Greg. IX.
& in 1. coll.</sup> **T**reugas a quarta feria post occasum solis usque ad secundam feriam, & ab Adventu Domini usque ad octavas Epiphaniæ, & a Septuagesima usque ad octavas Pasche, ab omnibus inviolabiliter observari præcipimus. Si quis autem treugas frangere tentaverit, post tertiam commotionem, si non satisficerit, Episcopus suus excommunicationis tententiam dicet, & scriptam vicinis Episcopis repræsentet, &c. Episcopi ad

Tom. VI.

solum Deum, & ad salutem populi habentes respectum, omni tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium, & auxilium præbeant, &c. *Alex. III. in concil. Later. cap. 21. Innoc. III. in concil. Rom. cap. 9. post Ivo panorm.*

C A P U T II.

Innovamus, ut presbyteri, monachi, clerici, ^{De treug. &} conversi, peregrini, mercatores, rustici, eunes, ^{pac. cap. 2.} & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia, quæ semina portant ad agrum, congrua securitate latentur. *Alex. III. in concil. Later. cap. 22. Innocent. II. in concil. Roman. c. 9. post Ivo panorm.*

C A P U T III.

Si quis treugam diffregerit, usque tertio ad satisfactionem ab Episcopo admoneatur. Quod si nec tertio satisfacere contemperit, Episcopus, vel cum Metropolitanu confilio, aut cum duobus aut uno vicinorum Episcoporum in rebellem anathematis sententiam dicet, & per scripturam Episcopis circumquaque denuntiet. *Callist. II. in conc. Rom. c. 13.*

C A P U T IV.

Præcipimus, ut presbyteri, clerici, monachi, conversi, peregrini, mercatores, rustici, eunes, & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia, cum quibus arant, & oves omni tempore sint securæ. Si quis autem hoc nostrum statutum violare presumperit, Episcopus, in cuius parochia fuerit, omni tepiditate seposita, canoniam de ipso justitiam faciat. *Eugen. III. in conc. Rom. cap. 11.*

T I T U L U S XXXVIII.

D E P RÆScriptionIBUS.

C A P U T I.

UNiuscujusque ecclesiæ rusticæ parœciæ, ^{16. q. 3. c. 1.} vel prædia maneant inconclusa apud Episcopos, qui ea possident, præterim si triginta annis sine vi ea possidentes administrant. Intra id tempus, si quæstio de eis moveatur, liceat ei, qui se laedi putat, movere litera apud synodum provinciæ; vel si contra suum Episcopum vel Metropolitanum lis sit, apud Primatem, vel CP. sedem &c. *Chalced. c. 17. Trull. c. 25. Burch. lib. 3. c. 148. Ivo lib. 2. tit. 6. c. 1. panorm. & part. 3. c. 106. decr. Ans. lib. 5. c. 26.*

C A P U T II.

Placuit huic sanctæ, & magnæ synodo, ut res vel privilegia, quæ Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & sive a divæ * recordationis Imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos triginta possessa sunt, nequaquam a potestate Praefulum earum, quæcumque persona secularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferrat, sed sint omnia in potestate, ac usu Praefulis ecclesiæ, quæcumque intra spatum triginta annorum ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium contra præsentem definitionem egerit, tanquam sacrilegus judicetur, & donec se correxerit, & ecclesiæ propria privilegia, seu res restituerit, & reservaverit, anathema sit. *Synod. VIII. CP. sub Hadrian. II. cap. 18. Ans. lib. K.*

<sup>Per singu-
las.</sup>

* pte.

*lib. 4. cap. 30. Ivo epist. 71. vel 30. ad Decan.
Belvacen.*

C A P U T III.

De prescript. e. ult. Greg. IX. & in 4. coll. cod. tit. cap. 3. Rom. 14. Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio definimus ut nulla valeat ab ipso bona fide praescripto tam canonica, quam civilis, cum sit generaliter omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quae absque mortali non potest observari peccato. Unde oportet, ut qui praescribit, id nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ. *Innoc. III. concil. gen. Later. cap. 41.*

C A P U T IV.

13. q. 2. c. 1. 16. q. 3. c. 2. p. 1. Facultates ecclesiæ, nec non & dioeceses quæ ab aliquibus possidentur Episcopis, jure sibi vindicent, quod tricennalis lex conclusit, quia & filiorum nostrorum Principum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit. *Gelas. epist. 2. cap. 2. Burch. lib. 3. c. 149. Ivo lib. 2. tit. 6. cap. 2. panorm. & part. 3. cap. 144. & 147. decret. Anselm. lib. 5. cap. 19. Cæsar. lib. 7. cap. 31.*

C A P U T V.

16. q. 4. c. 2. Volumus accedentem te ad Panormitanam civitatem quæstionem ipsam tali ratione discutere, dominio rei apud possessorem, sicut hactenus possessum est, videlicet permanente, ut si monasterium præfatum sancti Theodori fines, de quibus causatio mota est, inconclusos quadraginta annis possedit repereris, nullam deinceps, etiam si quid sanctæ Romanæ ecclesiæ competere potuit, patiaris sustinere calumniam, sed quietem eorum inconcussam omnibus modis procurare. Sin vero actores ecclesiæ, non eos possedit quædraginta annos inconculcio jure monstraverint, sed aliquam intra tempora hæc motam fuisse aliquando quæstionem eorundem finium, electis arbitris tranquille, & legaliter sopiaatur. *Gregor. lib. 1. epist. 9. Petro Subdiacono. Ivo part. 3. c. 146. decr. Anselm. lib. 5. c. 75. in Rom.*

C A P U T VI.

De prescript. e. 5. in 1. coll. Hortamus ut ad loca, de quibus contentio est, debeatis accedere, & constituta loca, quæ in lite sunt præsentia, jure terminare faciatis, quadraginta tantum annorum ab utraque parte præscriptione servata. *Gregor. syracusan. Episc. lib. 6. registr. epist. 36. vel cap. 200.*

C A P U T VII.

c. 1. de prescript. Greg. IX. & in 1. coll. Placuit, ut etiam si quisquam post leges aliquem locum ad catholicam unitatem converterit, si eum per triennium nemine repetente retinuit, ulterius ab eo non repetatur. Si tamen per ipsum triennium fuit Episcopus, qui potuit repetere, & tacuit, præjudicium patietur. Si autem non fuit, non præjudicetur matrici, sed liceat, cum locus acceperit Episcopum, quem non habeat, ex ipso die intra triennium repetere. Itemque si fuerit Episcopus ad catholicam ex Donati parte converlus, non ei præjudicet præsumptum tempus, sed ex quo die conversus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebat cathedrali. *Carth. cap. 120. G. Afric. cap. 86. L.*

C A P U T VIII.

Clerici quilibet quantacumque diurnitate ^{16. q. 3. c. 11.} temporis de ecclesiæ remuneratione aliqua posse derint, in jus proprium præscriptione temporis non vocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse, ne videantur etiam Episcopis administrationes prolixas, aut precatorias * cū ordinati sunt * presarias. facere debuisse, aut diu retentas facultates in jus proprietatis suæ posse transcribere. *Agath. c. 59. Epaun. c. 18. Ivo part. 3. c. 166. decr.*

C A P U T IX.

Si Episcopus humanitatis intuitu mancipiola, ^{16. q. 3. c. 12.} vineolas, vel terrulas clericis, vel monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transire annorum spatia comprobentur, nullum ecclesia præjudicium patiatur, nec sæcularis legis præscriptio opponatur. *Aurel. c. 25. vel 23. Anselm. lib. 5. cap. 87. in Rom.*

C A P U T X.

Quicumque clericus aliquid de jure ecclesiastico alienare quacumque ratione præsumperit, non valebit, quia secundum canonum statuta proprietatem ecclesiæ non violat in alios quamlibet longa possessio, &c. *Aurelian. IV. cap. 18.*

C A P U T XI.

Omnis parochia, quæ ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiæ suam comprobaret, ejus privilegio restituatur. Sicut enim per legem mundalem his, quos barbarica feeritas * captiva necessitate transvexit, postliminio revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter est ecclesia receptura parochiam, quam ante tenuit, cum rebus suis, sive ab aliis ecclesiis possessa sit. Non enim erit obicienda præscriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis. *Hispalens. II. cap. 1. C. de captiv. & postlimin. lib. 1. l. Si quos, l. fin. §. Diversar. hor. §. Quos barbarica fer.*

C A P U T XII.

Prolatis canonibus synodalia decreta perfecta ^{16. q. 3. c. 6.} sunt, quæ monent ita oportere inhiberi cupiditatem, ut ne quis terminos alienos usurpet. Ob hoc placuit inspectionis viros mittendos, ita ut si in dioecesi possidentis sitam basilicam veteribus signis lineis prævisus monstraverit, ecclesia, cuius est jus retentionis, sit æternum dominium. Quod si & limes legitimus eandem basilicam non recludit, & tamen longi temporis probatur objecta præscriptio, appellatio repetentis Episcopi non valebit, quia illi tricennalis objectio silentium insponit. Hoc enim & sæcularium Principum edita præcipiunt, & Præsulum Romanorum decrevit auctoritas. Si vero intra triginta annos extra alienos terminos basilice injusta retentio reperiatur, repetentis Episcopi juri sine mora restitueretur. *Hispalens. II. c. 2. Burch. lib. 1. c. 69. Ivo part. 3. c. 99. decr.*

C A P U T XIII.

Quicumque Episcopus alterius Episcopi dice- ^{16. q. 3. c. 4.} cesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, quia secundum jus legis ejus videtur esse dioecesis, admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra unam parochiam *, extra vero nullo modo, ne dum dioece- * provinciis

sis defenditur, provinciarum termini confundantur. *Tolet. IV. c. 33. Burch. lib. 1. c. 67. Ivo lib. 2. tit. 6. c. 4. panorm. C part. 3. cap. 131. C part. 5. c. 175. decr. Anselm. lib. 5. c. 28.*

C A P U T XIV.

^{16. q. 3. c. 3.} Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorii conventum non adimit. Ideoque basilicae, quae novae conditae fuerint, ad eum Episcopum pertinebunt, cuius conventus esse constiterit. *Tolet. IV. c. 34. Burch. lib. 3. cap. 147. Ivo lib. 2. tit. 6. cap. 5. panorm. C part. 3. cap. 212. decr. Anselm. lib. 5. cap. 27.*

C A P U T XV.

Dum miserante Domino, Principis jussu in unum ad sanctum venissimus Concilium, unus Belva nomine sanctæ Egeditanæ ecclesiæ Episcopus interpellavit sanctam synodum, eo quod Julius Salmaticensis ecclesiæ Episcopus debitam illi teneret diocesim, hoc etiam adiiciens, ut unde a Gallæcia metropoli diocesis suæ fuerat possedit, ille reciperet, quamvis longa post tempora, quæ parochiae suæ fuerant debita. Sed quia antiquorum canonum sunt instituta, ut si in una Provincia quisque Episcopus de alterius diocesis partem aliquam per triginta annos possederit, quietus teneat: justum perspexit, ut quia nec ille triginta annos adhuc habet, quod ad hujus provinciæ Metropolim reductus est, & ille, quod per longa tempora non possedit, recepit, & triginta adhuc non sunt in hoc illi impleti anni, sicut ille ad debitam diocesim redit, ita & hic pulsat ad diocesim sibi debitam, ordine Metropolitani cum suis fratribus per suum Sajonem recipiat. Ita ramen, ut de praesentia Metropolitani inspectores diligantur, qui evidenter signa diocesiles ipsas conspiciant, & unusquisque quod illi debitum est accipiat & habeat, &c. Omnibus vero Episcopis id constituitur esse servandum, ut parochiam suam bene custodian, nec a quolibet fratre ea usurpari permittant. Quibus si tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiā occurrerit, nullo modo reddenda erit. *Emerit. c. 8.*

C A P U T XVI.

Renovamus canonem, qui dicit, rusticas, & quæ sunt in regione parochias inconcussas, & illabefactatas manere apud Episcopos, qui eas possident, & maxime si triginta annorum spatio eas sine vi possidentes administraverint. Si autem intra triginta annos fuit, vel fuerit aliqua de his controversia, licere his, qui se injuria affectos dicunt, de eo actionem movere apud synodum provinciæ. *Trull. c. 25. vide Chalced. c. 17.*

C A P U T XVII.

Ab antiquo tempore a sanctis patribus, & a nostris senioribus constitutum est, ut sicut habet Episcopus in sua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus rusticis parochiis, quas per tricennium inconcusse possidet, ita & unusquisque presbyter habeat parochiam suam, &c. *Frost. c. 6. in princ.*

T I T U L U S XXXIX.

D E P R E C A R I I S.

C A P U T I.

^{16. q. 3. c. 1.} C Lericu quilibet, quantumcumque diuturnita-

te temporis ecclesiæ rem ratione aliqua polfederint, in jus proprium, præscriptione temporis, non vocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse, ne videantur etiam Episcopi administrationes prolixas, aut precatorias*, cum ordinati * precarias. sunt, facere debuisse, aut diu retentas facultates in jus proprietatis suæ posse transcribere. *Agath. c. 59. Epaun. c. 18. Ivo part. 3. c. 166. decret.*

C A P U T II.

^{16. q. 3. c. 2.} Si Episcopus humanitatis intuitu mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis, vel monachis præstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprebentur, nullum ecclesia præjudicium patiatur, nec secularis legis præscriptio opponatur. *Aurelian. cap. 15. vel 23. Anselm. lib. 5. cap. 87. in Rom.*

C A P U T III.

Sæpe fit, ut proprietati originis obstat longinquitas temporis, &c. Decernimus, ut si quis clericorum stipendum de rebus ecclesiæ cujusquam Episcopi percipit largitate, sub precariæ nomine debeat professionem scribere, nec per retentioem diuturnam præjudicium afferat ecclesiæ, & quantumcumque in usu perceperit, debeat utiliter laborare, ut nec res divini juris videantur aliqua occasione negligi, & subsidium ab ecclesia, cui deserviunt, percipere possint clerici. Quod si quis eorum contemperit facere, ipse se stipendio suo videbitur privare. *Tolet. VI. cap. 5. Ivo part. 6. cap. 372. decret.*

C A P U T IV.

De illis hominibus, qui ex hereditati esse dicuntur, si aliquis esset, qui vellet dicere se a quolibet nostrum illis privari rebus, quas pater ejus, aut mater, aut frater, aut aliquis propinquorum ad ecclesiæ Dei dedisset, & in ejus nomine iterum precaria a rectoribus ecclesiæ acciperetur, &c. Præne nullus est, qui res suas ad ecclesiæ donet, nisi de rebus ecclesiasticis, aut tantum, quantum donavit, aut duplum, aut triplum usufructuário accipiat, & quibus ille tunc, vel quantis filiis, aut propinquis a rectoribus impetraverit, post di scissum ejus eadem conditione, qua ille tenebat, posteri ejus sibi vindicent, &c. Nobis visum est, prædictis hereditibus hanc dare optionem, ut si voluerint traditiones parentum suorum consequi, de quibus illi jam erant per legem exclusi, rectoribus ecclesiæ se commendarent, & hereditatem illam in beneficium, unde se adjuvare, ac sustentare possent, acciperent. *Turon. sub Carolo cap. 51.*

C A P U T V.

Quicumque per cupiditatem, & malum ingenium aliorum res sibi acquisierint, & pro ipsis rebus ecclesiæ illis in precaria reddiderint, & post modum datoribus displicerent, pars ecclesiæ, quod suum est, habeat, & illi, quæ sua sunt, absque ullius contradictione recipiant. Qui hoc perpetraverint, secundum modum culpæ penitentiam agant, & deinceps res aliorum cupide, & procaciter recipere non præsumant, nisi tantum quantum pro sola eleemosyna eas Deo dare voluerint, vel etiam ipsas, quas donat in nomine suo, & si-

76 Juris Pontificii Veteris Epitome

siorum suorum in precariam recipere voluerint.
Remen. cap. 36.

C A P U T VI.

Si quilibet hominum res ecclesiæ per mendacia, vel alias mala ingenia, in precariam sibi acquirere, & habere voluerit, & post factas precarias èadem mendacia ad aures ejusdem rectoris ecclesiæ delata fuerunt, ipsa ecclesia res suas, quæ ei mendaciter abstractæ fuerint, pleniter absque ullius contradictione omnino recipiat. Ille vero, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ eidem ecclesiæ tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem. *Remens. 37. Mag. sub Arnulph. cap. 20.*

C A P U T VII.

^{12. q. 2. c. 22.} Precariæ, & commutationes tempore viduatarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca Episcoporum occupaverant, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel civili, si finienda sunt, fiant. *Belvacen. apud Melden. c. 21. Burch. lib. 3. cap. 166. Ivo part. 3. cap. 227. decret.*

C A P U T VIII.

^{10. q. 2. c. 4.} Precariæ a nemine de rebus ecclesiasticis fieri presumantur, nisi quantum de qualitate convenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus ecclesiæ, in suo tantum qui dederit nomine, si res proprias, & ecclesiasticas usufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fructuario usu in suo tantum quis nomine sumat, quia sic eas quemque tractare oportet, ut alienarum dispensatorem, non propriarum largitorum. Et a nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo, & sanctis illius dicatis, cum ratio, & usus obtineat, neminem, cui non vult contra utilitatem, & rationem, præstitum de proprio facere beneficium. Præcepta autem regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio finit, nec auctoritas quolibet modo permittrit. Quoniam præcepta in jure ecclesiastico firmare indignum judicet necesse est majestas regia, nisi ab ecclesiastico rectore petantur, &c. Precariæ secundum antiquam consuetudinem, & auctoritatem de quinquennio in quinqueannum renoveruntur. *Syn. Belvacens. apud Meldens. cap. 22. Burch. lib. 3. c. 167. C. 168. C. 169. Ivo part. 3. c. 228. 229. 230. decret.*

T I T U L U S XL. DE LOCATO, ET CONDUCTO.

C A P U T I.

^{* volunt. item.} **V**enit nunc ad aures nostras quod quidam Episcoporum a quibusdam rogati, possessiones, quæ ad alias ecclesiæ pertinent, irrationabili conserant, & per hoc quantum possunt ad propriam utilitatem*, aliorum potestatem Episcoporum usurpent, &c. Hujus rei gratia placuit magnæ huic, & universalis synodo, quod nullus fratum, & coepiscoporum nostrorum, vel quisquam talem sibi facere nequissimam locationem roget, vel ab alio aliquo ipse rogatus quamlibet alienarum, & extranearum conserat ecclesiarum possessionem, &c. Quisquis ergo post hanç definitionem nostram viuis fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdicta sunt, separatur aliquo

indiecto tempore, discesso videlicet, & disrupto modis omnibus locatorio pæsto, quod sine scripto, sive sine scripto præter canonem factum est, &c. *Syn. VIII. CP. sub Hadriano II. c. 23.*

C A P U T II.

Nullus Abbas, Archipresbyter, Præpositus ecclesiæ audeat possessiones ecclesiæ suæ vendere, commutare, locare, vel in feudum dare sine communione fratrum consensu, vel Episcopi propriæ civitatis, alioquin ordinis sui periculum patiatur. *Pascal. II. in synodus apud Guardastallum, cap. 4.*

T I T U L U S X L. DE JURE EMPHYTEUTICO.

C A P U T I.

HÆC sancta, & universalis synodus definit, neminem prouersus Episcoporum vendere, &c. nec tradere salario* ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticæ possessiones vendere, &c. *Synod. VIII. CP. sub Hadriano II. cap. 15. Anselm. lib. 6. cap. 169. Caesar. lib. 7. c. 74.*

C A P U T II.

Et hoc sancta nunc synodus didicit, quod in quibusdam locis, quidam propria usi auctoritate, ac sine voluntate illorum, quibus hujusmodi dispositiones commissæ sunt, audacter, & tyrannice pellunt eos, qui per emphyteusim percepunt aliquid ex his locis, quæ possederunt, occasione quasi ruptæ fidei circa pensionis pactum. Non autem licet omnimodis hæc fieri, nisi prius excipiatur protestationem per quosdam idoneos, & fidèles homines is, qui emphyteusim contraxit, quod nisi dederit usque ad tres annos destinatum tributum, propellatur a locis a se detentis. Oportet enim post trium annorum census retentionem accedere ad Præpositos urbis, vel regionis illius, & arguere in conspectu eorum eum, qui emphyteusim consecutus est, & exhibere contemptum ejus, & tunc sententia, & judicio Prætorum* recipiat ecclesia propriam possessionem. Sed nequam apud se, vel per se faciat prædictorum oblationem locorum. Suspectum quidem tale quid, & multi turpis lucri, & avaritiæ consistit indicium. Si quis ergo Episcopus, aut Metropolitanus præter hanc definitionem nostram abstulerit aliquem locum a quoquam, putans quod ecclesiæ propriam defendat, sequestretur a proprio Patriarcha per aliquod tempus, dans primo, quod per potestatem suam abstulit, vel surripuit. Si vero contentiosus quis persistenter non obediens his, quæ sanctæ ac universalis synodo visa sunt, deponatur omnimodis. *Syn. VIII. gen. CP. sub Hadriano II. cap. 20. vid. eiusd. synodi VIIH. general. cap. 15. inf. tit. de empt. & vendit. cap. 1.*

C A P U T III.

Multi hoc veniunt, qui terras aliquas, vel insulas in jure ecclesiæ nostræ, in emphyteusim sibi postulant dari, & aliquibus quidem negantur, aliquibus vero jam concessimus. Sed tua experientia sanctæ ecclesiæ utilitatem conspiciat, memor, quod ante sacratissimum B. Petri Apostoli corpus potestatem patrimonii ejus acceperit, &c. *Greg. Pet. subdiac. lib. 1. regist. epist. 70.*

Tl.

TITULUS XLII.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

CAPUT I.

Apostolicos, & paternos canones renovans
sancta hæc, & universalis synodus defini-
vit, neminem prorsus Episcopum vendere, vel
*nequālia. utcumque alienare cimelia *, & vasa sacra ex-
cepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata,
quaꝝ accipiuntur in redemptionem captivorum,
*** solaria**, f. sed nec tradere salario* ecclesiarum in emphyteu-
tica paœta, nec alias rusticas possessiones venum-
dare, ac per hoc ecclesiasticos redditus lœdere,
quos ad propriam utilitatem, &c. ob* escam pau-
perum, & peregrinorum sustentationem esse de-
cernimus. Omnes vero ecclesiarum rerum po-
testatem habentes, & has meliorare, ac dilatare,
*** que per** al. pro ut oportuerit ecclesiastica loca, per quaꝝ *
redditus fiant, & insuper propriarum rerum dis-
positionem distribuere, ac emittere, seu confer-
re quibuscumque voluerit, & judicaverit juxta
propriam potestatem, & dominatum. Quisquis
autem apparuerit post hanc definitionem nostram
contrarium quid huic sanctæ, & universalis syno-
do agere, deponatur ut prævaricator divinarum
legum, & præceptorum, cassata videlicet omni-
no, quaꝝ facta est in scriptis vel sine scriptis ab E-
piscopo venditione, vel emphyteutica traditione,
aut alia quavis alienatione cimeliorum scilicet
*& solariorum * locorum. Qui vero emerit, aut
perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel sala-
*** solariorum**, f. riis *, & non restituerit ecclesiæ iterum, quaꝝ ec-
clesiæ sunt, vel non reddiderit, ad incidendam
chartam venditionis, vel emphyteuseos, sit ana-
thema, usque dum fecerit, quod ab hac sancta
& universalis synodo confirmatum est. Si autem
Episcopus convictus fuerit construxisse monaste-
rium de redditibus ecclesiasticis, tradat eidem
ecclesiæ ipsum monasterium. Si vero de pro-
priis rebus, aut de aliis quibusdam conventio-
nibus, habeat id secundum propriam potestatem,
& voluntatem omni vita sua, & post finem vitæ
sua dimittiat, & conferat hoc quibuscumque vo-
luerit, non tamen sæculare diversorium fiat. *Syn.*
VIII. C.P. sub Hadrian. II. c. 15. Anselm. lib. 6.
c. 169. Cæsar. lib. 7. c. 74.

C A P U T II.

De rebus eccl., non aliis, c. uti, Greg. IX. in 4. coll. ead. c. un. Venditiones feudorum, seu aliorum bonorum ecclesiæ, sine legitimo ecclesiasticarum personarum alieno prælumi occasione constitutionis laicæ potestatis, cum non constitutio, sed destitutio, vel destructio dici possit, necnon usurpatio, iurisdictionis, sacri approbatione concilii decrevimus non tenere, præsumptoribus per censuras ecclesiasticas compescendis. *Innoc. III. in conc. gener. Later. c. 44.*

C A P U T III.

Polychronius fame existente vendidit prædia ecclesiæ, quæ relicta ei damnato fuerant, vel alienat clerum, & pauperes, & absolutus est a Xysto.

CAPUT IV.

Nullus ecclesiam, vel res ecclesiæ vendat, vel
emati. *Gregor. VII. in concil. Roman. anno incert.*
cap. 9.

C A P U T V.

Nullus Abbas, nullus Archipresbyter, nullus
Præpositus ecclesiæ, audeat possessiones ecclesiæ
sua vendere, commutare, locare, vel in feudum
dare, sine communi fratrum consensu, vel Epi-
scopi propriæ civitatis, alioqui ordinis sui pericu-
lum patiatur. *Paschal. II. in synod. apud Guar-
dastall. c. 4.*

C A P U T VI.

Si forte quispiam presbyter, sive diaconus sacrariorum syndonem, vel velum subtracta vendiderit, 17. q. 4. 6.
15. Judæ Iscariotis similis estimabitur, qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Judæ suscepturum pœnam. Clem. epist. 2. post princ. Ivo pars. 2. cap. 65. & part. 6. cap. 88. decret.

C A P U T VII.

Difficile est inter ementis, vendentisque commercium non intervenire peccatum. Leo ep. 90. *De pœn. diff.*
ad Rustic. Narbon. cap. 9. Raban. cap. 39. pœnit. Burch. lib. 2. cap. 128. Ⓛ lib. 19. cap. 95.
Ivo part. 6. cap. 202. Ⓛ part. 13. cap. 25. Ⓛ
part. 15. cap. 107. decret. Anselm. lib. 11. cap.
131. Cæsar. lib. 8. c. 80. *¶ c. 2. Qua-*
litas.

C A P U T VIII.

Episcopus rem ecclesiæ venditam a presbete. 12. q. 3. c.
ris, cum Episcopus erat, potest repeteret, nisi ma- 42. Si qua-
lit rei pretium. *Ancyr. cap. 15.* *vid. Mart. Brac.*
cap. 17. *Anselm. lib. 6. cap. 162.* *Cesar. lib. 7.*
cap. 71.

C A P U T I X.

Rem ecclesiæ nemo vendat. Sed si redditus non
habet, & cogat necessitas, Primas provinciarum 17. q. 4. c.
tior fiat, qui cum Episcoporum numero consulat,
quid fieri oporteat. Si vero adeo urgeat necessitas,
ut non possit consulere antea, vicinos in testimo-
nium vocet Episcopos, & curam suscipiat ostendit
in synodo ecclesiæ necessitates. Quod nisi fece-
rit, Deo, & synodo obnoxius erit, & a suo ho-
nore alienus. *Carthag. cap. 26. G. Carthag. V. c.*
4. L. Mart. Brac. c. 14. Ivo part. 3.c.153. decret.
Anselm. lib. 5. c. 45.

C A P U T X.

Presbyteri sine voluntate suorum Episcopo- 12. q. 2. 5.
rum rem ecclesiaz non vendant, in qua consecrati 52. Placuit.
sunt. Episcopis quoque non licet prædia ecclesiaz
sine voluntate Synodi, vel suorum presbytero-
rum vendere sine necessitate. Neque Episcopo Ead. q. c. 50.
licet uti re matricis ecclesiasticae. Carth. c. 33. G. Non haben-
Magunt. sub Rab. cap. 8. Capitul. lib. 5. cap. ti.
29. & lib. 7. c. 27. Burch. lib. 3. c. 178. Ivo part.
3. c. 239. decret. Anselm. lib. 7. c. 148. Casar.
lib. 7. c. 70.

C A P U T XI.

Irrita erit donatio Episcoporum vel venditia, 12. q. 2. c.
vel commutatio rei ecclesiastice absque coni- 32. fino in
ventia, & subscriptione clericorum. Cart. b. IV. c. med. de his,
32. Buxch. lib. 3. cap. 170. Ivo. lib. 2. tit. 10. cap. que fiunt a
2. panorm. ♂ part. 3. c. 231. decret. Anselm. prot. 6. 1.
lib. 7. c. 192. in addit. Greg. IX. ♂
in 1. coll.

C A P U T X I I .

Casellas, vel mancipiola ecclesiæ, Episcopi, sicut præceptum canonum auctoritas, vel va-
sa ministerii, quasi non commendata fidei Præ-

^{12. q. 2. c.}
10. q. 2. Hu-
jusmodi, c.
4. in fin.

^{12. q. 2. c.}
57.

^{12. q. 2. c. 41.}
in fin.

^{12. q. 2. c.}
32.

^{12. q. 2. c.}
53.

^{12. q. 2. c.}
36.

^{12. q. 2. c.}
ult. de pe-
cul. cler. c.
2. Greg. IX.
& in 1. coll.

^{12. q. 2. c.}
36.
* al. in ven-
ditorum compa-
rantis actio-
ne vendenda.

posito, in integro ecclesiae jure possideant, id est, ut neque vendere, neque per quoscumque contrahens res, unde pauperes vivunt, alienare presumant. [Quod si necessitas certa compulerit, ut pro ecclesiae augmentatione, aut necessitate, aut utilitate, vel usufructu, vel indirecta venditione aliquid distrahitur, apud duos, vel tres provinciales, vel vicinos Episcopos causa, qua necessitate sit vendi, primitus comprobetur, ut habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione, quae facta fuerit venditio, roboretur, aliter facta venditio, vel transactio non valebit. Sane [si quos de servis ecclesiae bene meritos sibi Episcopus libertate donaverit, collatam a successoribus libertatem placuit custodiri, cum hoc, quod eis manumissor in libertate contulerit, quod tamen jubemus xx. solidorum numerum, & modum in terrula, & vineola, vel hospitiolo tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortuorum ecclesiae revocetur. Minuscularis res, aut ecclesiae minus utiles peregrinis, vel clericis, salvo jure ecclesiae, in usum praestari permittimus. Agathen. c. 7. Ivo part. 16. c. 50. decret. Anselm. lib. 5. c. 86. in Rom.

C A P U T XIII.

Statuimus, quod omnes canones jubent, ut civitanes, sive dicēceſani presbyteri, vel clerici, salvo jure ecclesiae, rem ecclesiae (quam) sicut permiserunt Episcopi, tenent, vendere, aut dare non presumant. Facta venditio non valebit, & de facultatibus, si quas habent proprias, indemnem ecclesiam reddant, & communione priventur. Agathen. c. 22.

C A P U T XIV.

Terrulas, aut vineolas exiguae, & ecclesiae minus utiles, aut longe positas, parvas, Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem. Agathen. cap. 45. Ivo part. 3. cap. 160. decret. Cæſar. lib. 7. cap. 78.

C A P U T XV.

Quidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici juris possessione distraxerit, inane habeatur, & vacuum vindicatione comparantis, & actione vendentis. Agathen. c. 53. Epaun. c. 7. Ivo part. 3. c. 162. decret. Anselm. lib. 5. c. 187. in addit.

C A P U T XVI.

Presbyter, dum dicēceſim tenet, de his quae emerit, ad ecclesiae nomen scripturam faciat, aut ab ejus, quem tenet, ecclesiae ordinatione discedat. Agathen. cap. 54. Epaun. cap. 8. Burch. lib. 3. c. 119. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 24. panorm. & part. 3. c. 95. decret.

C A P U T XVII.

Quidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici juris possessione distraxerit, inane habeatur, & vacuum, & in venditorem *, vel hæredes suos comparantis actione. Epaun. c. 7. Agathen. c. 53. Ivo part. 3. c. 162. decret.

C A P U T XVIII.

Archipresbyter, cum dicēceſim tenet, de his quae emerit, aut ecclesiae nomine scripturam faciat, aut ab ejus, quam tenet, ecclesiae ordinatione discedat. Similis quoque de venditionibus,

quas Abbates facere præsumunt, forma servetur, ut quidquid sine Episcoporum notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi revocetur. Epaun. cap. 8. Agathen. cap. 54.

C A P U T XIX.

Nullus Episcopus de rebus ecclesiae suæ sine conscientia Metropolitani sui vendendi aliquid habeat potestatem, utili tamen omnibus commutatione permissa. Epaun. cap. 12.

C A P U T XX.

Sacerdotes, vel quicunque illi sunt, quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis, vel vile, vel carum habuerint, ad ecclesiae nomen, cui præsumt chartarum instrumenta confidere procurent. Non enim convenit, ut ecclesia quem * suscepit externum, efficiat in * quæ, al. alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem. Qui suarum rerum noscuntur habere compendium, ex omni re, quam post ordinationis suæ diem vissi sunt acquisisse, sive nulla, sive aliqua sint instrumenta confecta, compensata tam juris sui, quam ecclesiasticarum rerum habitudine*, si se utriusque rei quantitas exæquaverit, inter ecclesiam, & decedentis hæredes æquo jure conquisitio pertinebit. Si autem quælibet pars majori cumulo sui juris excreverit, majorem portionem etiam in divisione percipiet, &c. Tolet. IX. c. 4. Ivo part. 3. cap. 169. decret.

C A P U T XXI.

Persona, qua sciendo divina vasa, vel ministeria, aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sibi, vel officii periculum sustinebit, ita tamen, ut si de sæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, si vero religiosus, ab officio deponatur. Sub hac damnationis sententia, & illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiastica ornamenta, vela, vel alia, quælibet indumenta, atque etiam utensilia sciendo in suos usus transtulerint, vel aliis donanda, vel vendenda crediderint. Brac. III. c. 2.

C A P U T XXII.

Oportet, ut si quando sacerdotes fruges, vel quoddam redditus terræ congregant, & protelant, non ideo hoc faciant, ut carius vendant, & thesauros congregent, sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant. Cabil. sub Carol. Magno.

C A P U T XXIII.

Licet antiquorum patrum sententia, de talibus personis, quæ vasa sacra disperduant voluntate sacrilega, fuerit jam in præteritis promulgata, tamen in commune statuit coadunatio nostra, ut non tantum de sacris ministeriis, sed etiam de universis ecclesiae ornamenti nihil unusquisque sacerdotum pro suis usibus, vel voluptatibus confringere, vendere, aut naufragare pertentet. Si quis sacerdotum hoc decretum violaverit, deponatur, &c. Atque insuper si ejusdem temeratoris extiterit propriæ rei habitatio *, quidquid de ei. * ambitio, al. dem sacris ministeriis, vel ornamenti ecclesiae. vius est naufragasse, aut ipse, aut pars ejus, compellatur parti ejusdem ecclesiae ex integro reformatre. Tolet. XVIII. c. 5. val 4.

CA.

C A P U T XXIV.

Presbyteri non vendant rem ecclesiæ, ubi sunt constituti, nescientibus Episcopis suis, non habentibus necessitatē. Nec Episcopo liceat matri-
cis ecclesiæ rem tituli sui nominis usurpare. Mag-
gunt. sub Rabano c. 8. vide Carthag. c. 33. Ca-
pitul. lib. 5. c. 29. & lib. 7. c. 27.

C A P U T XXV.

<sup>10. q. 2. c.
ult.
* infcio.</sup> Si quis Episcopus nulla ecclesiasticae rationis
necessitate compulsus, in suo *clero, aut ubi
forte non est presbyter, de rebus ecclesiasticis a-
liquid præsumperit vendere, res ipsas ecclesiæ
propriæ restaurare cogatur, & in judicio Episco-
porum deiiciatur, auditus, & tamquam furti, aut
latrociniī reus, suo privetur honore. Mart. Bra-
char. c. 14. vide Carthag. c. 26. G. Burch. lib.
1. c. 215. & lib. 3. c. 181. Ivo part. 3. cap. 172.
& 242. & part. 5. c. 329. decr. Cæsar. lib. 7.
c. 73. Farac. lib. 6. c. 135.

C A P U T XXVI.

<sup>Dif. 50. 6.
22.</sup> Si quis presbyter, aut diaconus inventus fue-
rit aliquid de ministeriis ecclesiæ venim dedisse,
quia sacrilegium commisit, placuit eum in or-
dinatione ecclesiastica non haberi. In judicio ta-
men Episcopi dimittendum esse, sive dignus sit,
sive indignus, in suo recipi debeat gradu, quia
multotiens hoc ipsum, quod de sacro sancto altario
contaminatum est, in Episcopi potestate dimis-
sum est. Mart. Brach. c. 17. vide Ançyr. c. 15.
Burch. lib. 3. c. 179. Ivo part. 3. c. 173. & 240.
decr. Cæsar. lib. 7. c. 79.

T I T U L U S XLIII.

DE RERUM FERMUTATIONE.

C A P U T I.

Quando quisquam Prælatorum, aut muneris,
aut amoris, aut amicitiae, aut certe timo-
ris, vel cuiuslibet alterius rei gratia res ecclesiæ
in commutationem dat, commoda scilicet, & u-
tilia dans, & incommoda, & inutilia ecclesiæ suæ
accipiens, venditorem temerarium ecclesiastica-
rum rerum se esse noverit, reumque Deo & con-
cilio contremiscat. Quod, quia in commu-
tandis rebus id per sepe evenisse dubium non est,
cavendum summopere ab hinc Prælatis est, ne in
commutandis ecclesiasticis rebus incauti existant.
Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. 1. c. 17.

C A P U T II.

<sup>De rerum
perm. 5. 2.
Greg. IX. &
in 1. coll.</sup> Commutations rerum ecclesiasticarum val-
de cœvantur, & subtilissime, si aliquo modo fie-
ri debent, in plicantur. Quæ autem inconsultæ
sunt factæ, juxta decretum canonicum Papæ
Hilarii, qui illicite successor Episcopus adniserit,
vel ab aliis illicite commissa sunt, ab eo, qui suc-
cessor est, emendentur. Syn. Belvac. apud conc.
Meld. c. 23. Burch. lib. 3. cap. 171. Ivo lib. 2.
tit. 10. c. 3. panorm. & part. 3. c. 232. decr.

C A P U T III

De commutationibus rerum ecclesiasticarum
diligentissima adhibetur cura, ut vel juxta interdictum,
& obtestationem sacrorum canonum
nullatenus fiant, vel certe fraudulentia, & ne-
quitia quorundam in hac re ita coerceatur,
& amputetur, ut ecclesia Dei suis prædiis, & facul-
tatibus tam impudenter, & dolenter minime spo-

lietur. Quia cum ipsæ res ecclesiæ a piis, &
fidelibus Deo oblatae juxta antiquorum Patrum
sententiam nihil sint aliud, nisi vota fidelium,
patrimonium pauperum, redemptio peccatorum,
si eas fideliter, & integre ecclesiasticis usibus non
defendimus, & in eos, qui obrulerunt, & in De-
um, cui oblatae sunt, gravissimo nos reatu impla-
camus. Valent. sub Lothar. c. 21.

T I T U L U S XLIV.

COMMUNIA DE REBUS ECCLESIAE.

C A P U T I.

DE procuratione debita in visitatione, & cu-
mero subjectionum Archiepiscopi, Car-
inalis, Episcopi, Archidiaconi, & Decani, &
de caritativo subsidio. <sup>De confib.
6. Gr. IX. &
in 1. coll.</sup> Alex. III. in concil. Late-
ranens. cap. 4.

C A P U T II.

Omnis omnino clericitam subdit, quam Prä-
lati viceliam partem ecclesiasticorum proven-
tuum usque ad triennium conferant in subsidium
terræ sanctæ, &c. quibusdam dumtaxat religio-
sis exceptis ab hac prætaxatione merito exinen-
dis: illis similiter, qui assumpto, vel assumendo
crucis signaculo sunt personaliter profecturi. Nos
autem, & fratres nostri S. R. E. Cardinales ple-
nariæ decimam persolvemus. Sciantque se omnes
ad hoc fideliter observandum, per excommuni-
cationis sententiam obligatos, &c. Innoc. III. in
concil. gen. Later. cap. ult.

C A P U T III.

De ecclesiasticis privilegiis, quod vestra fra-
ternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat
qui sicut nostra defendimus, ita singulis quibul-
que ecclesiis sua jura servamus: nec cuilibet fa-
vente gratia, ultra quam meretur, impertior,
nec ulli hoc, quod sui juris est, ambitu simulante
derogo, sed fratres meos per omnia honorare
cupio. Sicque studeo honore singulos subvehi,
dummodo non sit, quod alteri jure ab altero pos-
sit opponi. Gregor. lib. 2. indict. 10. epist. 39.
Dominico Carthaginensi Episcop. Anselm. lib.
4. c. 9. Cæsar. lib. 7. c. 152.

C A P U T IV.

Nullus Episcopus gravamen, seu servile ser-
vitium ex usu contra ecclesiasticam normam Ab-
batibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum
sacerdotale officium pretio interveniente resili-
tuat. Quod si fecerit, officii sui periculum subeat.
<sup>1. q. 1. cap.
124.</sup> Greg. VII. in conc. Rom. ann. 1078. ann. 6. sui
Pontificatus, c. 10. Tarrac. lib. 5. c. 54.

C A P U T V.

Possessiones ecclesiæ, & Episcoporum tri-
enniales, Abbates, vel monachos habere omni-
modis prohibemus. Callist. II. in conc. Rome. 18.

C A P U T VI.

Duo in una civitate uno tempore, nec ordi-
nentur, nec habeantur Episcopi, ne res ecclesiæ
seva divisione debeat partiri. Cabilon. cap. 4.

C A P U T VII.

Statuimus, ne Episcopi quando pro confirmatio-
ne populum parochias circumneant, Archipref-
byteros suos gravent & hujusmodi impensa con-
tentia sint. Panes centum, & oil, oleum, cera,
quod sufficit. Ticin. sub Ludov. II. cap. 15.

TI.

80 Juris Pontificii Veteris Epitome

TITULUS XLV.

EPISCOPI, PRESBYTERI, ET ALII CLERICI RES ECCLESIAE RELINQUANT ECCLESIAE, SUUM AUTEM PATRIMONIUM RELINQUANT CUI VELINT.

CAPUT I.

Episcopus res proprias distribuere potest, ac emittere, seu conferre quibuscumque voluerit, & judicaverit juxta propriam potestatem ac dominatum. *Syn. VIII. CP. sub Hadrian. II. c. 15.*

CAPUT II.

D. de f. c. 7. Gr. IX. c. 4. ead. tit. in 1. coll. Cum in officiis charitatis illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos beneficium cognoscimus accepisse. Ecclesiastici quidem clerici, cum ab ecclesiis sua multa bona percepint, bona per ecclesiis acquisita in alios usus presumunt transferre. Hoc igitur quia & antiquis canonibus constet inhibitum, nos etiam nihilominus inhibemus. Indemnitati atque ecclesiarum providere volentes sive intestati deceserint, sive aliis conferre voluerint, penes ecclesiam bona praeceperimus remanere. *Alex. III. in conc. gen. Later. c. 3.*

CAPUT III.

12. q. 1. cap. 21. C. 20. Sint manifestae res Episcopi, si quas habet, & res Domini, ut possit de suis moriens, quibus voluerit, & ut voluerit relinquare, neque intercidant propter res ecclesiae, ut si uxorem habeat vel filios, vel propinquos, vel servos. Eorum enim est, neque ecclesiam, neque propinquos Episcopi damnum pati. *Apost. c. 40. Mart. Brach. cap. 15. Anselm. lib. 6. c. 161.*

CAPUT IV.

De success. ab intesta- zo, c. 3. in 1. coll. Euplus praesentium portitor Eusanius Argentinæ civitatis Episcopum suum fuisse genitorem, matrique suæ res apud eum plurimas indicat manus. Quem quoniam intestatum afferit esse defunctum, ideo, & res maternas sibi petit debere restituiri, & antedicti Episcopi patris sui se permitti substantiam adipisci. Quia de re fraternitate tua hujus præcepti serie deputamus, quantum diligenter curet addiscere, & si quid apud prædictam ecclesiam de rebus matris ipsius inventari potuerit, si quidem nihil est, quod antedicto Euplo rationabiliter posuit obsistere, ei secundum suam faciat portionem restitui. Proinde & de rebus paternis, quas ante Episcopatum dinoscitur habuisse, si eas ius ecclesiae suæ quolibet modo non translatis, ei quantum portione ejus legaliter scit competere, ut satisfieri possit, immineat, &c. *Greg. Maximiano Syracus. Episc. lib. 3. registr. cap. 36.*

CAPUT V.

12. q. 5. c. 2. Obitum Theodori Episcopi dilectionem tuam jam credimus cognovisse, sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter te, ne quid de rebus ecclesiae consumpisset, oportet inquirere. Et si quidem eum exinde aliquid incongrue minus didiceris, ita age, ut res ipsæ ab eo, cuius interest, modis omnibus reparentur. *Greg. lib. 4. epist. 22. Cypriano Diacono.*

CAPUT VI.

Presbyteri, ac diaconi, atque clerici fraternitatis vestrae oblata nobis petitione, conquesti sunt

Joannem quandam decessorem tuum condito testamento diversa in ecclesiae suæ gravamine conscriptisse, & petiverunt ut hæc in damnum ecclesiae suæ, prohibente quippe lege, nulla deberent occasione persolvi, &c. Ea, quæ de ecclesia sua, vel de acquisitis in Episcopatu rebus, contra legum fieri statuta deposituit, fraternitas vestra, nec auctoritatem præbeat, nec aliqua in iis ratione consentiat. Si quid autem de propriis rebus, quas ante Episcopatum habuit, quod quidem prius ecclesiae suæ non contulit, fieri voluit, vel decrevit, firmum per omnia robur obtinere necesse est, nec quisquam ecclesiasticorum id contra rationem tentet qualibet excusatione convellere. Quia vero dum viveret, saepius a nobis expetiit, ut ea, quæ in monasterio illo contulerat, quod juxta ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra debuisse auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promisimus, fraternitatem vestram necessario duximus adhortandam, ut nihil de his, quæ illic contulit, atque constituit, aliquo modo patiatur immixui, sed omnia firma studeat stabilitate servari. Hujus igitur monasterii, & collatarum illic rerum, quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionem, sciendum vobis est, non ea nos ideo confirmasse, quoniam supremam ejus sequimur voluntatem, sed quia ei hoc, sicut diximus, viventi promisimus. Hæc itaque sic sollicite fraternitas vestra implere festinet, quatenus, & quæ in suprascripto monasterio constituit, & a nobis sunt firmata, serventur, & illa quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suæ decrevit ecclesiae, nullam prohibente nempe lege, obtineant firmitatem. *Greg. lib. 5. epist. 1. Martiniano Episcopo Ravennat.*

CAPUT VII.

Hortamus experientiam tuam, ut quidquid ecclesiae Episcopi esse potuerit, a qualibet persona detineri nullatenus patiaris, nisi hoc solum, quod ad eum ante Episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quidquid vero vel ante ecclesiae ipsius esse cognoveris, vel in Episcopatus ordine Episcopum acquisisse, in ejusdem ecclesiae conservetur dominio, nec quisquam exinde aliquid usurpare qualibet occasione præsumat, &c. *Greg. Athemio subdiac. lib. 7. reg. epist. 52. in dict. 2.*

CAPUT VIII.

Quidquid prædictus pater tuus Episcopatus sui tempore de proprio ecclesiae constiterit conquisisse, ne tollas, quia & sacris canonum legibus esse noscitur definitum, ut in his, quæ Antistes Episcopatus tempore acquisiverit, non alias, nisi sola succedat ecclesia. *Greg. Scholastico defensori lib. 9. reg. ep. 1.*

CAPUT IX.

Nulli dubium est, quia sicut sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ita de his, quas antea habuerint quidquid judicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem tuam, tempore, quo ad nos feit, questam esse recolimus, quod quædam immobilia, quæ Constantius decessor vester Luminosa ancillæ Dei filiæ fratris sui testamenti serie legati titulo reli-

De teſt. c. 1. apud Gr. IX. c. 2. in 1. collect.

reliquit, jam Episcopus acquisisset, decrevisseque nos, ut si hoc constaret, nullum ex his ecclesia vestra præjudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei sine cognitione de his, quæ possideret, quidquam auferre. *Greg. lib. 10. epist. 42. Deodato Episcopo. Anselm. lib. 6. cap. 168. Cæsar. lib. 7. cap. 60.*

C A P U T X.

De test. c. 8. apud Greg. IX. c. 1. coll. e. t. c. 5. Clerici de mobilibus, quæ per ecclesiæ sunt adepiti de jure testari non possunt: viventes tamen, & sui compotes moderate valent aliqua de bonis ipsis non ratione testamenti, sed eleemosynæ intuitu erogare in ægritudine etiam constituti. *Alexand. III. Cœnomanen. Episc. post Later. concil. part. 29. cap. 8.*

C A P U T XI.

*De test. c. 9. apud Greg. IX. c. 1. coll. e. t. c. 6. * Schola res, al.* Clerici sacerdetales* de his, quæ paternæ successiones, vel cogitationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum suorum non habito respectu ad ecclesiæ, pervenerit ad ipsos, libere disponere valeant; de iis tamen, quæ consideratione ecclesiæ suæ perceperunt, nullum de jure possunt facere testamentum. *Alex. III. Vigiliens. Episcop. post Later. p. 29. cap. 5.*

C A P U T XII.

De renunci- c. 14. ap. Greg. IX. c. 1. coll. de test. c. 8. Mandamus quatenus auctoritate nostra, & tua statuas, & ordines, ut ecclesiastici tui Episcopatus de iis, quæ sibi de (ecclesiæ) bonis præveniunt, aut ratione ipsarum accesserint, nullum audeant condere testamentum, sed bona ipsis ecclesiæ prout justum est, & canonicum cedant, si enim aliquæ de personis ipsis intestatae deceserint, bona, quæ ipsis pro ecclesiæ, aut ratione ipsarum accesserunt, nihilominus ecclesiæ eisdem cedere decernas, sane de bonis illis, quæ jure patrimonii, aut aliunde favore personæ acquisita sunt, testandi liberam habeant facultatem. *Alexand. Carnot. Episcop.*

C A P U T XIII.

*12. apud Gr. IX. c. 2. cod. tit. in 2. collect. * deest, al. * debet. * possunt. * servierant.* Generaliter bona quælibet per ecclesiæ acquista ei debent post acquirentis obitum remanere. Nomine autem ecclesiæ non solum * Episcopus intelligitur, vel successor clericorum morientis, ubi est collegium clericorum, sed communis congregatio, quæ rerum illarum debet * canonicam distributionem habere. Ubi autem in loco decedentis tantum unus est ordinandus, is ea bona, sicut & alia ipsius ecclesiæ in timore Domini dispenset. Licet autem mobilia per ecclesiæ acquisita de jure in alios, pro decedentis arbitrio, transferri non possint*, consuetudinis est tamen non impedienda, ut de his pauperibus, religiosis locis, & illis, qui viventi servierunt*, sive consanguinei fuerint, sive alii, juxta servitii meritum conferatur. Cœterorum, quæ hereditate, vel artificio, aut doctrina proveniunt, pro decedentis arbitrio dividantur. Quia vero nonnulli in diversis ecclesiæ beneficia possident, ita distinguimus, ut quæ habuerint, per estimationem congruam dividantur. *Alexand. III. electio, O Capitulo Casanen.*

Tom. VI.

C A P U T XIV.

Notæ sint res ecclesiæ etiam presbyteris, ^{12. q. 1. c. Manif. 20.} diaconis, ut si contingat Episcopum obire, non depereant, neque res Episcopi prætextu earum occupentur. Justum enim, & æquum est apud Deum, & homines, ut quæ sunt Episcopi, quibus ipse voluerit, relinquantur; Ecclesiæ vero sua serventur. *Antioch. cap. 24. M. Brac. cap. 15. Anselm. lib. 7. c. 155.*

C A P U T XV.

Ut Episcopi, vel clerici in eos, qui catholici christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum rerum suarum aliquid conferant. *Carth. c. 22. G. Carth. III. cap. 13. L.*

C A P U T XVI.

Placuit, ut Episcopi, presbyteri, diaconi, vel ^{12. q. 3. c. 1.} quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus, vel clericatus sui agros, vel quæcumque prædia nomine suo comparant, tamquam rerum dominicarum * invasionis crimine teneantur obnoxii, nisi admoniti ecclesiæ ^{* divina rum.} eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliqd liberalitate alicujus, vel successione cognationis obvenerit, faciat inde, quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito exorbitaverint, honore ecclesiastico indigni, tamquam reprobri judicentur. *Carth. cap. 32. G. Carth. III. c. 49. Magunt. sub Raban. cap. 8. Burch. lib. 3. c. 120. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 25. panorm. D. part. 3. c. 96. decret. Anselm. lib. 7. c. 147. Cæsar. lib. 7. c. 69. Tarrac. lib. 1. c. 240.*

C A P U T XVII.

Si quis Episcopus heredes propinquos, vel non ^{De hav. c. 5. Greg. IX. c. 8. coll. tit. in 1. collect.} propinquos præhonoret ecclesiæ hereticos, vel gentiles, etiam post obitum ejus, anathema ei dicitur, & nomen ejus a sacerdotibus non suscipiatur, neque defendi possit, quod intestatus decelerit, quia debuit factus Episcopus disponere de rebus suis. *Carth. cap. 82. G. Afr. cap. 48. L. refertur a Justiniano ad Joann.*

C A P U T XVIII.

Pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis, ab extraneis dumtaxat aliquid, aut in ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur, quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis, offerre probatur, non quasi suum proprium sed quasi dimidium ecclesiæ inter facultates ecclesiæ computabunt, quia justum est, ut sicut sacerdos habet, quod ecclesiæ dimidium, ita & ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sane quidquid per fiduciæmissum aut sacerdoti, aut ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicunque alii postmodum profuturum, id inter facultates suas ecclesiæ computare aut retinere non poterit. *Agath. cap. 6. Burch. lib. 1. cap. 217. Ivo part. 5. cap. 331. Cæsar. lib. 4. cap. 85.*

C A P U T XIX.

Episcopus, qui filios, aut nepotes non habens ^{12. q. 2. c. 34.} alium, quam ecclesiæ reliquit heredem, si quid de ecclesia, non in ecclesiæ causa, aut necessitate insumpserit, quod distractit, aut donavit irri-

L

tum

tum habeatur, &c. Agathen. c. 33. vid. Hispal. I. cap. 1.

C A P U T X X.

^{12. q. 1. E.} De rebus Episcopi propriis, vel acquisitis, ^{piscop. c. 19.} qui quid Episcopus de suo proprio haber hæreditibus suis, si voluerit, derelinquit. Quidquid vero de provisione ecclesiæ suæ fuerit, sive de agris, sive de frugibus, sive de oblationibus omnia jure ecclesiæ reservare censimus. Agath. cap. 48.

C A P U T X X I.

^{12. q. 5. c. 5.} Si Episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantum de juris proprii facultate suppleverit. Agath. cap. 51. Epamn. c. 17. Burch. lib. I. c. 212. Ivo part. 5. c. 326. decret.

C A P U T X X I I.

Parentibus, & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, & sine Metropolitanus, vel comprovincialium sacerdotum conscientia, nil de rebus defuncti occupare pertenter, ne forte cum hæreditariis rebus etiam aliqua ad ecclesiam pertinentia, vel permista usurpent, &c. Si quis contra hæc improba mente tentaverit, & communione, & confortio privetur ecclesiæ. Valent. Hisp. c. 3.

C A P U T X X I I I.

Si quis clericorum agellos, vel vineolas, seu alia ædificia in terris ecclesiæ sibi fecisse probatur, sustentandæ vitæ causa, usque ad diem obitus sui possideat, postea vero juxta priorum canonum constitutiones, jus suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamentario, ac successorio jure cuiquam hæredum, aut prohæredum relinquat, nisi forsitan cui Episcopus pro servitio, ac præstatione ecclesiæ largiri voluerit. Tolet. II. c. 4.

C A P U T X X I V.

Comperimus in canone, ut Episcopus, qui res proprias, excepto filiis, & nepotibus, alteris, & non ecclesiæ suæ dimiserit, quidquid de ecclesiæ rebus, aut donavit, aut vendidit, aut quoquomodo ab ecclesia transtulit, irritum haberetur. Hispal. c. IV. Agath. c. 33.

C A P U T X X V.

Quæ sacerdos, vel clericus emit, si nihil habet suum, ecclesiæ erit. Si habet propriæ æqualia rebus ecclesiasticis, inter hæredes, & ecclesiam res empta dividatur, inæqualia pro quantitate dividentur. Donata sibi, nisi aliter disponat, ecclesiæ vindicentur. Tolet. IX. cap. 4. Ivo part. 3. cap. 169. decret.

C A P U T X X VI.

^{12. q. 4. c.} Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus ejus absque Metropolitanus cognitione usurpent. ^{1. Sacerd.} Si vero decedens Metropolitanus fuerit, successoris ejus sententiam, aut concilii sustinebit, ne pasim hæreditatis adeundæ danda licentia de rebus ecclesiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inveniatur illata. Si presbyteri, aut diaconi fuissent, quos obiisse constiterit, non sine agnitione sui Episcopi, rem ejus hæredibus adire licebit. Quisquis transgressor existenterit, pro his, quæ non expectato ordine adierit, invasionis damno legis sententiæ subjacebit. Tolet. IX. cap. 7.

C A P U T X X V I I .

Filii Episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum ex ancillæ, vel ingenuæ connubio in honore constitutorum, non solum hæreditatem paternam numquam accipient, sed etiam in servitutem ejus ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt. Tolet. IX. cap. 10. Ivo part. 6. c. 425. decret.

C A P U T X X V I I I .

De testamento gloriæ memorie sancti Martini ecclesiæ Bracaren. Episcopi, & Riciniri ecclesiæ Dumilen. Episcopi etiam. Vid. Tolet. X. in fin.

C A P U T X X I X .

Episcopus res sui juris, quas ante Episcopatum aut certe in Episcopatu hæreditaria successione acquisivit, secundum auctoritatem canonica, quidquid vult, faciat, & cui vult conferat. Postquam autem Episcopus factus est quascumque res de facultatibus ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine qualibet condicione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in ecclesiæ, cui præest, jura deveniant. Similiter & de presbyteris, qui de ecclesiarum rebus, quibus præsunt, prædia eo modo emunt, faciendum statuimus. Quoniam multos presbyterorum, occasione taliter emptarum rerum, ecclesiæ, quibus præsunt, spoliasse, & a suo ministerio multis modis exorbitasse, & se diabolo mancipasse, multosque laicorum ex hoc facto in scandalum damnationis, & perditionis protraxisse cognovimus. Paris. sub Ludov. & Lothar. lib. I. c. 16. Burch. lib. I. c. 214. Ivo part. 5. c. 328. decret.

C A P U T X X X .

Clerici de rebus ecclesiæ nullum possunt condere testamentum. Concil. habitum in Germania sub Conrad. c. 5.

C A P U T X X I .

Manifesta debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum, qui circa Episcopos sunt, & presbyteri, & diaconi, ut hi omnes sciant, quæ sunt ecclesiæ propria, ut si Episcopi contigerit transitus, eos nihil latere possit ex his, quæ ad ecclesiam pertinent, ut nullo modo possit minui, & perire. Neque res propriæ Episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesiæ pati. Dignum vero, & justum est apud Deum, & homines, ut ea, quæ Episcopi propria sunt, eidem conservent ecclesiæ, ut nec ecclesia patiatur damnum, neque Episcopus pro rebus ecclesiæ in suis proscribatur. M. Brach. c. 15.

T I T U L U S XLVI.
QUI NON POSSUNT CONDERE
TESTAMENTA.

C A P U T I .

^{12. q. 2. c.} Postquam quilibet talium (qui hæreticis faciunt) fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit intra annum, ex tunc ipso jure sit factus infamis &c. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem nec ad hæreditatis successionem accedat, &c. Innoc. III. in conc. Later. gen. c. 3.

CA-

C A P U T II.

D. tefl. c. 2. apud Greg. IX. & c. 3. eod. tit. in 1. 19. q. 3. c. 7. Quia ingredientibus monasterium convertendi gratia, nulla sit testandi licentia, sed res eorum ejusdem monasterii juris fiant, aperta legionis definitio decretum est. Quod cum poene omni notum sit, in magna nos Gavinae Abbatissae monasterii Sanctorum Gravini, atque Luxorii insinuatio admirationem perduxit, quæ Siricam monasterii sui Abbatissam, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legata quibusdam afferuit reliquie, &c. Et ideo quia ex dimissis illicite rebus xenodochium possessionem afferit indebet retinere, his vos hortamur affari, ut omni cura, ac studio providere debeatis, quatenus si possessio ipsa ex nullo præcedenti contractu, sed memoratæ Siricæ legato descendit, antedicto monasterio, postposito strepitu, vel excusatione reddatur, &c. Alia igitur omnia, quæ ex testamento prænominatae Siricæ detinentur, quippe quod nullum esse legali sanctione permititur, necesse est, ut juri monasterii, fraternitatis vestrae sollicitudine sacerdotali per omnia studio reparentur, quia imperiali constitutione aperte sanctum est, ut ea, quæ contra leges sint, non solum iniuria, sed etiam pro infectis habenda sint. *Greg. Januario Episc. Calaritan. lib. 7. reg. ind. 2. epist. 7. Anselm. lib. 7. c. 182.*

C A P U T III.

17. q. 4. c. 43. Testamentum fecit presbyter socius noster Januarius, nobiscum manens, de ecclesia vivens, communem vitam profitens, testamentum fecit, hæredem instituit: „ O dolor illius societatis, o fructus natus, non de arbore, quam plantavit Dominus? Sed ecclesiam scripsit hæredem. Nolo munera ista, &c. Nihil habebat? testamentum non faceret. Habebat aliquid? non se nostrum socium fingeret. Magnus mihi inde dolor est, fratres. Dico charitati vestrae, propter hunc dolorem, statui hæreditatem ipsam in ecclesia non suscipere. Filiorum ipsius sit, quod reliquit, ipsi inde faciant, quod voluerint, &c. [Quicumque vult, ex hæreditario filio, hæredem facere ecclesiam, querat alterum, qui suscipiat, non Augustinum, immo Deo propitio, neminem inveniat. *Ex August. sermo 2. de vita, C. moribus clericorum, C. 53. ad frat. in eremo, in Aquijsgr. sub Ludov. c. 112. Ivo part. 3. c. 177.*

T I T U L U S XLVII.

NE CLERICI SUCCESSORES SIBI CONSTITUANT IN BENEFICIIS.

Vide Part. I. Lib. IV. Tit. LXXV. & Tit. X. hoc Libro.

T I T U L U S XLVIII.

TESTATORIS VOLUNTAS AB HEREBUS ILLICO ADIMPLENDIA.

C A P U T I.

D. tefl. c. 1. in 1. coll. **T**estamentum Bacandæ quandam xenodochii in ea, qua conditum est, volumus firmitate persistere. *Greg. Pet. Subdiacon. lib. 1. reg. epist. 9.*

C A P U T II.

26. q. 1. c. 23. Admonere te volumus, ne piæ defunctorum voluntates tuae, quod absit, remissione cassentur.

Gregor. Jan. Episc. Calaritan. lib. 3. reg. ep. 9.

C A P U T III.

D. tefl. c. 3. apud Greg. IX. & in 1. coll. eod. tit. Pervenit ad nos Stephanum vestrum de hac lucce migrantem, supremæ voluntatis elogio monasterium præcepisse fundari, cuius desiderium a Theodosia honesta femina hærede ejus fertur, quod hactenus dilatione protrahitur. Quamobrem hortamur fraternitatem tuam, ut maximum de prædicta causa studium geras, atque ante nominatam feminam commoneas, quatenus intra annale spatum monasterium, quod iussum est, debeat ordinare, & cuncta secundum defuncti voluntatem sine altercatione construere. Quod si intra prædicti temporis metam aliqua perficere negligentia, vel calliditate distulerit, &c. tunc volumus, ut fraternitatis tuae ædificetur studio, ordinatisque omnibus res, atque redditus, qui reliqui sunt, per te loco ipsi venerabili sine immunitatione aliqua socientur. Sic enim & ante tremendum judicem tuum sententiam remissionis effugiens, & secundum piissimas leges, dilatas defunctorum piæ voluntates Episcopali supplebis studio. *Gregor. Januar. Episc. Calarit. lib. 3. registr. epist. 10.*

C A P U T IV.

Afferit Calumniosus Episcopus, Ferocinatum quendam condito testamento hæredem nostram instituisse ecclesiam, atque ecclesie S. Joannis, quæ ante portas Hortonensis civitatis sita est, duos casales fundi campos per Ausinianam legati titulo reliquise, & a nostra eos nunc ecclesia detineri. Quos quia secundum voluntatem defuncti sibi petit debere contradi, experientia tua, leta serie testamenti, si ita eis repererit, nec est quod rationabiliter a parte nostræ possit opponi ecclesie, predictos casales tradere supralcripto fratri non differat, &c. *Greg. Scholastica Defensor. lib. 9. reg. epist. 14.*

C A P U T V.

Necesse est ut defuncti dispositio modis omnibus conservetur. *Gregor. lib. 9. registr. epist. 20. Januario Episc. Calarit.*

C A P U T VI.

Scripsisse memini, ut legata, quæ ex tenore *13. q. 2. c. 4.* Antonini defensoris a nobis debentur, monasteriis, vel aliis, prout statutum fuit, solverentur, & quare, nescio, tua experientia hoc impletet tardaverit. Proinde volumus, ut pro portione nostra ex pecuniis ecclesiæ eadem legata impleas, ut cum ad me veneris, illic contra te gemitum pauperum non relinquas, &c. [Cognovi autem, Romano referente, quia moriens uxor Redempti unam concham argenteam nudis verbis dixerit venundari, & libertis suis tradi, scutellam quoque argenteam monasterio cuidam reliquerit, in quibus utriusque voluntatem ejus per omnia volumus impleri, ne ex rebus minimis peccata majora capiamus. *Greg. Pet. Subdiacono Sicilia lib. 12. reg. epist. 30.*

T I T U L U S XLIX.

COMMUNIA DE TESTAMENTIS.

C A P U T I.

*S*equitur de clero, vel presbyteri universi loci transire, quod commune est, de hoc mundo,

D. tefl. c. 4. apud Gr. IX. & in 1. coll. eod. tit. in 1.

Si neminem de suo genere habuerit consortem, quidquid paupertas ejus haberet, conferat ecclesiaz, & exinde quatuor partes fiant, &c. Silv. in syn. Rom. 284. Episcop. c. 4.

C A P U T II.

*De testam. c.
10. apud
Greg. IX. &
in 1. coll. cod.
tit. c. 9.*

Deut. 17. b.

Proposuisti talem in tuo Episcopatu consuetudinem inolevisse, quod testamenta, quæ sunt in ultima voluntate, ab iis, qui potestatem habent super alios, penitus rescindantur nisi cum subscriptione septem, aut quinque testium fiant, secundum quod humanæ leges decernunt. Quia vero a divina lege, & sanctorum Patrum statutis, & a generali ecclesiæ consuetudine id esse noscitur alienum, cum scriptum sit: *in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum*, præscriptam consuetudinem penitus improbamus, & testamenta quæ parochiani vestri coram presbytero suo, & tribus vel duobus alijs idoneis personis in extrema voluntate de cætero fecerint, firma decernimus permanere, & robur obtinere perpetuæ firmitatis, sub intermissione anathematis prohibentes, ne quis præsumptione quilibet hujusmodi audeat rescindere testamenta. *Alex. III. Ubaldo O'Viens. Episc. & Archipresbyt. & canoniciis Velletri, post Lateran. conc. part. 50. cap. 20. & lib. 13. registr.*

C A P U T III.

*De testam. c.
11. apud Gr.
IX. & c. 10.
eod. tit. in 1.
coll.*

*Deut. 17.
* Velletri.*

Mandamus, quatenus cum aliqua causa super testamentis ecclesiæ relictis ad vestrum fuerit examen deducta, ea non secundum leges (*humanas*) sed secundum decretorum statuta tractetis, & tribus aut duobus legitimis testibus, quoniam scriptum est: *In ore duorum vel trium testium stet omne verbum*. *Alex. III. Velletri. * post Lateran. conc. part. 50. c. 8. ex 1. lib. registr.*

C A P U T IV.

*De testam. c.
13. apud Gr.
IX. & c. 1.
in 3. coll.*

Qui extremam voluntatem in alterius dispensatione committit, non viderur decedere intestatus. *Innoc. III. Altisiodorensi Episcopo.*

C A P U T V.

Episcopus tuitiōnem testatorum non suscipiat. *Carth. IV. c. 18. Cæsar, lib. 4. c. 61.*

C A P U T VI.

De munificentiis sacerdotum id observandum, quod sicut, si quid præsentī tempore a clericis decedentibus munificentia habetur, vel possidetur, deinceps a successoribus nullatenus auferatur, ita qui decessorum largitatibus gaudent, officia ecclesiæ, & obedientiam, & af-

festum sacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentiis, quæ præsentij tempore ab his, sicut dictum est, possidentur, si pro opportunitate Episcopo placuerit, quod voluerit commutare, sine accidente dispendio, in locis aliis commutetur. De munificentiis vero præsentibus, quas unusquisque clericus pro sua gratia eorum obsequiis existimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, ut tribuere, quibus voluerit, debeat, ita si inobedientia, vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita in arbitrio sit præsidentis utrum, vel qualiter debeat revocari. *Aurel. III. cap. 17.*

C A P U T VII.

Quæcumque ecclesiis, aut Pontificibus sub competenti, ac justo documento fuerint derelicta, ab hereditibus legitimis dignum est, ut pro Dei contemplatione serventur. *Aurel. IV. c. 14.*

C A P U T VIII.

Testamenta, quæ Episcopi, presbyteri, seu inferioris ordinis clerici, vel donationes, aut quæcumque instrumenta propria voluntate conferrint, quibus aliquid ecclesiæ, aut quibuscumque conferre videantur, omni stabilitate subsistant, id specialiter statuentes, ut etiam si quorumcumque religiosorum voluntas, aut necessitate, aut simplicitate aliquid a legum secularium ordine visa fuerit discrepare, voluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere, & in omnibus Deo propitio custodiri. De quibus rebus si quis animæ suæ contemptor aliquid alienare præsumperit, usque ad emendationis suæ vel restitutionis rei ablatae tempus a consortio ecclesiastico, vel omnium Christianorum convivio habeatur alienus. *Lugdun. I. c. 2.*

C A P U T IX.

Pisteria pro sua animæ salute testamentum condens, iussit multam quantitatem pecuniarum præstari monasteriis, nec non etiam xenodochiis, & prochiis, & alijs pauperibus Ægyptiacæ provinciæ. *In libello Ischir. ad Leon. Papam, & concil. Chalced. in action. 3.*

C A P U T X.

Sanctæ & beatæ memoriae Cyrillus moriturus testamentum condens honoraverit eum, quicumque ille post eum fuisset Archiepiscopus, plurimis & magnis legatis de propria sua substantia, &c. *In libello Athanasii ad Leon. Papam, & concil. Chalcedon. action. 3.*

L I B E R Q U A R T U S.

De Reliquiis Sanctorum, de Cruce, de sacris Imaginibus, & de veneratione illis debita.

T I T U L U S I.
*SANCTI DEO PRECES ADHIBENT
PRO NOBIS.*

C A P U T I.

Si quis has (*imagines*) non salutaverit, in nomine Domini, & sanctorum ejus, anathema. Si quis traditionem ecclesiæ, sive scri-

pto, sive consuetudine valentem, non curaverit, anathema. Germani orthodoxi perpetua memoria. Joannis, & Georgii perpetua memoria. Præconum veritatis perpetua memoria. Trinitas hos tres approbat. Horum disputationibus inhærentes digni reddamus misericordiis, & gratia primi, & magni supremi sacerdotis Jesu Christi Dei nostri,

stri, intercedente simul inviolata Domina nostra sancta Deipara, & omnibus sanctis. Fiat, fiat, Amen. VII. synod. act. 7. post subscriptiones.

C A P U T II.

Oramus super omnia sanctum Deum omnes melioratos, & secundum placentem sibi voluntatem clarescentes, non solum a divina ira intentatos mansuros, sed eterna bona consecuturos orationibus, & intercessionibus sanctissimae Dominae nostrae Dei genitricis, & cum sanctorum precibus & obsecrationibus sanctæ hujus, & universalis synodi. Amen. Imp. Basilius, cuius verba approbat synod. gen. VIII. action. 10.

C A P U T III.

De celebr. Miss. c. Cum Marthæ. 6. apud Greg. IX. &c. in 7. coll. eod. tit. c. 52. Cum sacræ scripturæ dicat auctoritas, quod injuriam facit martyri, qui orat pro martyre, idem est ratione consimili de sanctis aliis scientiis, dum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo quod cum sint perfecte beati omnia eis ad vora succedunt; sed nos potius eorum orationibus indigemus, quas, cum miseri simus, undique malitia nostra perturbant. Unde quod in plerisque orationibus continetur, prospicit videlicet, vel proficiat huic sancto, vel illi talis oblatione ad gloriam, vel honorem, ita sane debet intelligi, ut ad hoc prospicit, quod magis, ac magis a fidelibus glorifetur in terris, aut etiam honoretur, &c. Innoc. III. L. Archiep. Lugdun. Augustin. serm. 17. de Verbis Domini.

C A P U T IV.

Nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo (*inquit Petrus*). Clem. ep. I. in princ.

C A P U T V.

Beati Apostolorum Principis Petri accepimus corpus, &c. orantes Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis Apostolis maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conservet voluntate, &c. Cornel. epist. I. in princ.

C A P U T VI.

Cum adjutorio, & orationibus Apostolorum venientes, &c. Præsentati Imperatori litteras porrigite cum tali allocutione: *salutat Pater vester vos, Deum quotidie rogans, & intercessionibus sanctorum Apostolorum Petri & Pauli vestrum regnum commendans*, &c. Hormisda in Indiculo dato legatis Episcopis, & aliis ad Imperatorem Anastasium.

C A P U T VII.

Intercedentibus, & adjuvantibus sanctis, quid agendum sit de causa Nicopolitanæ ecclesiæ. Hormisda Ennodio & Peregrino Episcopis.

C A P U T VIII.

Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli sanctuaria, sicut religiosissimo quæstis affectu, per harum portitorum sub omni veneratione transmisimus, optantes orationibus eorum mentis vestrae oblatione, & desideria gratia sunt divinitatis accepta, &c. Hormisda Justinianum Virum Illustrem.

C A P U T IX.

Unde optamus, ut vos beatus Petrus Apostolorum Princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfungi vestra

præsentia mereamur. *Felix IV. in epist. 2. in fine.*

C A P U T X.

Rogo omnipotentem Deum, ut sua te gratia protegat, & beati Petri Apostolorum Principis intercessione a malis omnibus illæsum servet, quatenus fervor cœlesti desiderii in tua mente quotidie ardenter ex crescatur, &c. *Gregor. ad Secundum inclus. lib. 7. regist. Indict. 2. epist. 53. ante fin.*

C A P U T XI.

Sane ipsius (*Dei matri*) intercessionibus, omniumque sanctorum precibus potens in bello Deus noster fortis, & longanimes duxit te super Joseph, &c. *Gregor. II. ad Germanum CP. Episcopum VII. synod. act. 4. ante fin.*

C A P U T XII.

Ex his liquido constat ob recordationem Sanctorum imagines tantum pingi, venerari & colli, quos clare constat servos esse Dei, & pro nobis apud Deitatem obsecrantes, & intercedentes. Digam namque est, ut ducum nostrorum memores simus, & Deo gratias agamus. *Hadrian. epist. ad Constantinus & Iren. ante fin. apud VII. synod. act. 2.*

C A P U T XIII.

Quanto debemus puro corde, & animo sculptum Christum Deum nostrum, sanctamque semper Virginem ejus genitricem Mariam, Apostolos quoque vel omnes sanctos Dei, per eorum lacras effigies, atque imagines colere, vel adorare, & ad propitiandum nobis petere, & relaxari delicta. *Gregor. II. in synod. Roman. apud Hadr. de imagin. c. 70.*

C A P U T XIV.

Inter cetera, quæ tibi contra principem mundi arma, Deo favente, contuli, hoc potissimum est, ut corpus Dominicum frequenter acciperes, indicavi, & ut certæ fiduciae matris Domini te omnino committeres præcepi, &c. De matre vero Domini, cui te principaliter commisi, & committo, & numquam committere, quo usque illum videamus, ut cupimus, omittam, quid tibi dicam? quam cœlum, & terra laudare, licet ut meretur, nequeant non cessant? Hoc tamen præculdubio teneas, quia quanto altior, & melior, ac sanctior est omni matre, tanto clementior, & dulcior circa converlos peccatores, & peccatrices. Pone itaque finem in voluntate peccandi, & prostrata coram illa ex corde contrito, & humiliato lacrymas effunde, invenies illam, indubitanter promitto, promptiore carnali matre, ac mitiorem in tui dilectione. *Gregor. VII. lib. 1. regist. epist. 50. in fin. alias 47. ad Mathildem.*

C A P U T XV.

Ut humilitatis nostræ constitutio, adjuvante Domini misericordia valeat custodiri, sancti, ac beatissimi sacerdotiis Domini Martini, quæ Deo accepta est, obtinebit intercessio. *Turon. c. 13.*

C A P U T XVI.

Servis Dei in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantum, qui propter divinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt. *Franc. synod. sub Carolo-*

man-

*manno. Capit. lib. 5. c. 2. Burch. lib. 1. c. 218.
Ivo part. 5. c. 332. decret.*

C A P U T XVII.

Et si quis hinc nostrum prior divinæ dignatio-
nis celeritate præcesserit, perseveret apud Deum
nostra dilectio pro fratribus, & sororibus nostris,
apud misericordiam patris non cesset oratio. *Cy-
prian. epist. 1. Cornel. in fin.*

C A P U T XVIII.

Nobiscum eadem orate, communia enim sa-
cerdotum sunt, & sanctam, ac glorificatam Vir-
ginem Dei genitricem Mariam una nobiscum
supplicate intercedere pro pace sanctissimarum
ecclesiarum, & victoria, ac perpetuitate piissimi,
& serenissimi Imperatoris nostri. *Joann. Hieros.
ad Joann. CP. apud. V. synod. CP. Action. 1.
in fine.*

C A P U T XIX.

Implendo quæ Agapeto juste judicata fuere,
illius beatam animam coletis, quæ cum Deo pro-
ximior sit, eo quod vinculo terræ, & carnis hu-
jus soluta sit, & fiduciam ex propriis bonis operi-
bus adepta pro pace, & salute vestrae pietatis in-
tercedit. *Acta CP. lecta. V. syn. act. 1. in libello
Mariani monachi, & aliorum ad Imperat. in
fin. cuius initium: Deus magnus.*

C A P U T XX.

Quidquid libri de passionibus martyrum nar-
ravit, hoc ipsum etiam imagines signant, has e-
nim recipimus tanquam effigurationem prototyporum.
Nihilominus credentes in unum Deum
in Trinitate laudatum, eidemque soli latram e-
xhibentes, poscimus intercessionem intemeratae
Dominæ nostræ sanctæ Deiparæ, sanctorum item
Angelorum, omniumque divorum, & patrum
nostrorum. *Taras. ante VII. synod. in. epist. ad
Joann. presbyter. in princ.*

C A P U T XXI.

Deus pacis vitam nostram in pace conservet,
& omnes illos, qui eum colunt, & admirantur,
non nенque illius invocant, salvos faciat, inter-
cessione, & precibus Dominæ nostræ sanctæ Dei-
paræ, & omnium sanctorum. Amen. *Taras. ante
VII. syn. d. ep. ad Joann. presbyt. in fin.*

C A P U T XXII.

Interpellans intemeratae Virginis nostra Dei-
paræ, sanctorum cælestium potestatum, omnium-
que sanctorum intercessionem, horum etiam san-
ctas reliquias cum omni honore suscipiens, & am-
plicens, honorifice veneror, &c. *VII. syn. act.
1. Confessio Basili Episc. Ancyrae resipiscens.*

C A P U T XXIII.

Sanctæ matris Virginis etiam auxilium, pro-
tectionem, & intercessionem nocte, diuque ut
peccatori mihi subveniat, invoco, utque eam
potestatem habet ab illo, quem in mundum edi-
dit, Christo Deo nostro. Quin etiam sanctorum
Apostolorum, Prophetarum, martyrum, patrum
& eremitarum imagines suscipio, & veneror, non
ut Deos, absit, verum mentis meæ affectum, &
desiderium, quo in illos affectus sum, hoc modo
indicans, ex toto animo omnes obtestor, ut ad
Deum pro me intercedant, quo in oculis ejus mi-
sericordiam in die judicii consequar, &c. *Theo-*

*dosius Episcopus Amorii resipiscens VII. synod.
act. 1. post princ.*

C A P U T XXIV.

Christus Deus noster per sanctissimam illius
genitricem, & omnes ejus sanctos, vosque ipsius
facros sacerdotes, qui idem sentitis, & dolum in
cordibus vestris non habetis, sed perperuo incum-
bitis in hæc studia, ut omnia, quæ scripta sunt,
impleatis, promissiones suas veras demonstret,
&c. *Joannes presbyter legatus orientis VII. syn.
act. 2. ante fin.*

C A P U T XXV.

Obsecrans intercessionem sanctissimæ, inteme-
ratae Dominae nostræ Deiparæ, & semper Virgi-
nis Mariæ, sanctorumque Angelorum, & sancto-
rum gloriosorum Apostolorum, Prophetarum,
martyrum, confessorum, & doctorum. Ample-
ctor etiam horum venerandas imagines, &c. Pax
Dei, quæ imminent scandala, intercedente im-
maculata Deipare Virgine Maria, omnibusque
sanctis, avertat. *Taras. in epist. ad Orientis Epi-
scopos post princ. & in fin. relata in VII. synod.
action. 3.*

C A P U T XXVI.

Vir Galata senex in monte Sina degens, cum
filium ei barbari abstulissent, Dominum nostrum
Christum per intercessionem Platonis patri martyris
ad commiserationem sollicitabat. Idem quo-
que filius in vinculis per ejusdem martyris patro-
cinium tentabat, ut sui misertus Dominus mira-
culum aliquod exhiberet. Utrorumque autem
preces cum essent exauditæ, &c. Ecce confessus
martyr noster Plato, ipse eques, equumque a-
lium trahens filio vigilanti, cognoscentique ex
pictura saepè visa effigiem martyris apparuit, jus-
titique, ut ex media turba exurgens equum ascen-
deret, &c. Ut non dubitandum sit, quin omnibus
in locis Deum per ipios martyres invocantibus
mirifica, & admiranda præclari illi athletæ per
Dominum Christum dare possint, &c. *Nilus in
epist. ad Heliodor. Silentiar. VII. synod. act. 4.
post princ.*

C A P U T XXVII.

Mulier subito dolores in se ruere sensit, cœpit
que clamare, & gemere, &c. Sic autem quatuor
integris diebus in cruciatis subflitit, quinto au-
tem die sub crepusculo vidit sanctum (*Anasta-
siūm*) astantem, atque ad eam dicentem: „Delcen-
„de ad Tetrapylū, sanctique Anastasii interces-
„sionem apud Deum posce, quo sana fias“. Ipsa
igitur cum surrexisset ex grabbato, convocatis
liberis suis, ad eos dixit: „Tollite me, inique,
„templum B. Anastasii concedamus, &c.“ im-
positam itaque eam ferculo bajularunt, &c. Dein-
de se ipsa in solum prosternens, sanctumque orationibus
flebilibus martyrem placans lana, firma-
que surrexit. *Ex miraculis S. Anastasii synod.
VII. act. 4. post princ.*

C A P U T XXVIII.

Suspicio sanctos Apostolos, Prophetas, &
Martyres, qui pro me apud Deum supplicant,
quo per illorum meditationem propitius sit mibi
Deus noster benignissimus, & remissionem pec-
catorum mihi gratis largiatur, &c. *Basil. in ep.
ad*

ad Julianum Apollinare. VII. synod. act. 4. post medium, refertur eam in epist. Hadrian. ad Constant. & Iren. in med. act. 2.

C A P U T X X I X .

At si Domini, & Servatoris nostri, item intermeratae ejus matris, vere Deiparæ, necnon Sanctorum imagines salutamus, confessim etiam fidem, & dispositionem mentis erga illos habemus, sed unum Deum sine principio, &c. pro genere humano hominem factum agnoscimus. Ancillam autem, & matrem illius existentem, vere pro genere nostro intercedentem, præsentissime, ita ut Dominus quidem noster salutem dispenset, illa vero materno affectu pro nobis poscat, agnoscimus &c. Sanctos denique omnes, tamquam conservos nostros, & ejusdem nobiscum naturæ participes gratissimos Dei ministros, & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia adeo data nobis ministrant; curationes, inquam morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quatenus nobis in hymnodiis, & glorificationibus possibile est, agnoscimus &c. Epist. Germani Episcopi CP. ad Joann. Episc. Synodon. in fin. VII. syn. act. 4. ante fin.

C A P U T X X X .

Neque ipsi imagines (Sanctorum) ut tunc dicebas, adoramus, sed eum, qui per picturam indicatur, glorificamus, neque hos etiam, ut Deos, absit, sed ut veros Dei servos, & amicos, & potestate habentes pro nobis apud Deum intercedendi. Joann. Episcopus Thessalonicens. in sermone, five dialogo Genitilis, & Christiani. VII. syn. act. 5. post princ.

C A P U T X X I .

Noverunt (Christiani) & verbis, & encomiis ter inculpatam, & inviolatam vere, & proprie Deiparam esse: norunt etiam sanctos venerari, earum denique virtutes per historica exempla in memoria habere &c. cognoscere, illosque secundum divinum Apostolum cum Christo vincitos esse, & pro nobis intercedere, &c. Epiph. in Gregor. & alios tom. 4. ad med. in II. Nicen. action. 6.

C A P U T X X I I .

Igitur cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatae Deiparæ, & semper Virginis Dominæ nostræ Mariæ, item sanctorum Angelorum, omniumque Sanctorum. Salutantes, & venerandas illorum reliquias, ut nos beatitudinis eorum fiamus particeps. Epiph. contra Gregor. & alios apud VII. synod. act. 6. in fin.

C A P U T X X I I I .

Libellum dedimus non in labiis dolosis, neque in dolomentis, ipse Deus testis est, qui etiam va-
* vas, f. des * est noster, sed ex sinceritate, & munditia, sperantes in miseratione Dei nostri, qui hominem amat, & intercessione sanctæ, & intemeratae Dei genitricis Mariæ, & sanctorum Apostolorum, & beatissimi, & sanctissimi Papæ Nicolai, atque sancti patris nostri, & summi sacerdotis Ignatii, vestraque beatitudinis oratione, &c. usque ad sanguinem decentare in ecclesiasticis caulis, ut & culparum, quas fecimus, ex hac correctione,

& satisfactione cordis indulgentiam percipiamus. Libellum quorundam Episcop. pœnitentium apud synod. gen. VIII. act. 2.

C A P U T X X I V .

Auxiliante nobis sanctæ & consubstantialis Trinitatis gratia, intercessione gloriose & veræ Dei genitricis Mariæ, perque præcipue nobis Dominæ, atque sanctissimæ inmobilem permanere oramus nostrarum vestiarumque sanctorum ecclesiastarum statutum, nihilominus & inseparabilem custodire fiduci unitionem, &c. Ex relatione Joannis CP. Patriarchæ ad Hormisdam Papam.

C A P U T X X V .

Rogo Deum temper eam (ecclesiam novæ & veteris Romæ) inseparabilem permanere orationibus sanctorum Apostolorum, & tuæ precibus sanctitatis, &c. Joannes CP. Patriarcha Hormisdæ Pape.

C A P U T X X VI .

Hoc opto, atque festino, ut veniat in hoc studio terminus utilis humanitate quidem Domini & Dei nostri Jesu Christi, intercessionibus autem in cunctis beatissimi Apostoli Petri, & in omnibus sapientissimi Pauli, & venerandæ eorum fideli & tuæ beatitudini juste debitus honor custodiatur, &c. Dorotheus Episc. Hormisd. Papam.

C A P U T X X V I I .

Nullo modo jam licebit sanctam Dei dilacera-ri ecclesiam per gratiam sancti Spiritus, & intercessiones sanctæ, & religiose Dei genitricis Virginis Mariæ. Ex relatione Epiphani CP. Episc. ad Hormisdam Papam.

C A P U T X X V I I I .

Oret igitur vestra sanctitas, tam pro piissimis & Christianissimis Principibus, quam pro nostra paritate, & universalis unione, & gratiæ sanctæ & unius essentia Trinitatis, & intercessionibus Dominæ nostræ sanctæ gloriose Virginis, & Dei genitricis Mariæ, omnia ad unitatem indivisam convenient, &c. Ex relatione 2. Epiph. CP. Episcop. Hormisdam Papam.

C A P U T X X I X .

Sanctissimum Proterium (Alexandrinorum Episcopum) in ordine, & choro sanctorum martyrum ponimus, & ejus intercessionibus misericordem, & propitium Deum nobis fieri postulamus, &c. Incolumen vestram pietatem Deus omnium nobis donet longævis temporibus sanctorum orationibus. Episcop. Europæ ad Leon. Imperat. post conc. Chalcedon. in epist. incipit Pie-tatis vestrae.

C A P U T X L .

Qui amplius non potest, saltem duabus vici-bus oret, &c. His actis, & solo Deo creatore suo adorato, invocet sanctos, ut per se intercedere apud Majestatem divinæ dignentur. Theodulph. cap. 23. Aurelian. presbyt.

C A P U T X L I .

Deprecetur (Christianus) sanctos Apostolos, martyres, ut pro eo intercedant. Theodulph. ad presbyt. Aurelian. cap. 29.

C A P U T X L I I .

In communis omnes benedicamus pariter Do-mino gloriam nostram, & Principi pacis, & auctori, disper-

disperla congreganti, & bene coaptanti intercessionebus sancta: Dominæ nostræ Dei genitricis, Deum videntium Angelorum, & omnium Sanctorum. Amen. *Basilius Imperator apud synod. VIII. gen. act. 6. in fin.*

T I T U L U S II.

DE RELIQUIS SANCTORUM, ET DE EARUM VENERATIONE.

C A P U T I.

QUI ausi sunt aliud tentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum ecclesiasticas traditiones contaminare, &c. aut quidquam de consecratis in ecclesia abiicere, &c. aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, aut reliquias martyrum, quas sciverint esse germanas, & veras, aut contra ista vafre, & improbe aliquid excogitare, quod sit contra constitutionem ecclesiasticam, &c. si fuerint Episcopi, aut clerici deponantur, si monachi, aut laici, communione priventur. *Syn. VII. act. 7. in defini. in fin.*

C A P U T II.

De reliquiis Cum ex eo, quod quidam Sanctorum reliquias *c. ult. Gr. IX. c. 2. de immunit. eccl. in 4. coll.* exponunt venales, ut eas passim ostendant, Christianæ religioni sit detraictum sæpius, in posterum præsenti decreto statuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capsum non ostendantur, nec explicantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari præsumat, nisi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero de cætero non permittant illos, qui ad eorum ecclesiæ caussa venerationis accedunt, vanis figuris, aut falsis decipi documentis, sicut, & in plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit. *Innoc. III. in concil. Lateran. gener. c. 62.*

C A P U T III.

Martyres passi sunt, non tamen animæ eorum occisæ sunt in corporis passione, ore veritatis at-
Matth. 10. testante: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, &c. Perturbatores ecclesiæ non solum prædicta agunt mala, sed & memorias martyrum execrantur. Quapropter in præfata constitutio synodo, vobisque & omnibus ecclesiæ tenendum, & agendum mandamus, ut super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoriae eorum a talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. *Felix in syn. LXX. Episcop. epist. 2. in med.*

C A P U T IV.

Ante corpora Apostolorum pro vobis preces fiunt quotidie. *Steph. ep. 2. in fin.*

C A P U T V.

Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli sanctuaria, sicut religiosissimo quæstis affectu, per horum portitorē sub omni veneratione transmisimus. Optantes orationibus eorum mentis vestræ oblatione, & desideria gratiæ sint divinitatis accepta, &c. *Hormida Justinianum illustrem.*

C A P U T VI.

Significatur etiam beatorum Apostolorum, vel martyrum, sicut speramus, sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adjuvandam. *Vigilius in epist. 1. Eutherio in fin.*

C A P U T VII.

Savinus Abbas monasterii sancti Stephani insulæ Capris suggestit nobis, se Agathæ martyris reliquias jam olim apud se habere concessas, & in monasterio suo vult ipsa sanctuaria collocari, ideoque ad prædictum monasterium te jubemus accedere, & si ibidem nullum corpus constat humatum, prædicta sanctuaria solemniter collocabis, &c. *Gregor. Joanni Episcop. Surrentino ep. 52. indict. 9. lib. 1.*

C A P U T VIII.

Transmisimus beati Petri Apostoli benedictionem crucem parvulam, cui de catenis ejus beneficia sunt incerta, quæ illius quidem ad tempus ligaverunt, sed vestra colla in perpetuum a peccatis solvant. Per quatuor vero in circuitu partes de B. Laurentii craticula, in qua perustus est, beneficia continentur, ut hoc, ubi corpus illius pro veritate crematum est, vestram mentem ad amorem Domini accendat. *Gregor. lib. 2. regist. indict. XI. epist. 34. ad Dinarium Galliarum Patricium.*

C A P U T IX.

Clavim parvulam a sacratissimo beati Petri Apostoli corpore pro ejus benedictione transmisimus, in qua inest ferrum de catenis ejus inclusum, ut quod collum illius ad martyrium ligaverat, vestrum ab omnibus peccatis solvat. Crucem quoque dedi latori præsentium vobis offerendam, in qua lignum Dominicæ crucis inest, & capilli Joannis Baptiste, ex qua semper solatium nostri Salvatoris per intercessionem præcursoris ejus habebatis, &c. Præterea transmisimus clavim aliam a sacratissimi beati Petri Apostoli corpore, quæ cum digno honore reposita, quæque apud vos invenerit, benedicendo multiplicet. *Gregor. lib. 7. indict. 2. epist. vel c. 126. ad Reccaredum Regem.*

C A P U T X.

Serenitas vestræ pietatis, religionis studio, & sanctitatis amore conspicua, propter eam, quæ in honorem sancti Pauli Apostoli ædificatur, ecclesiam, caput ejusdem S. Pauli Apostoli, aut aliud quid de corpore ipsius, suis ad se jussionibus a me præcepit debere transmitti, &c. Præcipitis, quæ facere nec possum, nec audeo. Nam corpora sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum tantis in ecclesiæ suis coruscant miraculis, atque terroribus, ut neque ad orandum sine magno illuc timore possit accedi. Denique dum beatæ recordationis decessor meus, quia argentum, quod supra sacratissimum corpus beati Petri Apostoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedum spatio mutare voluit, signum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus S. Pauli Apostoli meliorare volui, & quia necesse erat, ut juxta sepulchrum hujusmodi effodi altius debuisset, Præpositus loci ipsius ossa aliqua non quidem eidem sepulchro conjuncta reperit, quæ quoniam levare præsumpsit, atque in alium locum transponere, apparentibus quibusdam tristibus signis, subita morte defunctus est. Præter hæc autem sanctæ memoriae decessor meus itidem ad corpus sancti Laurentii mar-

martyris quædam meliorare desiderans, dum necit, ubi venerabile corpus ipsius esset collatum, & effoditur exquirendo, subito sepulchrum ipsius ignoranter apertum est, & ii, qui præsentes erant, atque laborabant, monachi, & mansionarii, quia corpus ejusdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere præsumperunt, omnes intra decem dies defuncti sunt, ita ut nullus vitæ superesse potuisse, qui sanctum justi corpus illius viderat. Cognoscat autem, tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora sanctorum ponitur, quod levatum in ecclesia, quæ est dedicanda, debita cum veneratione reconditur, & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora defrantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus, sicut a majoribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquijs dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum allatis forcibus inciderit, & ex ipso incisione sanguis efflaserit. In Romanis namque, vel totius occidentis partibus omnino intolerabile est, atque sacrilegum, si sacrorum corpora tangere quisquam fortasse voluerit. Quod si præsumperit, certum est, quia hæc temeritas impunita nullo modo remanebit. Pro qua re de Græcorum consuetudine, qui offa levare sanctorum se afferunt, vehementer miramur, & vix credimus, &c. De corporibus vero beatorum Apostolorum quid ego dicuros sum? dum constet, quia eo tempore, quo passi sunt ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut civium suorum repeterent. Quæduæ usque ad secundum urbis milliarium, in loco, qui dicitur ad Catacumbas, collocata sunt. Sed dū ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitru, atque fulgoris nimio metu terruit, atque dispersit, ut talia denou nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeentes Romani eorum corpora, qui ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, quibus nunc sunt condita, posuerunt. Quis ergo nunc, serenissima domina, tam temerarius possit existere, ut hæc sciens eorum corpora non dico tangere, sed vel aliquatenus præsumat inspicere? &c. Sed quia serenissimæ dominæ tam religiosum desiderium esse vacuum non debet, de cæthenis, quas ipse S. Paulus Apostolus in collo, & in manibus gestavit, ex quibus multa miracula in populo demonstrantur, partem aliquam vobis transmittere festinabo si tamen hanc tollere limando prævaluero, quia dum frequenter ex cæthenis eisdem multi venientes benedictionem petunt, ut parū quid ex limatura accipiant, assitit sacerdos cum lima, & aliquibus potentibus ita concite aliiquid de cæthenis ipsis excutitur, ut mora nulla sit, quibusdam vero potentibus diu per cæthenas ipsas ducitur lima, & tamen ut aliquid exinde exeat, non obtinetur. *Gregor. ad Constantinam* Aug. lib. 3. reg. indic. XII. ep. 3. vel cap. 30.*

C A P U T XI.

Transmisimus crucem parvulam, in qua de
Tom. VI.

cathenis amator vestrorū sanctorum Petri & Pauli Apostolorum inserta est benedictio, quæ oculis vestris assidue supponatur, quia multa per eandem benedictionem miracula fieri consueverunt, &c. Eulogias sancti Marci a beatissima fraternitate vestra transmissas, cum ea caritate, quæ sunt directæ, secundum notitiam earum suscepimus, & gratias affectui vestro referimus &c. *Gregor. Eulogio Alexand. Patriarchæ in fin. lib. II. regist. epist. 47.*

C A P U T XII.

Reliquias sanctorum, de quibus præsentium latet nos admonuit, dari præcepimus. *Martin. ep. 2. in fine.*

C A P U T XIII.

Flebiles, & infelices haeretici, cum ipsis sacris imaginibus, ipsa lipsana sanctorum efficientes, atque abnegantes contempserunt, &c. Si enim explanare volauerimus de lipsanorum sanctorum veneratione, per divinam scripturam, & sanctorum Patrum opuscula, quis valebit scribere, aut chartas proferre? Pauca enim ex multis breviter memoramus. Sancti Basili Episcopi Cæsareæ Cappadociæ in interpretatione psalmi CXV. inter cetera. Ante hoc dicebatur Sacerdotibus & Nazaræis: *quoniam omnis, qui tetigerit mortuum, immundus erit,* *O ut lavet vestimenta sua.* Nunc autem, qui tetigerit offa martyrum, accipiet aliquam participationem sanctificationis de corpore assistente gratia: *Pretiosa in con-*
N. 19.
spectu Domini mors sanctorum ejus &c. Item sancti Joannis Chrysolomi Episcopi Constantiopolitani in sermone in epistolam beati Pauli Apostoli ad Romanos, inter cetera: „Ego autem & propter hoc Romanum diligo, &c. Pro hoc eam beatifico, quia & vivens (Paulus) eis scribebat, & sic eos diligebat, & præstantialiter eis locutus est, & vitam ibi temporalem finivit, & sanctum corpus ejus ibi habent, pro quo & honorabilior civitas nolis, quam pro aliis. Et sicut corpus magnum, & forte oculos habet duos splendentes, sacrorum horum corpora, id est, Petri, & Pauli, ita non est cælum splendidius, quando sol emitte radios sicut Roma nœ urbis hæ duæ lampades ubique in mundo illuxerunt. Exinde ergo rapietur Paulus, exinde Petrus. Considerate, & tremite, qualia videt insignia Roma, Paulum subito surgentem a loco requietionis suæ simul cum Petro, & proficiscentem obviam Christo? Quale mandat Christo donum Roma? Quales coronas civitas continet duas? quales cæthenas aureas circumnequit? quales habet fontes, &c. Quis militi tribuer perfundi corpore Pauli, & adhærere sacra sepulturæ, & pulverem sanctum videre corporis illius, in quo initatus est Christum, in quo Christi stigmata portavit, in quo ubicunque prædicationem disseminavit? Pulverem illum corporis ejus, per quod ubique occurrit? Pulverem oris illius, per quod Christus annatiabatur, & lux lucebat, &c. Item ex sermone S. Augustini in natali sanctorum Apostolorum inter cetera: „Nam iste beatissimus Petrus pescator, &c. modo genibus provolatus eum adorat

M

„Im-

90 Juris Pontificii Veteris Epitome

„Imperator“, &c. *Hadrian. ad Carolum de imaginib. c. 62. post princ.*

C A P U T XIV.

Filiæ regum delectaverunt te in honore quo, quia non quæsierunt honorem patrum suorum, sed quæsierunt honorem tuum. Ostendatur mihi Romæ in tanto honore templum Romuli, in quanto ostendam ibi memoriam Petri. In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis, &c. *August. psalm. 44. apud Hadrian. de imaginib. c. 62. in fin.*

C A P U T XV.

Ex epistola sancti Gregorii Papæ Leontio Exconsuli missa. Præterea benedictionem vobis sancti Petri Apostolorum Principis, clavim sacratissimi sepulchri ejus, in qua benedictio de catenis illius est inserta, transmisimus, ut quod ejus collum ligavit ad martyrium, hoc velut ab omnibus peccatis solvat. *Hadrian. de imaginib. c. 91. Gregor. lib. 7. c. 34. regist.*

C A P U T XVI.

Si sanctorum effigies execrabilis esse crederentur, profecto & ipiorum reliquiarum, quorum caro corruptionem sensit in tumulo, pro neutrō*, quod absit, haberi deberentur. Veruntamen, si ad eorum consortium venire oportamus, profecto hic omnia in honore sanctorum, id est, tam reliquias non solum corporum, sed & vestimentorum, seu etiam imagines vultus illorum in quolibet loco depictas celeberrimo honore venerari debemus, &c. *Nicol. in epist. ad Michaelem Imperator. incip. Principatum. relata in VIII. synod. CP. action. 4.*

C A P U T XVII.

Sciicitamini, si liceat crucem Domini cum reliquiis mundo, sive immundo hanc habentiosculari, vel portare, &c. Portare eam, sed cum summa reverentia, & corpore, & corde mandissimo, &c. De reliquiis vero sanctorum eadem dicimus, quorum corpora, templo, & vasa fuere, suntque Dei, quibusque ad omnia bona opera, tamquam organa, sanctus usus est, quando voluit, Spiritus. *Nicol. ad consult. Bulgar. cap. 7.*

C A P U T XVIII.

Sequimur sanctam synodus, & amplectimur quæ beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipse domine coangelice summe Pontifex Hadriane subscripsisti, ante sacratissimum Petri (& Pauli) Apostolorum eximii corpus celebravi. *Formula libelli dati Legatis ab Hadrian. II. relata in synod. VIII. CP. act. 1.*

C A P U T XIX.

Ut nostra exhortatio cordi vestro altius impri-matur, ex more sanctorum misimus vobis clavulam auream, in qua de catenis beati Petri benedictio continetur, quatenus per ejus præsentia patrocinia, uberiora ejus erga vos patrocinia sentiatis, & in amore ipsius de die in diem ferventes accendamini, promerentes, ut omnipotens Deus qui illum admirabili potentia a nesciis ferreis liberavit, ejus meritis, & intercessionibus vos ab omnium peccatorum vinculis absolvet, & ad gaudia æterna perducat. *Gregor. VII. lib. 7. regist. epistol. 6. ad Alfonsum Regem Hispan. ad fin.*

C A P U T XX.

Sanctorum reliquiae in oratoriis villaribus non ponantur, nisi forsan clericus cujuscumque parochiæ vicinus esse contingat, qui facris cineribus psallendi frequentia famuletur. *Epaun. cap. 25. Burch. lib. 3. cap. 88. Ivo part. 3. cap. 78.*

C A P U T XXI.

Ut a media quadragesima presbyteri chrisma petant, &c. *Christmario*, & linteo sicut reliquiae sanctorum deportari solent. *Antifiod. cap. 6.*

C A P U T XXII.

Agnovimus quosdā Episcopos in solemnitatibus martyrum ad ecclesiam progressuros, reliquias collo suo imponere, &c. & Levitas albis induitos in sellulis eos deportare, &c. Antiqua, & solemnis consuetudo servetur, ut in festis diebus arcā Domini cum reliquiis non Episcopi, sed Levitæ in humeris gestent, quibus in veteri lege onus id impositum fuit. Si Episcopus reliquias porteret, non ipie a diaconibus in sellula vehatur, sed potius pedilequa eo una cum populi progressione procedente, ad conventicula sanctorum ecclesiastū ^{1. Paral. 5. a.} sanctæ Dei reliquiarum per eundem Episcopum portabuntur. Qui hoc non adimpleret, quamdiu in hoc vitio erit, a sacrificando cessabit. *Brac. III. cap. 5.*

C A P U T XXIII.

Deinceps [corpora Sanctorum de loco ad locum nullus presumat transferre sine consilio ^{De conf. diff. 1. c. 37.} Principis, vel Episcoporum, & sanctæ synodi licentia. *Magunt. c. 51. Burch. lib. 3. c. 252. Ivo part. 3. c. 273.*

C A P U T XXIV.

De Sanctorum reliquiis venerandis. *Basil. Episcop. Ancyræ in confessione a VII. syn. laudaria act. 1. post princ.*

C A P U T XXV.

Filius vester magnificus vir Justinianus basiliacam sanctorum Apostolorum, in qua desiderat, & beati Laurentij martyris reliquias esse constituit, sperat per parvitatem nostram, ut prædictorum sanctorum reliquias celeriter concedatis, &c. Si beatitudini vestrae videtur, sanctuaria beatorum Apostolorum Perri, & Pauli secundum modum ei largiri præcipite, & si fieri potest, ad secundum cataractam ipsa sanctuaria deponere vestrum est deliberare. Petit & de catenis sanctorum Apostolorum, si possibile est, & de craticula beati Laurentii martyris, &c. Propter hoc in urbem vestram Eulogium Magistrianum direxit, hoc sibi satisfacere judicans, si de ipso fonte, de quo per omnem terram sanctuaria Apostolorum sunt data, inde, & ipse reliquias suscipere mereatur, &c. Singulas capellas per singulorum Apostolorum reliquias fieri debere suggerimus, &c. *Ex suggestio legatorum ecclesiæ CP. ad Hormisd. Papam.*

C A P U T XXVI.

Reliquias sanctorum veneror, & honore prosequor, & saluto, veluti athletarum, & certatorum pro Christo, quique gratiam a Deo consecuti sunt, & remedia præstare, morbos curare, dæmones eiicere, quemadmodum Christiana ecclesia, veluti per manus accepit a sanctis Apostolis,

lis,

lis, & Patribus usque in præsens sæculum. *Theod. Episc. Amorii resipiscens. VII. synod. act. I. post princ.*

C A P U T XXVII.

Apostolicas ecclesiæ traditiones, quibus veneratio, culturaque Sanctorum docetur, recipimus, & veneramur. Eos autem, ut ministros, amicos, & filios Dei existentes honoramus, honor enim, qui a conservis idem sentientibus invicem exhibetur, indicium est benevolentia erga Dominum. Sunt enim promptuaria Dei, & pura Christi habitacula, Spiritusque sancti immaculata specula,

Sapiens. 3.

Psalm. 115.

Psalm. 67.

Psalm. 15.

quoniam etiam animæ eorum in manu Dei existunt, ut scriptum est, Deus enim vita existens, cum sancti in manu Dei sint, in vita, & lumine necelsum est, ut existant, & ob id, *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*. Hi viventes in libertate, Deo astiterunt. Servator noster Christus fontes salutares, Sactorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia indebiles fundentes, unguentum redolentis suavitatis scaturientes, & ut inquit magnus doctor immortalis (*Athanasius*) martyrum ossa morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum impertinent, lepras emundant, tentationes, & moerores tollunt, atque id per Christum qui in ipsis habitat. Bene etiam Psalmographus cecinit, *Mirabilis Deus in sanctis ejus*. Et iterum: *Sanctis in terra illius, mirificas fecit omnes voluntates ejus in ipsis*. *Synodica Theodori Hierosol. Patriarch. ante fin. apud VII. synod. act. 3.*

C A P U T XXVIII.

In Cæsarea Palestinae regionis, mirifica a sancto viro (*Anastasio*) designata recenseamus. Cum sanctæ civitati reliquiæ sacræ appropinquassent, omnibus ea res fuit declarata, & significata. Itaque lætitia magna perfusi omnes surgentes subito, lignaque lacra pulsantes, invicem obviam facti sunt, in veneranda Virginis Deiparæ æde, quæ appellatur Nova. Illinc cum cruce, & supplicatione egredi, læti, & gaudentes cum gratiarum actione sacris reliquiis occurserunt, &c. Accedentibus illis, & salutantibus sepulchrum martyris, illicque sacris reliquiis munus in memoriam sancti offerentibus, mulier quædam ex primariis civitatis dixit: „Reliquias e Perse venientes numquid venerabor“, &c. Sanctus martyr in habitu monachi per somnum coram inilera astitit, illique ait, *e lumbis ægrotas*. Ipsa autem respondens, non inquit, *domine, neque enim quidquam mali sentio*. Postquam hoc dixisset, expergefacta subito dolores in se ruere sensit, cœpitque clamare, & gemere, &c. Sic autem quatuor integris diebus in cruciatibus subsistit, quinto autem die sub crucifixum vidit sibi sanctum illum astantem, atque ad eam dicentem: „Descente ad Tetrapylum, sanctique Anastasii intercessionem apud Deum posce, quo sana fias“. Ipsa igitur cum surrexisset ex grabato, in memoriamque blasphemæ illa, & impia verba, quæ contra caput suum dixerat, redirent, convocatis liberis suis ad eos dixit: „Tollite me, tollite me, inque templum beatissimi Anastasii concendamus, si quidem jam docta sum meo cum periculo, reliquias ex Persi-

„de venientes adorandas, venerandasque, & quæ Deus sacravit, ea non esse communia appellanda“; impositam itaque eam ferculo (*filii*) bajularunt. Cum autem appropinquarent ipso loco, ipsa eminus conspicata sancti imaginem, cum lacrymis cœpit exclamare: *Hic est, qui in somnis vere a me vitus instruxit me de malis, quæ me habent*. Deinde se ipsa in solum protervens, sanctumque orationibus flebilibus martyrem placans sana, firmaque surrexit, &c. *Synod. VII. act. 4. post princ. ex miraculis S. Anastasii martyris*.

C A P U T XXIX.

Quemadmodum genuini filii, peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quidquid illius in domo viderint, sive baculum, sive sedem, sive chlamidem hæc, inquam, omnia cum lacrymis attestantes amplexantur, non illa honorantes, sed patrem desiderantes, & venerantes, sic & nos fideles omnes crucem Christi, tanquam virgam adoramus, ut sedem vero, & cubiculum illius, ter sanctum sepulchrum, præsepe autem, & Bethleem, reliquaque illius habitacula, ut domum, sic Apostolos illius, beatosque martyres, & reliquias sanctos, veluti amicos illius colimus. Ita Syon tamquam illius civitatem, Nazareth vero tamquam illius patriam amplectimur, non aliter etiam Jordanem, quam divinum illius lacrumum reveremur. Magno enim, & inexplicabili erga eum amore, quo ascendit, ubi resedit, ubi apparuit, aut quod tergit, aut omnino obumbravit, tamquam Dei locum colimus & adoramus, non ipsam regionem, aut lapides venerantes, sed eum, qui in illis conversatus est, apparuit, & in carne cognitus est, quique nos a errore liberavit, Christum Dominum Deum nostrum, &c. A sanctorum martyrum reliquiis & imaginibus sœpe dæmones fugantur, &c. Quot inumbrationes, quot scaturigines, sœpe etiam sanguinis fluores ex imaginibus, & reliquiis martyrum extiterunt, &c. Qua ratione tibi idolatriæ sumus, qui ossa, cineres, pannos, sanguinem, sepulchra denique martyrum adorantes, illis tanquam non sacrificamus, &c. Ego per cælum, terram, mare, ligna, lapides, reliquias, templa, crucem, Angelos, homines, per omnem denique creaturam visibilem, & non visibilem omnium auctori Domino, & factori soli adorationem, & cultum exhibeam, &c. Qui tanta miracula per ligna fecit Deus, dic rogo, numquid per sanctæ crucis pretiosum lignum miranda efficere potest? Quod si autem est impium ossa venerari, quam ob rem ossa Joseph cum omni honore ex Ægypto vecta sunt? Quomodo homo mortuus ossa Heliæ attingens resurrexit? Jam si per ossa mirifica Deus facit, clarum est, quod & per imagines, lapides, pluraque alia, idem possit, &c. *Econtius Episcopus Neapoleos Cypri ex lib. 5. Apologetæ contra Judæos apud VH. synod. act. 4. ante medium.*

C A P U T XXX.

Sanctorum etiam sanctas reliquias cum omnibus honore suscipiens, & amplectens honorificæ veneror, &c. *Basil. Episc. Ancyrae resipiscens confessio act. 4. VII. Synod.*

C A P U T XXXI.

Quæ Deo oblata sunt, ejus participatione, & contractatione sancta fiunt. Quemadmodū idem & tota ictiputra testatur, & ob hoc sancto honor sanctitatis illius non aliter conservatur, quam per nostram devotam adorationem. *Epiph. contra Gregor. tom. 5. ad med. ex assertione Asterii Episcopi de S. Euphemia martyre in fine in VII. synod. act. 6.*

C A P U T XXXII.

Sacrorum corpora, & præcipue beatorum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honora, & basilicas eorum nomine appellatas, ve- luti loca divino cultui mancipata, affectu piissimo & devotione fidelissima adeundas. Si quis contra hanc sententiam venit, non Christianus credatur, sed Eunomianus. *Gennadius Massiliensis Episc. qualiter veneranda sint corpora, vel reliquiae sanctorum cap. 40. apud Hadrianum de imaginibus, cap. 59.*

C A P U T XXXIII.

Præfumentes de beatitudinis vestre benevolentia, paternam dilectionem n̄i n̄um petimus quatenus reliquiis sanctorum Apostolorum, tam nos, quam basilicam eorum, hic in domo nostra sub nomine prædictorum venerabilium constructam, illustrare, & illuminare large dignemini, &c. *Justinian. in epist. ad Hormisdam Pap. ad finem.*

C A P U T XXXIV.

Felix constituit supra sepulchra, aut memorias martyrum Missas celebrari. *Dam. in Felicis.*

C A P U T XXXV.

Zachariæ temporibus magnum thesaurum Dominus Deus noster in hac Romana urbe per eundem Pontificem propalare dignatus est. In venerabili Patriarchio sacratissimum beati Georgii martyris caput in capsula reconditum reperit, &c. Ipse cum hymnis, & canticis in venerabili diaconia ejus nomine sita in hac Romana civitate regione secunda ad velum aureum illud deduci fecit, ubi immensa miracula, & beneficia omnipotens Deus ad laudem nominis sui per eundem sacratissimum martyrem operari dignatus est. *Ex Pontif. ad finem.*

T I T U L U S III.

NE TEMPLA ÆDIFICENTUR, NEVE ALTARIA ERIGANTUR SINE RELIQUIS SANCTORUM.

C A P U T I.

Templa, quæ consecrata sunt, si carent reliquiis martyrum, reliquias accipiant. Qui si ne reliquiis consecrat templum, deponatur, ut ecclæsticas traditiones transgreſſus. *Nicæn. II. cap. 7.*

C A P U T II.

In synodo constituimus, & omnibus ecclæsiis tenendum, & agendum mandamus, ut super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoria eorum extingui, aut veneratio possit prohibiri. *Felix in synod. LXX. Episc. epist. 2. in med. C A P U T III.*

De Consecr. diff. 1. c. 3. Delocorum consecratione Sanctorum, &c. hoc sumus indicio detestabiliore permoti, quod in

quocumque nomine defunctorum, & quantum dicitur, nec omnino fideliū constructiones edificatas, sacris processionibus * audacter instituere nonnulli memorantur. Quæ quoniā tam acerba, tam dura sunt, ut eadem vix noster ferre possit auditus, &c. districtius ista querantur, & a quibus fuerint gesta prodantur, &c. *Gelas. ep. 1. c. 27.*

C A P U T IV.

Ecclesia Arianorum, cuius ipse sanctus Gregorius in dialogis suis meruit, placuit eidem sancto Gregorio, ut in fide catholica, introductis illic beati Sebastiani, & sanctæ Agathæ martyrum reliquiis, dedicari debuisse, quod & factum est. *Hadrian. de imaginibus c. 90. ante med. Greg. lib. 3. cap. 30. dialog. O lib. 3. registr. epist. 19. Anselm. lib. 5. c. 26. Cœf. lib. 7. c. 34.*

C A P U T V.

Martyrum dignitatem nemo profanus infameret, neque ad passiva corpora, quæ sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam commendantur, redigat, ut aut infania præcipitos, aut alia ratione peccati disjunctos, non ratione, vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrum nomine appellat. At si quis ad injuriam martyrum claritati eorum adjungat infaniam, placet eos, si laici sint, ad penitentiam redigi, si clerici, post commonitionem, & cognitionem honore privari. Hoc & singulis conciliis statutum est. *Carthag. 1. c. 2. Burch. lib. 3. c. 55. Ivo lib. 3. cap. 58.*

C A P U T VI.

Evertantur altaria, quæ per agros, & vineas sunt in memoriam martyrum, in quibus neque corpus, neque reliquiae martyrum sunt, ab Episcopis illorum locorum, si fieri potest. Si vero propter tumultum id fieri non liceat, tamen admonetur plebs, ne illa loca frequenter, & qui recte sentiant, nulla religione illius loci teneantur, & omnino memoria martyrum non celebretur, nisi ubi corpus, & reliquiae sunt, vel antiquitus traditæ fuerunt. Quæ vero per somnia, vel vanas revelationes aliquorum altaria ædificantur, omnino improbentur. *Carthag. c. 84. G. Carthag. V. c. 14. L. Afric. c. 50. L. vid. Mart. Brach. c. 68. Capit. lib. 1. c. 42. Burch. lib. 3. c. 54. Ivo lib. 2. tit. c. 1. panorm. O part. 3. c. 57. decr. Ansf. lib. 5. c. 14. Cœf. lib. 4. c. 125.*

C A P U T VII.

Non oportet clericos ignaros, & præsumptores super monumenta in campum ministeria portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclæsia, aut in basilica, ubi martyrum reliquiae sunt depositæ, ibi pro defunctis oblationem offerri. *Mart. Brach. c. 68.*

T I T U L U S IV.

DE SEPULCHRIS, ET CŒMETERIIS SANCTORUM, ET DE HONORE HABITO EISDEM.

Vide libro I. tit. XXVII. Part. II. quibus adde:

C A P U T I.

In præfata constituimus synodo, vobisque, & omnibus ecclæsiis tenendum, & agendum mandamus, ut super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoria eorum extingui, aut

ve-

veneratio possit prohiberi. *Felia cum LXX. Episcopis epist. 2. post med.*

C A P U T II.

Rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cuiusdam devotæ sceminaræ, atque nobilissimæ matronæ Lucinæ, levata sunt corpora Apostolorum Petri, & Pauli de catacumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus levatum silentio positum est in prædio prædictæ matronæ via Ostiensi ad latus ubi decollatus. Postea vero beati Apostolorum Principis Petri accepimus corpus, & condecenter posuimus illud juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum, in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatii Neroniani, tertio Kal. Julii, orantes Deum & Dominum nostrum Jesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis Apostolis, maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conservet voluntate, &c. Sancti Apostoli de vestro congratulantur gadio, &c. *Cornel. ep. 1. in princ.*

C A P U T III.

De corporibus sanctorum Apostolorum quid ego dicturum sum, dum constat, quia eo tempore, quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut civium suorum repetarent, quæ ducta ad secundum urbis milliarium in loco, qui dicitur ad catacumbas, collata sunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitru, atque fulguris nimio metu terruit, atque dispersit, ut talia denuo nullatenus attentare præsumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, in quibus nunc sunt, condita posuerunt, &c. *Greg. lib. 3. registr. epist. 30. ad Constantinam Aug.*

C A P U T IV.

Anacletus memoriam beati Petri construxit, &c. & alia loca, ubi Episcopi * reconderentur, sepulturas. *Damas. in Anacleti.*

C A P U T V.

Cornelius rogatus a quadam matrona Lucina corpora Apostolorum beatorum Petri, & Pauli e catacumbis levavit noctu, primum quidem corpus beati Pauli beata Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi ad latus, ubi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius Episcopus, posuit juxta locum, ubi crucifixus inter corpora sanctorum Episcoporum in templo Apollinis, in Vaticano Palatii Neroniani, in monte aureo III. Kal. Julii, &c. Cornelii corpus noctu collegit beata Lucina cum clericis, & sepelivit in crypta juxta coemeterium Callisti in prædio suo via Appia (in arenario) XVIII. Kalend. Octob. *Damas. in Cornelii.*

C A P U T VI.

Truncati sunt capite cum beato Xysto sex diacones, Felicissinus, Agapetus, Januarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus, VIII. Idus Aug. &c. Fuit magna persecutio sub Decio, & post passionem beati Xysti die tertio passi sunt Laurentius ejus Archidiaconus, & Subdiaconus Claudius, Severus Presbyter, & Romanus Ostianus, & Crescentius Lector, &c. Sepultus est

(*Xystus*) in coemeterio Callisti via Appia, & sex Diaconi ejus in coemeterio Prætextati via Appia. VIII. Idus Aug. Beatus vero Laurentius sepulus est via Tiburtina in crypta in agro Verano. IV. Idus Aug. (in coemeterio Cyriacelis cum multis aliis martyribus.) *Damas. in Xysti II.*

C A P U T VII.

Eutychianus temporibus suis per loca diversa CCCXLII. martyres manibus suis sepelivit, & constituit, ut quicumque fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut colloboio purpurato nullatenus sepeliret, dum tamen hujus constitutionis ad illum pervenisset notitia. *Damas. in Eutychian.*

C A P U T VIII.

Marcellini tempore fuit persecutio magna, ita ut intra XXX. dies XVII. milia hominum promiscui sexus per diversas provincias martyrio coronarentur. De qua re, & ipse Marcellinus ad sacrificium duxus est, ut thurificaret, quod & fecit, & post paucos dies pœnitentia duxus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad passionem suam, adjuravit Marcellum in presbyterum, ut præcepta Diocletiani non impleret. Jacuerunt autem corpora sanctorum in platea dies XXVI. ex iussu Diocletiani. Exinde Marcellus presbyter noctu collegit corpora sanctorum cum presbyteris, & diaconibus cum hymnis, & sepelivit ea VI. Kal. Maii in via salaria in coemeterio Priscillæ, in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem, secundum quod ipse sanctus Petrus præceperat, in crypta juxta corpus sancti Crescentionis. *Damas. in Marcellini.*

C A P U T IX.

Marcellus (rogavit matronam Priscillam, quæ) fecit coemeterium via Salaria, & XXV. titulos in urbe Roma constituit, quasi dicæses propter baptismum, & pœnitentiam multorum, &c. & propter sepulturas martyrum, &c. Qui tandem in servitio animalium nudus amictus cilicio defunctus est, cuius corpus collegit beata Lucina, & sepelivit in coemeterio Priscillæ in via Salaria XVII. Kal. Feb. &c. Lucina proscriptione damnata est. *Damas. in Marcelli.*

C A P U T X.

Liberius rediens de exilio habitavit in coemeterio sanctæ Agnetis apud germanam Constantii Augusti, ut quasi per ejus interventionem, aut rogatum rediret Liberius in civitatem, &c. Ab eodem die fuit persecutio maxima in clero, ita ut intra ecclesiam presbyteri, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur, &c. Liberius ornavit de platonis marmoreis sepulchrum sanctæ Agnetis martyris. *Damas. in Liberii.*

C A P U T XI.

Damasus fecit basilicas duas, unam juxta theatrum sancti Laurentii, & aliam via Ardeatina, ubi requiescit intra catacumbas, ubi jacuerunt corpora sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli. In quo loco dedicavit Plaroniam ipsam, ubi jacuerunt corpora sancta, & versibus exornavit. Hic multa corpora sanctorum martyrum, requiriavit,

favit, & invenit, quorum etiam conchilia, atque sepulchra versibus declaravit, & adornavit. *Ex Pontif.*

C A P U T XII.

Theodori tempore levata corpora sanctorum martyrum Primi, & Feliciani, quae erant in areario sepulta, via Numentana, & adducta sunt in urbem Romam, quae & recondita sunt in basilica beati Stephani protomartyris. *Ex Pont.*

C A P U T XIII.

Xystum in coemeterio animadversum sciatiss VIII. Iduum August. die, & cum eo quartum, &c. *Cyprian. ad Successum Epise. epist. 82.*

T I T U L U S V.

DE MIRACULIS QUORUM DAM
SANCTORUM,

C A P U T I.

Obsecro, ut reliquiae sancti Xysti martyris nobis transmittantur. Fecimus, quod petisti, quatenus populus, qui in loco quondam sancti Xysti martyris corpus dixerunt venerari, quod tibi nec verum, nec veraciter sanctum videtur, certa sanctissimi, & probatissimi martyris beneficia suscipiens, colere incerte non debeat. Mihi autem videtur, quia si corpus, quod a populo eujusdam martyris esse creditur, nullis illic miraculis coruscat, & neque aliqui de antiquioribus existunt, qui se a parentibus passionem ejus auditie fateantur, ita reliquiae, quas petisti, seorsum condenda sunt, ut locus, in quo præfatum jacet, modis omnibus obstruatur, nec permittatur populus certum deserere, & incertum venerari. *Greg. ad Augustin. interrogat. 7.*

C A P U T II.

Beatissimum quoque Ambrosium splendidissimam lucernam ecclesiarum, qui ex cathecumeno, divino præfigio, ad Episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro turamine opponitis? Qui non instinctu hominum, sed divina vocatione per miraculorum prodigia electus est. *Nicol. in epist. ad Photium incip. Postquam beato Petro. lecta act. 4. syn. VIII. CP.*

C A P U T III.

Cum graviter fidelis quædam mulier tormini bus cruciaretur, ad locum repere cœpit, in cuius pariteribus Sanctorum Cosmæ, & Damiani effigies depinxerat, fide usq; pro scipione. Chrisma autem accipiens, in aquam effudit, illamque bibit, & confessim sanitati Sanctorum intercessione restituta est, &c. *Ex lib. passionis Sanctorum Cosmæ, & Damiani apud VII. syn. act. 4. post med. ubi alia miracula sunt.*

C A P U T IV.

Sanctos omnes (*veneramus*) tanquam conservos nostros, & ejusdem nobiscum naturæ participes, gratissimos Dei ministros, ut dictum est, & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia a Deo data nobis ministrarent, curationes, inquam, morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quatenus nobis in hymnodiis, & glorificationibus possibile est, agnoscimus. *Epist. Germani CP. Episcopi ad Joann. Episc. in fin. VII. Syn. act. 4.*

C A P U T V.

Martinus Papa sanctissimus vir in exilio in loco, qui dicitur Chersona, vitam finivit in pace Christi confessor, qui & multa mirabilia operatur usque in hodiernum diem. *Ex Pontif.*

T I T U L U S VI.

DE SANCTORUM SOLEMNITATIBUS.

C A P U T I.

Improbabilis, & emendanda confusio, quæ a *De conf. d. 4. c. 11.* nostris confessoribus non ratione auctori- tatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, ut passim, ac libere natalitiis Christi, seu apparitionis, necnon & Apostolorum, seu martyrum festi- vitatibus innumeræ plebes baptismi mysterium consequantur. *Syric. ep. 1. c. 2. vid. Leonem ep. 78. ad Episcopos per Campaniam. Triburicens. 6. 12. Burch. lib. 4. c. 5. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 9. panorm. Op' part. 1. c. 58. Op' 200. decr. Caesar. lib. 12. c. 10. Ans. lib. 9. c. 13.*

C A P U T II.

Magna indignatione commoveor, quod quot- dam ex vobis ita comperi esse Apostolicæ traditionis oblitus, ut præter Paschæ festum, cui sola Pentecostes solemnitas comparatur, audeant similitudinem, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, jus baptismatis vendicare, & in natalibus martyrum, quorum finis aliter honorandus est, &c. *Leo epist. ad Episcopos per Campaniam in principio 78. vel 86.*

C A P U T III.

Quotiens Sanctorum Dei fuerit agenda festi- vitas, singula capitula diebus apta subjungimus, quibus commemorationem sanctæ solemnitatis, aut eorum faciamus, quorum natalitia celebra- mus. Cetera vero ordine consueto persequimur, &c. Significatur etiam beatorum Apostolorum, vel Martyrum, sicut speramus, sancto nos affe-ctui tuo direxisse reliquias, præsumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adju- vanda. *Vigil. ep. 1. c. 5.*

C A P U T IV.

Nos poene omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidiani diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus. *Greg. lib. 7. registr. indict. 1. ep. 29. Eulojo Episcopo Alexandr. in med.*

C A P U T V.

In quorum Apostolorum, vel Martyrum, si- ve Confessorum, atque Virginum diebus festis a labore terreno recedere beatis, inquiritis. In solemnitatibus utique beatæ Mariæ Virginis, & sanctorum duodecim Apostolorum, ac Evangelistarum, atque Præcursoris Domini Joannis, & sancti Stephani primi martyris, nec non & in eorum sanctorum natalitiis, quorum apud vos, Deo favente, memoria celebris, & dies festivus habe- bitur. *Nicol. ad consult. Bulgar. c. 11.*

C A P U T VI.

Non oportet in Quadragesima Martyrum na- *g. 4. c. 9.* tales celebrare, sed Sanctorum Martyrum memo- riam sabbatis, & dominicis facere. *Laod. c. 51. Mart. Brach. c. 48. Burch. lib. 13. cap. 10. Ivo part. 4. c. 43. decr.*

C A P U T VII.

Passiones Martyrum legere licet, cum anniversarii eorum dies celebrantur. *Carthag. c. 47. G. Carthag. III. c. 47. L. African. c. 13. L.*

C A P U T VIII.

Illud etiam petendum, ut quæ contra præcepta divina convivia multis in locis exercentur, vetari talia jubeant, & prohiberi, maxime cum in natalibus beatissimorum Martyrum per nonnullas civitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident. Quibus diebus, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimas per viacos, atque plateas exercent, &c. *Afric. c. 27.*

C A P U T IX.

In Augusto, quia quotidie Missæ Sanctorum sunt, prandium habeant monachi, &c. & quia inter Natalem Domini, & Epiphaniam omni die festivitates sunt, itemque prandebunt. *Turon. II. cap. 18.*

C A P U T X.

Si quid ex collatione fidelium, aut per festivitates martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud unum clericorum fideliter colligatur. *Brach. I. cap. 39.*

C A P U T XI.

De confecr. diff. 3. c. 2. Ut in sanctorum natalitiis ballimathiae prohibeantur. Exterminanda omnino est irreligiosa conuentudo, quam vulgus per sanctorum solemnites agere consuevit. Populi, qui debent officia divina attendere, saltationibus, & turpibus invigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed & religiorum officiis perstrepentes. Hoc etenim, ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum, & judicum a concilio sancto curæ committitur. *Tolet. III. cap. 23. Ivo part. 4. cap. 12. decr.*

C A P U T XII.

Multa quidem eveniunt, quæ dum leviter corriguntur, sapienter ad majora condendunt. Valde enim omnibus noscitur esse indecorum, quod per dedicationes basilicarum, aut festivitates martyrum, ad ipsa solemnia confluentes chorus feminus turpia quidem, & obscena cantica decantare videntur, dum aut orare debeat, aut clericos plallentes audire, &c. *Cabil. cap. 19.*

C A P U T XIII.

Gregorius tertius fecit oratorium intra basilicam (B. Petri) juxta arcum principalem in parte virorum, in quo recondidit in honorem Salvatoris, sanctaque ejus Genitricis, reliquias sanctorum Martyrum, ac Confessorum, justorumque perfectorum in toto orbe terrarum quiescentium, quorum festa vigilarum a monachis trium monasteriorum illic servientium, quotidie per ordinem existentia, atque natalitorum missas in eodem loco celebrare jussit. instans in canone ita a sacerdote dicendum: *Quorum solemnitas hodie in conspectu tue maiestatis celebratur, Domine Deus noster, toto in orbe terrarum. &c. Ex Pontif. in Greg. III. in medio.*

C A P U T XIV.

Non sanctos propter carnalem amorem laudamus, neque pingimus, sed quod virtutum illorum sicut memores, & in libris quoque vitas illorum describimus, in tabulisque illos depingimus, non

quod hoc a nobis postulent ipsi, verum id nostra causa, & propter utilitatem nostram facimus, non enim solum passiones martyrum nos instituunt, sed & contextus, & scriptura de illorum passionibus, picturaque idem indicant. Simili modo & annua illorum memoria, &c. *Epiphan. in Gr. in VII. synod. action. 6. tom. 5. post print.*

C A P U T XV.

Constituit (Gregorius tertius) ut fere sine intervallo, & a presbyteris hebdomadarum Missarum solemnia, & a monachis divina officia, secundum constitutum, quod a collegio sacerdotum coram sacro corpore B. Petri Apostoli factum est, in solemnibus Christi Domini Dei nostri, tandemque ejus Genitricis, sanctorum Apostolorum vel omnium sanctorum Martyrum, Confessorum, atque Virginum, in oratorio nomini eorum dedicato, intra ecclesiam B. Petri sub arcu principali, similiter & vigiliæ celebrarentur. Eisdemque institutis disposuit, ut in coemeteriis circumquaque positis Romæ in diebus natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportentur ad celebrandas missas per eum, quem præviderit Pontifex pro tempore sacerdotem. *Ex Pontif. in fine.*

C A P U T XVI.

Quod ballimathiae, & turpia cantica prohibenda sunt a sanctorum solemnibus. *Reccared. Rex in concil. Tolet. III. in fine.*

T I T U L U S VII.

DE LUMINIBUS, QUÆ IN SEPUL-
CHRIS SANCTORUM COLLOCA-
RI SOLENT.

C A P U T I.

DUM Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria Sanctorum. *Zachar. epist. 4. ad Bonif. post med.*

C A P U T II.

Id etiam placuit sacerdotibus, &c. qui sanctam Dei ædificaverit ecclesiam presbyter deservientem habeat. Et si presbyter non ea facultas habere non permittit, vel diaconus instituatur. Certe si minor est census, Ostiarius a sacerdote sit electus, qui nitorem infra sinus ecclesie faciat, quæ eo sanctorum reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendant. *Tolet. sub. Reccared. cap. 2.*

C A P U T III.

Nec quempiam offendat, quod ante sanctorum imagines lumina, & suaveolentia thymiamata accendentur. Symbolice enim ista fieri in honorem illorum opinandum est, quorum cum Christo requies, quorum honor ad ipsum recurrat, hoc ipsum testante sapiente Basilio, quod erga confessos bonus honor erga ipsum Dominum commune benevolentia signum exhibet. Sensibilia enim lumina symbolum sunt immaterialis illius, & a Deo dati luminis aromatum autem incensio, sigerum, & totum lanci Spiritus afflatum, & repletionem significat. *German. Episcop. CP. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos. VII. synod. act. 4. in fin.*

C A P U T IV.

Joannes (tertius) constituit, ut oblationes, & amulæ, vel luminaria in coemeteria per omnes

96 Juris Pontificii Veteris Epitome

dominicas de Lateranis ministrarentur. *Ex Pont.*
C A P U T V.

Disposuit (*Gregorius tertius*), ut in cœmetariis circumquaque positis Romæ in diebus natalitionum (*Sanctorum*) luminaria ad vigilias facientes, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportarentur, &c. *Ex Pontif.*

T I T U L U S VIII.

DE PEREGRINIS, QUI AD RELIQUIAS VENERANDAS SANCTORUM PROFICISCUNTUR.

C A P U T I.

*De heret. c.
7. in 1. coll.
* istum.*

EOS, qui ardore fidei ad expugnandum hæreticos laborem justum* afflumperint, sicut eos, qui sepulchrum dominicum visitant sub ecclesiæ defensione recipimus, & ab universis inquietationibus tam in rebus, quam in personis statuimus manere securos. *Alexand. III. in conc.*
Later. c. ult. in fin.

C A P U T II.

*24. g. 3. c.
13.* Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apostorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebus, quas ferunt, spoliare tentaverit, &c. donec satisficerit, communione careat christiana. *Callist. II. in concil. Roman.*
cap. 16.

C A P U T III.

Sanctus Gregorius Papa in epistola Eusebio Episcopo Theffalonicensi directa inter cetera: „Si autem Theodorus lector ad orationem huc ad sanctos Apostolos venire voluerit, eum fraternitas vestra sine aliqua mora transmittat“. *Hadrian. de imaginibus cap. 62. in fin. Gregor. lib. 10. epist. 69. in fin. reg.*

C A P U T IV.

Act. 10. b. Tanta millia hominum protectioni, ac intercessioni beati Apostolorum principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium sese quoridie conferunt, &c. ut præter illud, quod vas ipsi Petro ostensum catholicam signat Ecclesiam, etiam ipsa sola Romana urbs, apud quam ejusdem Apostoli corporalis præsentia sedule veneratur, ipsius vas cunctas dinoscatur in se continere universorum animalium, quæ homines intelliguntur spiritualiter, nationes, &c. *Nicol. in epist. ad Michael. Imp. post med.*

C A P U T V.

Presbyteros Romanos, sive Turonum absque licentia Episcopi sui adire, penitus decrevimus inhibendum. *Cabilon. sub Carolo c. 44.*

C A P U T VI.

Nam & a quibusdam, qui Romanos, Turonum, & alia quædam loca sub prætextu orationis inconsulte peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri, & diacones, & ceteri in clero constituti, qui negligenter viventes, in eo purgari se a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant se impune aut peccare, aut peccasse, quia hæc loca oratori frequentat. Sunt quidam potentum, qui adquirendi census gratia, sub prætextu Romani, sive Turonici itineris, multa adquirunt, multos pauperes opprimunt, & quod sola cupiditate faciunt, orationum, sive sanctorum

locorum visitationis causa, se videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, ut maiorem habeant materiam mendicandi, de quorum numero sunt illi, qui circumquaque vagantes, illo se pergere mentiuntur, vel quia tantum sunt vecordes, ut putent se sanctorum locorum sola visione a peccatis purgari, non attendentes, quod ait B. Hieronymus: „Non Hierosolymam vidisse, 12. q. 2. c. „ sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est“. 71. Gloria. Cabil. sub Carolo cap. 45. Burch. lib. 19. c. 51. in fin. Ivo part. 15. cap. 65. decret. Hieronym. ad Neopotianum de institutione monachorum c. 13. incepit, Bonus homo.

C A P U T VII.

De beati Apostoli liminibus, & frequentatione eorum ex omniis Orbis cardinibus, & de curationum multitudine. *Ennod. pro Symm. post med.*

T I T U L U S IX.

DE HISTORIIS MARTYRUM, ET DE DILIGENTIA QUÆ IN ILLORUM REBUS GESTIS SCRIBENDIS OLIM FUIT ADHIBITA.

C A P U T I.

ITem gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ista catholicorum dubitet? & majora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adjutorio universa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam contuetudinem, singulari cautela, in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & a fidelibus* idiotis superflua, ut minus apte*, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cujusdam Cyrici*, & Julitæ sicut Georgii, aliorumque hujusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur compositæ, propter quod, ut dictu est, ne vel levis sublannandi oriatur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum gloriolos agones, qui Deo magis quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramus. Item vitas patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. *Gelat. in syn. LXX. Episcoporum post princ. Burch. lib. 3. c. 220. Ivo lib. 2. tit. II. c. 3. panorm. C part. 4. c. 64. decret. Anselm. lib. 6. c. 193.*

C A P U T II.

Scriptura de inventione crucis Dominicæ, & alia scriptura de inventione capituli Joannis Baptiste, novellæ quædam relationes sunt, & non nulli eas catholici legunt, &c. omnia probate, &c. *Gelat. in Synod. LXX. Episcoporum ante med.*

C A P U T III.

Septem subdiacones ordinavimus, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum veraciter in integro colligerent, nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæ stioque oriatur, quoniam omnia, quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, & quæ

no-

*Diſt. 15.
Sancta. c.
3. §. Item
gelta.*

** ab infidelibus, aut idiosyncrasiis.
aptæ, al. Quiric.*

nostris temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinam diriguntur. *Fabian. epist. I. in princ.*

C A P U T IV.

Vitæ Patrum sine probabilibus auctoribus minime in ecclesia leguntur, nam ab orthodoxis titulatæ & suscipiuntur, & leguntur. Magis enim passiones sanctorum Martyrum sacri canones censuerunt, ut liceat eas etiam in ecclesia legi, cum anniversarii dies eorum celebrantur. *Hadrianus de imaginibus c. 88. Ivo part. 4. c. 141. decret.*

C A P U T V.

Falso a veritatis hostibus composita martyrologia, ut Christiani martyres inhonestantes, & ad incredulitatem inducentes auditores, non publice legi in ecclesiis jubemus, sed igne comburi. Qui suscepint, uti vera, anathematizamus. *Trull. cap. 63.*

C A P U T VI.

Clemens fecit septem regiones dividi notariis fidelibus ecclesiæ, qui gesta martyrum sollicite, & curiose unusquisque per regionem suam perquirerent. *Damas. in Clem.*

C A P U T VII.

Anteros gesta martyrum diligenter a notariis exquisivit, & in ecclesia recondidit. Propter quod a quodam Maximo Praefecto martyr effectus est. *Damas. in Anter.*

C A P U T VIII.

Fabianus fecit septem subdiacones, qui septem notariis imminerent, ut gesta sanctorum martyrum in integrum colligerent, & multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit. *Damas. in Fabian.*

T I T U L U S X.
DE QUIBUS DAM MARTYRIBUS.

C A P U T L

Distinct. 21. c. 3. Quamvis, dist. 22. c. 2. Sacro-sancta.
Paurus Apostolus non diverso, sicut hæretici garriunt, sed uno tempore, uno, eodemque die gloriosa morte cum Petro, in urbe Roma, sub Calate Nerone agonizans coronatus est, & pariter sanctam Romanam ecclesiam Christo Domino confecraverunt, &c. *Gelaf. G. LXX. in synod. Rom. in princ. Burch. lib. 3. cap. 220. Ivo lib. 4. tit. I. c. 3. panorm. Anselm. lib. 1. c. 69. decret. Tarrac. lib. 1. c. 295.*

C A P U T II.

Joannes Baptista non pro confessione Christi, sed pro veritate, id est Christo, capite truncatus est, & sancto martyrio coronatus. *Greg. ad Aug. interr. 6.*

C A P U T III.

Quantæ virtutis Præcursor nostri redemptoris fuerit, novimus, qui per sacram eloquium non solum plus quam Propheta, sed etiam Angelus vocatur, & tamen, sicut mortis ejus historia testatur, post mortem a persecutoribus corpus ejus incensum est. *Greg. epist. 5. ad Theotistam lib. 9. epist. 39. regist. ante med.*

C A P U T IV.

Romanam ecclesiam sanctorum Principes Apostolorum Petrus, ac Paulus & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore suo proprio sanguine sacraverunt. *Nicol. ad consult. Bulgarorum c. 92.*

Tom. VI.

C A P U T V.

Beatus Petrus Apostolus martyrio cum Paulo coronatur, post passionem Domini anno XXXVIII. Qui sepultus est via Aurelia, in templo Apollinis, juxta locum, ubi crucifixus est, juxta palatum Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale tertio Kalend. Julii. *Damas. in Petri Apost.*

C A P U T VI.

Clemens natione Romanus de regione Cælio monte ex patre Faustino, &c. obiit martyr anno Trajani tertio. *Damas. in Clement.*

C A P U T VII.

Linus natione Italus de regione Tusciae patre Herculano, &c. martyrio coronatur. *Damas. in Lini.*

C A P U T VIII.

Evaristus natione Græcus, ex patre Judæo, nomine Juda, &c. martyrio coronatur. *Damas. in Evaristi.*

C A P U T IX.

Alexander martyrio coronatur, & cum eo Eventius presbyter, & Theodus Diaconus. *Damas. in Alexander.*

C A P U T X.

Xystus natione Romanus, &c. fuit temporibus Hadriani usque ad Verum, & Anniculum, martyrio coronatur. *Damas. in Xysti.*

C A P U T XI.

Telesphorus natione Græcus, &c. martyrio coronatur. *Damas. in Telesphori.*

C A P U T XII.

Anicetus natione Syrus ex patre Joanne, &c. etiam obiit martyr, & sepultus est in cœmitorio Callisti. *Damas. in Aniceti.*

C A P U T XIII.

Victor natione Afer ex patre Felice, &c. martyrio coronatur. *Damas. in Victor.*

C A P U T XIV.

Callistus natione Romanus ex patre Domitio, &c. martyrio coronatur. *Damas. in Callisti.*

C A P U T XV.

Urbanus sua traditione multis convertit ad baptismum, & credulitatem, Tiburtium etiam, & Valerianum nobilissimum virum, sponsum S. Cæciliæ, quos etiam usque ad martyrii palmam perduxit, & per ejus monita, & doctrinam multi martyrio coronati sunt. *Damas. in Urban.*

C A P U T XVI.

Pontianus Episcopus, & Philippus * presbyter in exilio ab Alexandro sunt deportati in Sardiniam, in insulam Buccinam *, Severo, & Quintiano Cosl. illic afflictus defunctus est XIII. Cat. Decemb. Quem B. Fabianus adduxit cum clero, navigio, & lepelivit in cœmitorio Callisti via Apulia. *Damas. in Pontian.*

C A P U T XVII.

Anterus natione Græcus ex patre Romulo, &c. martyrio coronatur temporibus Maximini, & Africani consulum. *Damas. in Anter.*

C A P U T XVIII.

Fabianus natione Romanus ex patre Fabio, &c. martyrio coronatur XIV. Kalend. Februar. *Damas. in Fabian.*

GA.

N

98 Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T XIX.

Cornelius natione Romanus ex patre Castino, &c. Hic sub Cæfare Decio martyrio coronatur. &c. *Damas. in Cornel.*

C A P U T XX.

Lucius natione Romanus ex patre Porphyrio, &c. martyrio coronatur. Hic in exilio fuit relegatus, postea nutu Dei incolumis ad ecclesiam reversus est, &c. Qui etiam a Valeriano capite truncatus est iv. Nonas Martii. Hic omnem potestatem ecclesiæ dedit Archidiacono suo Stephano, dum ad passionem pergeret. *Damas. in Luc.*

C A P U T XXI.

Stephanus natione Romanus ex patre Julio, &c. martyrio coronatur. *Damas. in Steph.*

C A P U T XXII.

Xystus (*junior*) natione Græcus ex Philosopho de Athenis, sedid annum unum, menses x. dies xxiv. martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Decii, eodem tempore hic comprehensus est a Valeriano, & duetus ut sacrificaret dæmoniis. Qui quia contempnit præcepta Valeriani capite truncatus est, & cum eo sex diacones Felicissimus, Agapetus, Januarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus VIII. Idus Augusti, &c. Quo tempore fuit magna persecutio sub Decio. Et post passionem beati Xysti die tertio passi sunt Laurentius ejus Archidiaconus, & Subdiaconus Claudius, Severus Presbyter, & Romanus Ostiarius, & Crescentius Lector. *Damas. in Xyst. II.*

C A P U T XXIII.

Felix natione Romanus ex patre Constantio martyrio coronatur, &c. *Damas. in Felicis.*

C A P U T XXIV.

Eutychianus natione Tuscus ex patre Mariano, &c. Hic temporibus suis per loca diversa ccclii. martyres manibus suis sepelivit, &c. Et martyrio coronatur. *Damas. in Eutychiani.*

C A P U T XXV.

Cajus natione Dalmata ex genere Diocletiani Imperatoris ex patre Cajo, &c. Hic fugiens persecutionem Diocletiani in cryptis habitans confessor quievit, martyrio coronatus post annos octo, &c. Qui post annos undecim cum Gabino fratre suo properiter filiam Gabini presbyteri nomine Saffannam martyrio coronatur. *Damas. in Caii.*

C A P U T XXVI.

Marcellinus natione Romanus ex patre Projecto martyrio coronatur. *Damas. in Marcellini.*

C A P U T XXVII.

Marcellus natione Romanus ex patre Benedicto, &c. Hic coarctatus, & tentus est, eo quod ecclesiam ordinaret, & comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse Episcopum, & sacrificis se humiliaret dæmoniorum. Qui semper contemnens, & deridens dicta, & præcepta Maxentii, damnatus est in catabulum. Qui dum multis diebus serviret in catabulo, orationibus & jejuniis Domino deservire non cessabat. Mense autem nono venerunt clerici ejus omnes, & eruerunt eum nocte de catabulo. Matrona vero quedam, nomine Lucina, vidua suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi die, nocteque hymnis, & orationibus Do-

mino Jesu Christo confitebantur. His auditis a Maxentio, misit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & jussit in eadem ecclesia iterum planeas externi, ut ibidem animalia catabuli congregata starent, & ipsis B. Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus est, cuius corpus collegit B. Lucina, & sepelivit in cœmeterio Priscillæ via Salaria xvii. Kal. Febr. *Damas. in Marcell.*

C A P U T XXVIII.

Constantinus Augustus (*junior*) fecit concilium cum hæreticis, simul etiam cum Urfacio, & Valenio, & ejecit Felicem de Episcopatu, qui erat Catholicus, revocavit Liberum. Ab eodem die fuit persecutio maxima in clero, ita ut intra ecclesiam presbyteri, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Qui Felix depositus de Episcopatu habitavit in prædiolo suo via Portuensi, ubi & requievit in pace iv. Kal. August. *Damas. in Liber.*

C A P U T XXIX.

Felix (*junior*) natione Romanus ex patre Anastasio, &c. Hic declaravit Constantium filium Constantini hæreticum, & secundo rebaptizatum, & pro hoc declaratu ab eodem Constantio martyrio coronatur, & capite truncatur. Qui etiā passus est in civitate Corona * cum multis clericis, & fidelibus occulte juxta muros urbis ad lacus Trajani iii. Id. Novemb. *Damas. in Felicis II.*

C A P U T XXX.

Joannes natione Tuscus ex patre Constantio, &c. revertens Papa Joannes venerabilis, & Senatores cum gloria, dum omnia obtinuerint a Justinio Augusto. Rex Theodoricus hæreticus cum grandi dolo, & odio suscepit eos, quos etiam gladio voluit occidere, sed metuebat indignationem Justini Augusti. Tamen in custodia omnes afflitos maceravit *, ita ut beatissimus Joannes Episcopus primæ Sedis in custodia afflitus, deficiens moreretur Ravenne xii. * Kal. Junii. *Ex Pontificali Joannis.*

C A P U T XXXI.

Augusta misit epistolam Romanum ad Sylverium Papam, rogans, & oblecrans, ne pigreris ad nos venire, aut certe revoca Antithimum in locum suum (*sedem CP.*) sed beatissimus Sylverius fiduciam habens in Domino, & B. Petro rescriptit, dicens: „Domina Augusta, ego rem istam num. „ quam ero facturus, ut revocem hominem hæreticum in sua nequitia damnatum “. Tunc indignata Augusta misit iussiones suas ad Belissarium Patricium per Vigilius diaconem, ita continentem: „Vide aliquas occasiones in Sylverium „ Papam, & depone illum de Episcopatu, aut „ festinus certe transmitte eum ad nos, &c.“ Tunc fecit Belissarius Patricius B. Sylverium Papam venire ad se in palatium Pincis *, & ad primum, & secundum velum retinuit omnem clericum, &c. eum suscepit Vigilius Archidiaconus in sua quasi fide, & misit eum in exilium ad Pontianas *, & luctentavit cum pane tribulationis, & aqua angustiarum. Qui deficiens mortuus est, confessus factus. Qui etiam sepultus est in eodem loco

XII.

XII. Kal. Jun. * ibique occurrit multitudo male habentium, & salvantur. *Ex Pontificali Sylverii.*

C A P U T XXXII.

* Jul. al. Martinus de civitate Tudertina provinciae Tusciae, &c. in synodo condemnavit Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum Patriarchas Constantinopolitanos, quia novitates contra immaculatam fidem præsumperunt innectere, &c. Imperator direxit in Italiam Olympium cubicularium ad regendam Italiam, præcipiens ei tenere Martinum, &c. Qui Olympius armans se cum exercitu, voluit schitima sanctæ ecclesiæ intromittere, & non illum permisit omnipotens Deus, quæ nitebatur, perficere, &c. In ecclesia S. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ ad Præsepe, dum ei communionem porrigeret sanctissimus Papa, voluit interimere eum, ut demandaverat suo Spatario. Sed Deus omnipotens ipse excavat Spatarium, ne sanguis ejus effunderetur, & catholica Dei ecclesia hæresi subjugaretur, &c. Deinde directus est ab Imperatore Theodorus Exarchus, cui cognomentum Caliopa, cum Theodoro imperiali cubiculario, qui & Pellurius * dicebatur, cum iustitione, & tollentes sanctissimum Martinum Papam de ecclesia Salvatoris, quæ & Constantiniana appellatur, perduxerunt Constantinopolim, & nec sic eis acquievit. Deinde directus est sanctissimus vir in exilium, in locum, qui dicitur, Cersona *, & ibidem, ut Deo placuit, vitam finivit in pace Christi confessor. Qui & multa mirabilia operatur usque in hodiernum diem, &c. *Ex Pontif.*

* Puluit.
larius

* Cersona.

T I T U L U S XI.

*DE BASILICIS MARTYRUM, ET
ALIORUM SANCTORUM.*

Vide Part. I. Libro I. tit. ult. & Part. II. lib. I. tit. XXII. & seqq. quibus addes.

C A P U T I.

DE ecclesia sanctæ martyris Euphemiae. *Chalced. act. I. in princ. O act. 2. O aliis actionibus.*

C A P U T II.

Dicitur. In ecclesia, vel martyrio, vel monasterio ordinatio publicetur. *Chalced. c. 6. Capitul. lib. I. c. 25. Burch. lib. 2. c. 6. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 20. panorm. O part. 6. cap. 26. decret. Anselm. lib. 7. cap. 93.*

C A P U T III.

Quidam §. 18. q. 2. c. 10. Clerici martyrorum sub potestate Episcopi sunt, contra ausi, canonum poenitentiarum, laici, vel monachi excommunicentur. *Chalced. c. 8. Ivo part. 6. cap. 358. O 359. decret. Anselm. lib. 5. c. 84. in addit.*

C A P U T IV.

Qui mutatur ab una in aliam ecclesiam, nihil percipiat ex bonis prioris ecclesiæ, vel martyrorum, prochiorum, & xenodochiorum ei subjectorum. *Chalced. c. 10. Aqui gr. cap. 50. Cæs. lib. 8. c. 14.*

C A P U T V.

Corpora defunctorum nullo modo intra basilicam Sanctorum sepeliantur, sed si necesse est, de foris circa murum basilicæ. Nam si firmissi-

mum hoc privilegium usque nunc retinent civitates, ut nullo modo intra ambitu murorum cuiuslibet defuncti corpus sit humatum, quanto magis hoc venerabilium martyrum deberet reverentia obtinere. *Brach. I. c. 36. Burch. lib. 3. c. 157. Ivo part. 3. c. 220. decr.*

C A P U T VI.

Nullus Episcopus basilicam, quæ non pro san- *De conf. d. t.*
ctorum patrocinio, sed magis sub tributaria con- *Si quis. c. 9.*
ditione est condita, audeat consecrare. *Brachar.*
II. cap. 6.

C A P U T VII.

Adveniente natali Domini die, convenientes in unum vicinæ ecclesiæ, per triduum, cum psalmis per sanctorum basilicas ambulantes celebrent litanias. *Brach. II. c. 9.*

C A P U T VIII.

Dum in basilica beatissimæ, & sanctæ martyris Leocadiæ omnia coetus adesset, Rex (*S. fernandus*) pro se interveniendum Domino postulavit. *Tolet. IV. in prolog. canonum.*

C A P U T IX.

Multi fidelium in honorem Christi, & martyrum in parochiis Episcoporum basilicas construunt, oblationes sanctas tribuant, &c. *Tolet. IV. c. 32. Burch. lib. 3. c. 203. Ivo part. 3. c. 255. decret.*

C A P U T X.

Apud urbem Toletanam in basilica sanctæ Leocadiæ martyris consedimus, &c. *Tolet. V. in prolog.*

C A P U T XI.

In praetorio Toletano, in ecclesia sanctæ Leocadiæ martyris, statuimus subter inserta capitulo. *Tolet. VI. in prolog.*

C A P U T XII.

Stephanus Emeriteasis sedis dixit: violentia principali se impulsum, ut in monasterio Villulae in qua venerabile corpus sanctissimi Pimenii * p. vii. confessoris debito quiescit honore, novam Episcopalis honoris ordinationem fecisse, &c. In suburbio Toletano in ecclesia Prætoriensis sanctorum Petri, & Pauli Episcopum ordinavit, &c. *Tolet. XII. c. 4. Burch. lib. 1. c. 32. Ivo part. 5. c. 144. decr.*

C A P U T XIII.

In ecclesia sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli ususquisque nostrum debitum fuit locatus in sedibus, &c. *Tolet. XIII. in prolog.*

T I T U L U S XII.

*NEMO HÆRETICORUM MARTYRES
VENERETUR.*

C A P U T I.

ULT non licet in hæreticorum cœmeteria, & martyria, ut appellantur, abire orationis & lanitatis petendæ causia, sed si fideles sint excommunicentur ad tempus, quoad poenitentes, & confessi suscipiantur. *Laod. c. 9.*

C A P U T II.

Non oportet Christianum relinquere martyres Christi, & abire ad pseudomartyres hæreticorum, vel quos ipsi fixerunt, nam alieni sunt a Deo, & anathema sunt, qui ad eos accedunt. *Laodic. cap. 34.*

100 Juris Pontificii Veteris Epitome

TITULUS XIII. COMMUNIA DE MARTYRIBUS, ET DE ALIIS SANCTORUM.

CAPUT I.

Episcopus prius hostiarius, lector, exorcista sit, deinde acolythus annis v. subdiaconus annis v. custos martyrum annis v. diaconus annis v. presbyter annis tribus, &c. *Synod. Rom. CCLXVIII. Episcoporum sub Sylvestro in epilog.*

CAPUT II.

Cum adsint multa a sacris corporibus Apostolorum martyrumque velamina, a peccatorum (*Rom. Pontificum*) corpore sumitur, quod pro magna reverentia reservatur, &c. *Greg. in syn. Rom. c. 4. lib. 4. ep. 44. vel c. 88. registri.*

CAPUT III.

Difl. 30. Si quis superbia usus contemnat synaxes (conventus L.) martyrum, & quae in eis fiunt ministria, & memorias eorum, anathema sit. Gangr. cap. 20.*

CAPUT IV.

De conf. d. 1. De hymnis. A nonnullis humano studio hymni in laudem Dei, atque Apostolorum, & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobat, quod de scripturis sanctorum canonum, vel Apostolica traditione non existunt, &c. Excommunicatione plectendi, qui hymnos reicere fuerint ausi. Toler. IV. c. 12.

CAPUT V.

Hymnum trium puerorum, &c. quidam sacerdotes in missa dominicorum dierum, & in solemnitatibus martyrum canere negligunt. Proinde sanctum concilium instituit, ut in omnium misericordiarum solemnitate idem in publico decantetur, communionem amissi omittentes. *Toletan. IV. cap. 1.*

CAPUT VI.

Quicumque Regem nece attrectaverit, &c. anathema sit in conspectu Dei patris, & Angelorum, &c. anathema in conspectu Christi, & Apostolorum ejus sit, &c. anathema sit in conspectu Spiritus sancti, & martyrum Christi, &c. *Tolet. IV. c. 74.*

CAPUT VII.

Testamur coram Deo, & omni ordine Angelorum, coram prophetarum, atque Apostolorum vel omni martyrum choro, coram omni ecclesia catholica, & Christianorum coetu, ut nemo intendat in interitum Regis, &c. *Tolet. VI. c. 18. Burch. lib. 15. c. 26. Ivo part. 16. c. 27. decr.*

TITULUS XIV.

DE CRUCE, ET DE VENERATIONE, QUAE IPSI DEBETUR.

CAPUT I.

Definimus cum omni diligentia, & cura venerandas & sanctas imagines ad modum, & formam venerandæ, & vivificantis crucis e coloribus, tessellis, aut alia quavis materia commode paratas dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, &c. Illisque salutationem, & honorariam adorationem exhibent, non secundum fi-

dem nostram, veram latram, quæ solum divinæ naturæ competit, sed quemadmodum typo venerandæ, & vivificantis crucis, & sanctis evangeliiis, &c. reverenter accedimus, &c. Qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, &c. aut quidquam de confacatis in ecclesia abiicere, evangelii inquam depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, &c. si fuerint Episcopi, aut clerici, deponuntur si monachi, aut laici communione privantur. *VIII. synod. Nicen. II. act. 7. in definit. Hadrian. de imaginibus cap. 67. & 68.*

CAPUT II.

Beatus Hieronymus presbyter Hierosolymitanus in quodam sermone scripta reliquit. Et enim sicut permisit Deus omnibus gentibus adorare quæ manufacta sunt, Judæis quidem crustas illas, quas fabricavit Moyses præterea duo Cherubim aurea, ita nobis Christianis crucem largitus est, & bonorum operum imagines pingere, & venerari, &c. *Hadrian. ad Constantin. & Ireneum VII. synod. act. 2. quæ epistola approbata fuit ad finem.*

CAPUT III.

Cum crucem vivificant salutamus, convenienter canimus: *Crucem tuam adoramus Domine, lanceam, quæ vivificant latus sanctitatis tuae aperuit, adoramus. Quæ sane adoratio nihil aliud est, quam salutatio, sive amplexum malis dicere, quod indicat hoc, quod labiis quoque nostris propriis ea contingimus, &c. Taras. & VII. syn. in epist. ad Imperator. in fine eiusdem synod.*

CAPUT IV.

Dignum est, ut secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipsa refertur, etiam derivative icones honorentur, & adorentur æque, ut sanctorum sacer liber Evangeliorum, atque typus pretiosæ crucis, &c. *Synod. VIII. CP. sub Hadr. II. c. 3.*

CAPUT V.

Patriarchæ Dominicæ crucis vexillum ante se faciant ubique deferri, nisi in urbe Romana, &c. *De privil. c. 13. Gr. IX. c. 8. eod. tit. in Innoc. III. in concil. gener. Later. c. 5. 4. coll.*

CAPUT VI.

Particulam Dominicæ crucis cum eulogis dilectionis vestrae veneranter accepi. *Leo epist. 70. ad Juvenalem Hieros. Episcop.*

CAPUT VII.

Petrus sequenti die baptismatis sui, hoc est, Dominico, in festivitate paschali, imaginem Genitricis Dei, & venerandam crucem in synagoga Judæorum posuit, &c. His horramur affabibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione, imagine, atque cruce, debeat, quod violenter ablatum est, reformare. *Gregor. lib. 7. Indict. 2. epist. 5. ad Januar. Caral. in regis.*

CAPUT VIII.

Diximus unam crucem, & clavem pro benedictione a sanctissimo corpore Petri Apostolorū principis, ut per ipsum a maligno sis defensus, per cuius lignum* munitum te esse credis, & ex eo te protegat, qui juvenilia tibi suggerit recordari.

dari. Greg. lib. 7. Indict. 2. epist. 53. regist. ad Secundin. inclus.

C A P U T IX.

Bellum erat cum impiis, in quo licet non aper-
te, insignem tamen belli solum habuisti Deum
nostrum Christum, cuius quidem labarum insigne
gestasti, ipsam dico vivificantem crucem, ma-
gnum illud post mortem illius trophyum, in quo
mundi fines quadripartito descriptis, partes etiam
eius litteris indicavit. Greg. II. epist. ad Germanum Episc. CP. apud VII. synod. act. 4. post
princ.

C A P U T X.

Ipsam virginem (*Joseph*) videlicet sceptrum, fi-
deliter, atque pulchre in typo crucis explanavit,
B. Augustinus in Psalmo LXXXIII. inter cetera di-
cens: „Immo jam in nomine Christi evenire gau-
„deamus, jam tenentes sceptrum subduntur li-
„gno crucis, jam fit, quod prædictum est: adora-
„bunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes
„servient illi. Jam in frontibus Regum pretiosi-
„us est signum crucis, quam gemma diadema-
„tis“. Hadr. in lib. de imaginib. c. 24.

C A P U T XI.

Psalm. 71. Sancti Ambrosii Mediolanensis Episcopi, ex
libro de incarnatione inter cetera: „Nunquid,
„cum & divinitatem ejus adoramus, & carnem,
„Christum dividimus? Numquid cum in eo ima-
„ginem Dei, crucemque veneramur, dividimus
„eum? Apostolus certe, qui de eo dixit: Quo-
„niam & si crucifixus est ex iniuria, vivit
„tamen ex virtute Dei, ipse dixit: Quia non di-
„visus est Christus“ &c. Item ex epistola san-
cti Gregorii Papæ Leontio exconsuli missa, inter
cetera: „Oleum quippe sanctæ Crucis, & aloes
„lignum suscepimus, unum, quod tactum bene-
„dicat, aliud, quod per incensum bene redo-
„leat“. Hadrian. de imaginib. cap. 91. Greg.
lib. 7. epist. 34. registr.

C A P U T XII.

Cor. 7. Sciscitamini, si liceat crucem Domini cum re-
liquiis mundo, sive immundo hanc habenti oscu-
lari, vel portare. Quod ei, qui mundus est, o-
mnino licet, nam in osculo, quid nisi amor, quo-
quisque circa ea flagrat, innuitur. In deportatio-
ne vero ejus, quid nisi mortificatio carnis, vel
compassio proximorum exprimitur? Siquidem
hanc, & Dominus bajulare præcepit, sed in men-
te, verum, & cum corpore gestatur, ut & mente
gestari debeat, facilius admonetur, &c. Igitur
crucem Domini, passionem ejus venerantes, oscu-
lamini, & pro ejus amore, si necessitas exigit,
eadem cogitatione armamini, portate eam, sed
cum summa reverentia, & corpore, & corde mun-
dissimo, ita ut a mente vestra numquam decidat,
id est, ut per abstinentiam carnem semper afficia-
tis & per compassionem necessitatem proximo-
rum vestram putatis, &c. Præmissa digna reve-
rentia, si munditia mentis, & corporis commit-
tatur, etiam quadragesimali tempore, de quo spe-
ciali consultatione percunctati estis, crucem Do-
mini & portare, & superiori regula custodita,
licet, cum libuerit, oculari, sed, & tunc maxi-
me, atque ibi, quando, & ubi antiqui hostis, vel

pugnæ, vel insidiæ præcipue formidantur. Nicol.
ad consult. Bulgar. c. 7. § 8.

C A P U T XIII.

Quando prælio inire soliti eratis, indicatis vos
hactenus in signo militari caudam equi portare,
& sciscitamini, quid nunc vice illius portare de-
beatis. Quid aliud utique nisi signum sanctæ cru-
cis. Ipsum est enim, quo Moyses mare divisit, &
Amalech interfecit, quo Gedeon Madianitas su-
peravit, & Christus Dominus noster diabolum,
qui habebat mortis imperium, non solum supera-
vit, sed & prostravit. Ipsum est signum, quod
portamus in frontibus nostris, ipso a cunctis defen-
dimur hostibus, & ab omnibus munimur incurso-
nibus, hoc est signum fidei, & ingens horror dia-
boli, quo Christiani Principes in necessitatibus
suis semper utuntur, & Reges veram religionem
sectantes sepe celebres, Christo propitio, trium-
phos de hostibus operantur. Sed ut manifestius
sciatis, quid pro illa equina cauda in signum de-
beatis militare convenientius, cum in apparatum
belli proceditis, portare, pauca de Constantini
armis memoranda ducimus, &c. Ille quippe
cum adversus Maxentium urbis Romæ tyran-
num exercitum duceret, &c. vidit per soporem
ad Orientis partem in cælo signum crucis igneo
fulgore rutilare, cumque tanto visu fuisse exte-
ritus, astare sibi vidi angelos dicentes: „Constan-
„tine in hoc vince“. Tū vero fæsus redditus, &
de victoria jam securus, signum designat, hoc in
militaria vexilla transformat, ac labarum, quem
dicunt, in speciem Dominicæ crucis exaptat, &
ita armis, & vexillis religionis instructus, adver-
sus impiorum arma proficitur, & sine cruento
Romani populi, ut ipse Deum precabatur, Ma-
xentio in flumen demerso, de tyranno mirifice
triumphavit. Nicol. ad consult. Bulgar. c. 33.

C A P U T XIV.

Consulitis, si licet super mensam, in qua sacer-
dos, aut diaconus deest, vexillum sanctæ crucis
imprimere, & comedere? quod præculdubio licet,
nam omnibus datum est, ut & omnia nostra hoc
signo. debeamus ab insidiis munire diaboli, & ab
eius omnibus impugnationibus in Christi nomi-
ne triumphare, &c. Nicol. ad consult. Bulgar.
cap. 53.

C A P U T XV.

Ipsa crucis imago, antequam suscipiat eum for-
mare figuram, lignum omnibus commune est.
Susciens autem omnipotenter venerandam simili-
tudinem, sacra est, & dæmonibus terribilis, pro-
pter quod in ea figuratus est Christus. Nicol. in * fixus, t.
epist. ad Michael. Imp. incipit, Principatum,
ante fin. relata. VIII. synod. sub Hadrian. II.
act. 4.

C A P U T XVI.

Salutiferæ crucis signum omni cura, & honore
venerandum est, per quod salvati sumus ab antiquo
peccato. Unde adorationem ei tribuentes,
qua in solo ac pavimento crucis signa sunt, abo-
lieri jubemus, ne trophyum victoriae nostræ pedi-
bus concultetur. Qui in solo ponunt curant crucem,
excommunicentur. Trull. c. 73.

CA.

102 Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T XVII.

Venerabilis crux lapidata est ab his, qui cum ipso (Severo heretico) iudicant. *Epiphanius Episcop. Tyrin. epist. ad synod. CP. post med. V. synod. act. 1.*

C A P U T XVIII.

Ego quatenus duo ligna crucis colligata sunt, typum quidem adoro propter Christum, qui in eo crucifixus est, cum vero fuerint dissoluta a se, abiicio ea, & exuro quoque. Et quemadmodum qui mandatum Imperatoris suscepit, illius sigillum osculando, non ipsam ceram, aut characterem, aut plumbum veneratur, verum Imperatori ipsi adorationem, & cultum exhibuit, ita quoque christianorum filii typum crucis adorantes, non naturam ligni adoramus, sed sigillum, & annulum, & characterem, Christum ipsum aspicientes, per hoc eum, qui in illo crucifixus est, salutamus, & adoramus. Et quemadmodum genuini filii peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affectu, quidquid illius in domo viderint, sive baculum, sive sedem, sive chlamydem, hæc inquam omnia cum lacrymis attrectantes amplexantur, non illa honorantes, sed patrem desiderantes, & venerantes, sic & nos fideles omnes crucem Christi tanquam virginem adoramus, ut sedem vero, & cubiculum illius ter sanctum sepulchrum, &c. Hinc etiam propter Christum, Christique passiones, passim in ecclesiis, in domibus, & foro, in picturis, in sindonibus, in promptuariis, vestibus, omnibus denique in locis hanc (*crucis*) figuram ponimus, quo continuo contemplantibus nobis hæc in mentem veniant, &c. Quotidie per orbem terrarum omnes homines plane impios, ex leges idololatras, scortatores, & latrones confessim per Christum, & crucem illius compunctas in agitionem meliorem venire, mundoque renuntiantes omnem virtutem colere videtis, &c. Christianorum populus quacumque crucis, & imaginum ejus figuratas amplectuntur, non ipsis lignis, aut lapidibus, vel auro, aut corruptibili imaginis, aut capsulae, aut reliquiis cultum praestant, verum per hæc Deo omnium factori gloriam, venerationem, & cultum exhibent. Si quidem qui in sanctos impenditur honor, in ipsum recurrit, &c. Alioquin & multa Deus per crucem auditu mira fecit &c. Is qui tanta miracula per ligna fecit Deus, nunquid per sanctæ crucis pretiosum lignum miranda efficerere potest, &c. Cum igitur Christianos cruce adorasse conflexeris, scito, quia crucifixio Christi honos impenditur, tantum abest, ut lignum colat, &c. Rursus nos crucem non ita affamur, neque etiam sanctorum imagines, Dii nostri estis, &c. *Leont. Episcop. Neapoleos Cypri IX. ex lib. 5. apologia contra Judæos. VII. synod. action. 4. ante med.*

C A P U T XIX.

Alios nemine impidente templum recepit, me solum autem miseram non admisit, &c. Stabam autem in angulo quodam aulae ipsius templi, atque ita adhuc vix a populi tumultu me defendere potui. Cumque sursum adspicerem, intuita sum vivum illud lignum, statimque ratio salutaris

oculos mentis meæ tetigit, cum indicaretur mihi cœnositatem, & impuritatem operum meorum in causa esse, quam ob rem a templo secluderet. Coepi ob id flere, & lamentari, &c. ecce in superiori loci, in quo stabam, parte imaginem sanctissimæ Deiparae stantem conflexi, loquor autem ad eam, &c. Jube, ut mihi contingat in templum ingressus, fac, ne priver adspectu ligni, in quo juxta carnem adfixus fuit, quem tu genuisti, proprium suum sanguinem in redemptionem mei effundens. Jube, ut & mihi quoque fores pateant, ut & divinam illam crucem adorem, do enim fidejussorem tibi Deum, qui ex te ortus est, me non amplius corpus hoc meum turpi commissione conspurcatum? Verum ut tantummodo crucem filii tui inspiciam, confessim mundo, omnibusque rebus mundi vale dico, & renuncio, &c. dein procedens, ingressaque sancta sanctorum, sancta crux vivifica me, ut eam adspicerem, dignata est, divinaque illuc mysteria inspexi, &c. Ex *Vita S. Mariae Aegyptiacæ in VII. synod. act. 4.*

C A P U T XX.

Quid dicere oportet, cum videamus reges nostros, & Imperatores ex propria erga Deum affectione pro sua statua salutiferam crucem, gloriationem sæculi erexisse. *German. Episc. CP. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos. VII. synod. action. 4.*

C A P U T XXI.

Joannes Abbas Anachoreta ibat Hierosolymam adorandæ crucis gratia, &c. Ex Dionys. presbit. ecclesiæ Ascalon. VII. syn. act. 5. ad finem.

C A P U T XXII.

Euphemia peccante, apparer a capite signum illud, quod consuetudo est Christianis adorare, & depingere. Symbolum autem arbitror passionis, quam illa suscepit, &c. *Asterius Amasiæ Episcopus de S. Euphemia martyre relat. in VII. synod. act. 6. tom. 5. in med.*

C A P U T XXIII.

Multa, quæ inter nos sacrata sunt, sacram precationem non accipiunt, cum a se ipso, & a nomine suo plena sint sanctificatione, & gratia: qua propter & veneranda, & sancta honoramus, & amplectimur. Ipse itaque typus salutiferæ crucis sive sacrata precatione, sive dedicatione apud nos honorabilis existit. Satisfacit enim nobis figura, quæ tum sanctificationem accipit, a nobis fuerit adorata. Nam sive in fronte eam tamquam sigillum imprimimus, sive per vacuum aerem crucis signum facimus speramus, confidimus dæmones crucem posse fugare. Eodem modo per imaginem, & per nominis significantiam, quam ad primum exemplar referimus, fieri posse credendum est. Quin etiam salutantes eam, & honorifice adorantes, speramus nos sanctificationem consecuturos, &c. *Epiphan. contra Greg. & alios VII. syn. act. 6. tom. 4. post princ.*

C A P U T XXIV.

Gloriosus Maximus, cuius laus in omnibus ecclesiis, quando cum quibusdam de ecclesiasticis negotiis agebat, divinam figuram venerabilis crucis, item lacrum evangelium, & venerandam imaginem jussit in medium adduci, voluitque ut in

in confirmationem adororum, oscularentur ab omnibus, &c. Epiph. VII. syn. act. 7. in fin.

C A P U T XXV.

Facta precatione unusquisque sancta evangelia, venerandamque crucem, & imaginem Dei Servatoris nostri Iesu Christi, nec non dominæ nostræ Deiparæ salutarunt, ponentes manus suas super ea in confirmationem eorum, quæ locutierant, &c. Tarasius dixit: „Animadvertisamus fratres, quo pacto dixerunt hoc verbum, n̄ ταῦτα στύπων, id est, salutarunt, quod & nos facere debemus, nam latra ad unum Deum refertur.“ Taras. CP. VII. syn. act. 4. ante med.

T I T U L U S XV.

DE UTILITATE, QUÆ PERCIPITUR USU IMAGINUM.

C A P U T I.

SAlutamus etiam sanctas Dominicas, Apostolicas, & Propheticas, item Sanctorum, præcipue autem dominæ nostræ Deiparæ imagines, quæ nobis veluti exemplaria sunt, & instructiones bonorum operum imitationis, & fidei erga Christum, omnem idolatriam execrantes, &c. VII. syn. act. 4. in fin.

C A P U T II.

Sacram imaginem Domini nostri Iesu Christi, & omnium Liberatoris, & Salvatoris æquo honore, cum libro sanctorum Evangeliorum, adorari decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, salutem consequuntur omnes, ita per colorum imaginariam operationem, & sapientes & idiotæ cuncti, ex eo, quod in promptu est, perfruuntur utilitate. Quæ enim in syllabis sermo, hæc & scriptura, quæ in coloribus est, prædicat, & commendat: & dignum est, ut secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem, propriæ honorem, qui ad principalia ipsa referunt, etiam derivative icones honorentur, & adorentur, & que ut sanctorum facer evangeliorū liber, atque typus pretiosæ crucis. Si quis ergo non adorat icona Salvatoris Christi, non videat formam ejus, quando venerit in gloria paterna glorificari, & glorificare sanctos suos, sed alienus sit a communione ipsius, & claritate*. Similiter autem & imaginem intemeratae matris ejus, & Dei genitricis Mariæ, insuper & iconas sanctorum Angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina scriptura, sed & laudabilissimorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & sanctorum virorum, simul, & omnium sanctorum, & honoramus, & adoramus & qui sic le non habent, anathema sint a Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Syn. VIII. gen. CP. sub Hadrian. II. c. 3.

C A P U T III.

Bonum profecto, & valde proficuum est, venerabiles iconas pingere. CP. VIII. c. 7.

C A P U T IV.

Idcirco pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi qui litteras nesciunt, saltē in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas, & illas servare, & ab earum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & literarum nescii haberent unde scientiam historiarum

colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret. Greg. lib. 7. ep. 109. registr. ad Seren. Massiliens.

C A P U T V.

Perlatum ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus sanctorum imagines, sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris.

*De conf. d. 3.
c. 27.*

Et quidem quod eas adorari vœtisses omnino lavavimus, fregisse vero reprehendimus. Dic frater a quo factum sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? si non aliud, vel illud te debuit revocare, ne despectis aliis fratribus, solum te sanctum esse crederes, & sapientem. Aliud est picturam adorare, aliud per picturam historiam, quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa etiam ignorantes vident, quod sequi debeant: in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Unde & præcipue gentibus pro lectione pictura est. Frangi vero non debuit, quod non ad adorandum in ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum, & quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, &c. convocandi sunt dispersi ecclesiae filii, eisque scripturaræ sacræ est testimoniis ostendendum, quia omne manufactum adorari non licet, quoniam scriptum est, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servis.* Ac deinde subiungendum est, quia picturas imaginum, quæ ad adorationem imperiti populi fuerant factæ, ut nescientes litteras ipsam historiam interentes, quid actu sit, discerent, quia transisse in adorationem videras, idcirco commotus es, ut eas imagines frangi præciperes. Atque eis dicendum: si ad hanc instructionem, ad quam imagines antiquitus factæ sunt, habere vultis in ecclesia, eas modis omnibus, & fieri, & haberi permitto. Atque indica, quod non tibi ipsa visio historiarum, quæ pictura teste pandebatur, displicuit, sed illa adoratio, quæ picturis foerat incompetenter exhibita, &c. & si quis imagines facere voluerit, minime prohibe, adorare vero imagines modis omnibus devita. Sed hoc follicite fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestæ adoratione solius omnipotentis sanctæ Trinitatis humiliter prosternantur. Gregor. ad Seren. Massiliens. Epist. lib. 9. epist. 9. registr. apud Hadrian. de imaginibus c. 61. 81. 96. Ult. Burch. lib. 3. cap. 36. Ivo lib. 2. tit. 4. cap. 29. panorm. Part. 3. cap. 41. decr. Ans. lib. 13. cap. 45. Tarrac. lib. 4. c. 66.

Lue. 4.

C A P U T VI.

Ipsa sancta sexta synodus fideliter per canones orthodoxe statuens ita constituit dicens: „In quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus digito precursoris monstratur designatus*, qui in signum relictus est gratiae, & post partam secundum humanam figuram, & in imaginibus a nunc pro vetet, agno reticulari decernimus &c. “ Hadrian. ad Carol. c. 35. Trull. 83.

* Monstra-
tur designa-
tur, al.

C A P U T VII.

Divus pater Gregorius Apostolorum successor prædicavit, ob id dipingi in templis evangelicas

hi-

historias, ut homines illiterati, & qui sacros libros legere nequeunt, quorum sane maxima pars est conspectis illis, redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quae in carne conversatio Domini nostri Jesu Christi fuisset, ut taceam alios Imperatores, &c. qui omnes juxta antiquam traditionem, venerandas imagines & receperunt, & tenent, & in memoriam, & compunctionem cordis conservant, & venerantur, &c. Nam qui imaginem apergit, inquit, Gregorius Episcopus Nyssæ, quæ ex arte per diversos colores in tabula est expressa, non ex pictura, & colorum tintura similitudinem accipit, sed ad contemplationem primi exemplaris animum reducit, &c. Hadrian. ep. ad Constantium VI. & Irenem, post princ. & post med. apud VII. syn. act. 2.

C A P U T VIII.

Prædicta incorporea agmina (*angelorum*) diversis coloribus effigurantur, & compositionibus varios per colores, quatenus tacite nosmet ipsos per sacratissimas effigies ad simplices, & incorporeales pia mente transeat. Etenim impossibile est, nostra mente ad incorpoream illam pertingere cælestis militiæ imitationem, visionemque, nisi per elementorum poterimus visibilem ad invisibilem, pulcherrimamque attingere effigiem, &c. Ex Dionys. de cœlest. hierarch. c. 1. Hadr. de imaginibus c. 36.

C A P U T IX.

Picturas non in aliū usum admittimus, nisi ut perfectius omnium conspectui, oculisque exhibeantur, quemadmodum agnus, qui peccata mundi sustulit, juxta humanam effigiem configuratus a nobis erigitur, ut ex hac ejus humilatione altitudinem verbi Dei considerantes ad memoriam dispensationis in carne ejus omnia trahantur. Thras. in ep. ad Episc. orient. in med. ex VI. synod. apud VII. syn. act. 3.

C A P U T X.

De Polemonis imagine, quæ scortum a turpitudine deterruit. Greg. Theol. carmine in sermone de virtute. VII. syn. act. 4. post princ. vide Hadr. de imaginibus c. 69.

C A P U T XI.

Passim in trivis, in foro, in agris in compitis nominis proprietate (*Meletius*) satisfacere incumbebat, &c. quod autem in nomine faciebat, hoc & in illius imagine effectum est: si quidem in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, & ubique sanctam illam imaginem multi pinxerunt, ut non tantum sanctam illam appellationem audirent, sed & ubique corporis formam insipientes, duplēcēm haberent peregrinationis consolationem. Joannes Chrysostom. in enconico in Meletium. VII. syn. act. 4. in princ.

C A P U T XII.

Vidi saepius inscriptionis imaginem, & sine lacrymis transfire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret historiam, procumbit enim ante aram Isaac genibus innixus circumductas ferens in tergo manus. Ille vero (*Abraham*) a tergo pueri innixus pedum curvamini, sinistra comam pueri apprehendit ad se trahens: declinat autem faciem ad puerum, miserabiliter intuens,

Meleti exercitatione sacrificata.

dextram autem gladio obarmatam gestat, quam etiam ad cædem dirigit, jamque gladii acies ipsum corpus propemodum attingit: cum illum di vina vox a facto deterret. Gregor. Nissen. in orat. de Deitate Filii & Spiritus sancti. Joannes venerabilis monachus dixit: „Si tanto doctori historia „inspecta peperit utilitatem, & lachrymas, „quanto magis rudibus & idiotis utilitatem, & „commoditatem afferet.“ Theodorus sanctissimus Episcopus Catanes dixit: „Si beatus Gregorius vigilans ad divina oracula, inspecta Abraha historia flevit, quanto magis œconomia Domini nostri Jesu Christi veri Dei nostri, a nobis inspecta, ad lachrymas, & utilitatem contemplantes nos adhortabitur, &c. in VII. syn. action. 4. post princ. vide Cyrill. Alexand. in epist. ad Acacium Episc. Scythopoleos in eadem act.

C A P U T XIII.

Multa de pictura martyrii Euphemiae virginis Asterius Episcopus Amaseæ in Ecphrasi, de eadem. Asterius sacram tabulam vocat (*picturam martyrii Euphemiae*) Gregorius Theologus imaginem venerandam, Chrysostomus sanctam. Constantinus Episcopus Constantiæ Cypr. VII. synod. action. 4. post princ. Major est imago, quam sermo, atque hoc providentia Dei contingit propter idiotas homines. Joann. presb. ibid.

C A P U T XIV.

Quæcumque præscripta sunt, in nostram doctrinam sunt præscripta. Ipalæ igitur sacræ imagines, & picturæ tum Mosaicis operibus, tum colorum materia delineatæ, in nostram doctrinam, zelum, & typum eriguntur, & pictæ sunt, ut & nos illis conformes, idem certamen apud Deum exhibeamus, quo & nos eo statu, & parte constitutæ, quo illi fuerunt, & cohæredes regni sui cœlestis faciat. Theodosius Amorii Episcop. VII. synod. action. 4. post princip.

C A P U T XV.

Adiit simul cum eo ecclesiæ precum fundarum gratia, cum vero isthic sanctorum martyrum historias depictas conspicaretur interrogavit; ecquid ista sibi vellent? Audiens autem ab eo, quænam essent a sanctis miracula designata, quotque intolerabiles cruciatus a tyrannis pertulissent, miratus est plurimum etiam ad stuporem usque: postquam autem aliquandiu apud religiosum illum virum hæsisset, subiit illi in mentem, quo Hierosolymam peteret, atque illic sacri baptismatis rore lavaretur. Ex Anastasii Persæ martyris vita apud VII. synod. act. 4. post princ.

C A P U T XVI.

Non oportere in basilicis martyrum venationes pingere, aut punctiones, sed in sacro loco ab Oriente sanctissimi templi unicam, & solam effigiari crucem. Per solam enim salutiferam crucem genus humanum liberatum est. Per hanc desperabundis undique spes annuntiatur. Verum novi, & veteris testamenti historiis hinc inde parietes templi replere doctissimi pictoris opera velim, quo scilicet ii, qui litteras non norunt, neque sacram Scripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, quinam germande vero illi Deo per fortia facta servierunt, atque

in certamine excitentur gloriosorum, & laudatorum facinorum, per quæ eum cælo terram commutarunt, venerantes scilicet per contemplationem ea, quæ non viderunt. In communis vero domo, in qua multa fuerint habitacula, sufficiat singulis veneranda crucis imago. *Nilus ad Olympiadorum Proconsulem VII. synod. act. 4. ante med.*

C A P U T XVII.

Hebr. 12. 4. Quæ de imaginibus nobis cognita sunt dicimus. Illud prius subiicientes, oportere, nos omnem rerum vanam novitatem observare, & maxime cum in fide, in Christi populo discordia, tumultus, & scandali argumentum suboritur. Deinde in ecclesiis consuetudinem longi temporis tenendam, &c. Apud christianos sanctorum viorum imagine, qui usque ad sanguinem peccato obliterunt, ut cum Apostolo loquar, qui que verbo veritatis ministraverunt, dico autem Apostolos, & Prophetas, qui pia vita in bonorum operum exercitio fuerunt, qui que vere Dei servi reperti sunt, nihil aliud sunt, quam fortitudinis eorum delineatio, sanctæque dispensationis, & virtutis figuratio, ad glorificandum Deum, cui in praesenti hac vita servierunt, admonitio, & instructio. Sermo enim, qui bonorum virorum actiones recenset, juvat audientes, & ad imitationem saepius adhortatur. Hoc etiam per frequentem imaginum inspectionem fieri, verisimile est. Nam quæ historica narratio per auditum docet, ea tacens pictura per imitationem ostendit. Magnus enim Basilius inquit, ex utroque ad fortitudinem incitari. Brevis, & ut ita dicam, per summa facta narratio, & factorum in imagine per plurimum expressorum imitatrix demonstratio nobis contemplantibus utilis est. Nam & per idola falsorum illorum Deorum gesta impura demonstrantur. Nam & qui sape audiverunt, ejuscmodi de sanctis viris narrari, si iterum in imagine ista representari viderint, in memoriam ea, quæ audiuerunt, & legerunt, reducunt. Qui etiam ignorantes ejuscmodi, cum objecta fuerit eorum oculis talis contemplatio, causam inquirendi, & per vestigandi acquirunt. Præterea ab his vehementius in anorem, & laudem Dei concitamus, ita ut per hæc utraque illi, qui egregia sanctorum facta vident, aut audiunt, Patrem nostrum, qui est in cœlis, glorificare juxta evangelii vocem co-

Matt. 5. gantur. Legislatio autem Mosaica populum jubet filamenta hyacinthina ad vestium fimbrias asperere, ut memores sint iustorum, & ea custodiunt. Multo sane magis per similitudinariā vim apparentem in pictura sanctorum virorum egreditur gloriae Catastrophes rite videre licet, horumque fidem juxta Apostolicam doctrinam imitari. Domini autem juxta carnem formæ characterem figurari, in redargutionem hæreticorum, qui eum in phantastico, & non vero corpore venisse delirantes dicunt, quid obest? &c. Non enim colorum, & lignorum mistura adoratur, sed invisibilis Deus, qui in finu Patris existit, &c. Ita etiam sanctitatis Christi, & supergloriosæ Matris imagines a populo Christiano inspicuntur, & considerantur, & honore afficiuntur. Quare a longis temporibus sanctissimis ecclesiis eas suscipere visum fuit,

Num. 15.

Hab. 13.

neque quidquam adhuc accidit, ut prohibetur. Quin etiam post omnium persecutionum turbulentias, & post fidei confirmatae ubique libertatem, omnibus synodis universalibus usque ad nostram generationem celebratis, cum multi quoque canones de imaginibus ederentur, nunquam tamen quidquam de earum abrogatione, statutum est, quod certe, si illicitæ fuissent, fieri debet. Multa autem de idolis, & idolorum statuis, & execrationibus earum in scriptura dicta sunt, &c. Neque hanc confuetudinem non paucæ, aut ignobiles urbes, verum omnium regionum nobisissimæ, & principales ecclesia servant. Quod autem res perpetua sit, historicas scripturarum narrationes in imagine effigiare, adstruit beati Gregorii Nysseni Episcopi sermo in Abraham, inscriptione præ se ferens, in quo de oblatione Iaac in tabula expressa recenser. Quod si autem illorum res ita expressæ sunt, quanto magis miracula Dominicæ dispensationis, & passionis demonstrationem habere debent. Sic etiam athleticæ sanctorum martyrum fortitudines, quæ ad zelum, & bonam imitationem alpientes inducent, exprimi debent, in quibus haberur etiam generosi, & admirandi martyris Anastasi veri pugilatus certamen, &c. Non enim illa scripta idolorum damnatione, vituperationeque verus, & germanus Trinitatis adorator populus Christi se notari putabit, quod sanctorum virorum imagines in recordationem virtutis eorum habeat, &c. Illud vero necessarium est, ut dicatur, nequam Christianos suorum juxta carnem aut cognitorum, aut amicorum, aut familiarum figuram pingentes, illam aut colere, aut honore aliquo dignam dicere, immo ne Imperatorum quidam iuribus obedientes potestati talia tribuunt, in quibus sane culpabiles inveniuntur, qui dicentes se sapientes, infatuatis sunt, &c. Nam si quipiam cum scientia, sanctorum alicujus imaginem aspicerit, recte Deum laudans dicet: *Rom. 8. Gloriabitur Deus*, nomenque Sancti apponet, ut per hunc modum id, quod in depreciatione a nobis dicitur, impletatur, ut per visibilia, & invisibilia ter sanctum nomen Christi glorificetur. Verum neque sanctorum virorum aliquem, Deum appellari sustinuerimus, propriæ enim, & vere ejuscmodi appellatio Deo convenit, & iis, qui faciunt, quod Deo placeat, Deus id nomen tradidit, ut in psalmorum sacro codice scriptum est. Neque rursus *Psalms. 81.* ut sufficientem existimantes cognitionis Dei assertiōnem ejuscmodi imagines habentes, despiciimus in ecclesiis Dei populi congregations, &c. Nec quempiam offendat, quod ante sanctorum imagines lumina, & suave olentia thymiamata accenduntur. Symbolice enim ista fieri in honorem illorum opinandum est, quorum cum Christo requies, quorum honor ad ipsum recurrit, hoc ipsum testante Basilio, quod erga conservos bonos honor, erga ipsum Dominum communem benevolentia signum exhibet. Sensibilia enim lumina symbolum sunt immaterialis illius, & a Deo dati luminis; aromatum autem incensio sincerum, & totum sancti Spiritus afflatum, & repletionem significat, &c. Ante omnia vero providen-

dum est, ne a sententia permuteris, ne ex hoc ini-
mici nostri, & hostes crucis Christi supercilium
elevent contra fidem nostram, dicantque. Huc
usque Christiani errarunt, nisi enim institutum
suum idolatriam cognovissent, non sane nunc
manu facta abiiceret, &c. Quid autem dicere o-
portet, cum videamus Reges nostros, & Impera-
tores ex propria erga Deum affectione, pro sua
statua salutiferam crucem gloriationem saeculi e-
rexisse? *Germanus Episcopus CP. ad Thomam*
Episcopum Claudiopolos VII. synod. in act. 4.

C A P U T XVIII.

Offendor in hoc, quod coram imaginibus pro-
cidit. Scriptura autem ubique prædicat, ne fa-
ciamus nobis sculstile, aut aliquam similitudinem,
Christianus dixit: Deo, ut talis est, scriptura ju-
bet, non esse faciendam similitudinem, neque a-
liquam imaginem adorandam esse, ut Deum. I-
magines enim, quas vides, ad memoriam Jesu
Christi salutaris nobis incarnationis pinguntur,
personam illius humanitatis exprimentes. San-
ctorum autem imagines eodem modo uiulcujus-
que prælia, certamina, & pugnas, item conten-
tiones contra diabolum, & mundum, viatoria-
que significant, &c. Christiani zelo, & fide flagran-
tes sanctorum imagines inspiciunt, recordantes
in typos quanta fuerit eorum erga Deum pietas.
Quinimmo adorantes, sanctorum Deum invoca-
cant dicentes: „Benedictus Deus hujus, vel il-
„lius sancti, omniumque sanctorum, qui dedisti
„illis patientiam, & tolerantiam, quippe eos di-
„gnatus es tuo regno, fac nos cum illis participes
„& intercessionibus eorum serva nos“. Salvato-
ris autem imagines contemplantes, & adoran-
tes spiritualibus oculis, & luminibus mentis o-
mnium Deo gratias agimus, qui formam servi
accipiens, hominem, mundumque liberavit, no-
bisque sine ullo peccato existens similis factus
est. Non igitur ligneæ imagini, aut picturæ cul-
tum exhibemus, adoramusque, sed omnium Do-
minum Christum glorificamus, &c. *Ex libro di-
sputationum Judxi, & Christiani VII. synodus*
act. 5. post princ. (forte Leontii.)

C A P U T XIX.

De conser. Venerandas imagines Christiani neq. Deos ap-
d. 3. c. 28. pellant, neque ut Deo cultum exhibent, neque
salutis spem in illis constituant, neque ab his ju-
dicium aliquando futurum expectant. Quod si
autem in recordatione, & memoriam, item quod
singulari quadam affectione in ipsa prototypa fe-
rebantur, salutaverint, & honorifice adoraverint
imagines, non tamen ob id illis latriam exhibue-
runt, aut divinam venerationem adscriperunt,
&c. Ut illi, qui audiunt auribus, gloriam Deo
acclamat, ita qui oculis vident, eundem glori-
ficant, quia in recordationem conversationis il-
lius inter homines, hoc modo pervenimus. Nam
si narratio scripta nobis res declarat, quid ni &
pictura idem demonstret? *Epiph. contra Greg.*
& alios VII. syn. act. 6. tom. 2. post princ.

C A P U T XX.

Omnis artes illiberales, quæ a scopo manda-
torum Dei declinant, interdictæ sunt; quæ vero
secus agunt, sed in usum vitæ aliquem proficiunt

& non sunt indecoræ, ita a sanctis patribus no-
stris non sunt damnatae nec exclusæ. Picturæ au-
tem arte, si in aspectum turpitudinis quispiam
usus fuerit, execrabilis est, & damnosa, &c. Si
autem honestorum virorum vitas, & historias
certaminum martyrum, eorumdemque passiones,
item magni Dei, & Servatoris nostri Jesu Chri-
sti dispensationis mysterium pictura re-præsentare
voluerimus, tunc quidem pictorum arte utentes
valde recte secile dicemur, nam & pictor crucem
depingit, nec tamen aliquis cui sanum cerebrum
est, ob eam caussam pictorem averatur, neque
a Divina gratia illum excludit, quod coloribus
eam ornaverit. Rursus, & de libris similiter judi-
candum est, nam si quispiam turpes historias, aut
gesta referat, turpis quoque est abiiciendus, &
Christianis auribus indignus censebitur; si vero
divinitus inspirata verba scribat, commemoran-
dus est, &c. idem de imagine Domini nostri Je-
su Christi, sanctorumque ejus existimandum, &c.
Epiph. contra Gregor. & alios tom. 2. ante fin.
in VII. syn. act. 6.

C A P U T XXI.

Veri adoratores, qui in spiritu, & veritate De-
um colunt, non cessabunt imaginum picturas,
quas in historiam, & recordationem tantum ha-
bent, erigere, & has venerantes, amplectentes-
que juxta Deo gratam sententiam, & decretum,
sanum thoracem veritatis induent, &c. Etenim,
& B. Basilius in encomio quadraginta martyrum
sic ait: „Age dum in medium eos adducentes,
„communem ab illis utilitatem præsentibus con-
„stituamus, &c. Nam quæ sermo historicus per
„auditum exhibit, hæc pictura tacens per imi-
tationem ostendit“. *Epiph. contra Greg.*
& alios apud VII. synod. act. 6. tom. 4. post
princ.

C A P U T XXII.

Imaginum pictarum jugis contemplatio con-
tinuo memoriam exercet, ne iterum recurratur
ad proprium vomitum. Si quem autem amore *Gen. 39. b.*
meretricio detentum rapere cupit, casti Joseph
imaginem proponit, qui adulterium execratus,
& temperantia illud vicit*, atque hoc ipsum fa-
ctum in imagine re-presentatum amatores hujus
virtutis multum confirmat. Rursus alibi beatam
Susannam continentia exornatam exhibet, ex-
tentis manibus auxilium ex alto invocantem, Da-
nielemque præsidentem judicem erucentem eam e
manibus impiorum sacerdotum. Ipsa autem piætu-
ra ad recordationem temperantis, & continentis
vitæ facit. Rapere vult aliquem luxuriosum, mol-
libusque vestimentis indutum, & non erogantem
in pauperes, quæ posset ab illis pretiosis vestibus
sumere, & a sua delicata vita. Joannem huic pilis
camelorum indutum, edentem silvestre mel, &
digito Christum, qui suffert peccata mundi, in-
dicantem exhibet. His adjungit Basilium magnū
& cum eo solitariorum, jejunantiumque, corpo-
ribus in terram stratis, multitudinem, &c. semper
per eam Dei recordari possumus. Nam est cum
lectio in sacratis templis non pronuntietur, ima-
ginum autem apparatus, & mane, & meridie,
& vespere in his fixus, actorum veritatem narrat

* iijam vin-
cens, al.

Dan. 13. c.

& annuntiat, &c. Epiph. tom. 6. in fin. act. 6.
de utilitate imaginum in VII. syn.

C A P U T XXIII.

In Nicæna synodo Tharasio CP. & Vicariis Papæ veteris Romæ, & aliis Orientis sacerdotibus interventientibus judicatum est, quod juxta antiquam constitutionem sanctorum patrum nostrorum imaginum picturam ad instructionem, & memoriam mentis nostræ, & participationem sanctificationis ecclesia recipit. Quidquid enim sanctum Evangelium per lectionem nobis demonstrat, hoc idem imagines per inspectionem. Quidquid idem libri de passionibus martyrum narrant, hoc ipsum etiam imagines signant, has enim recipimus tamquam effigurationem prototyporū, nihilominus credentes in unum Deum in Trinitate laudatum, eidemque soli latram exhibentes poscimus intercessionem intemeratae Dominae nostræ sanctæ Deiparæ, sanctorum item Angelorum, omniumque divisorum patrum nostrorum. Tharas. ante VII. synod. in epist. ad Joannem presb. in princ.

T I T U L U S XVI.
DE MIRACULIS, ET USU IMAGINUM.

C A P U T I.

IMAGINES operantur multa miracula. *Gregor. II. in synod. Rom. apud Hadrian. de imaginibus cap. 70.*

C A P U T II.

In Cæsarea Palestinae regionis mirifica a S. viro (*Anastasio*) designata recensemus. Cum sanctæ civitati reliquias sacræ appropinquasset, omnibus res ea fuit declarata, & significata. Itaque lætitia magna profusi omnes, surgentes subito, lignaque sacra pulsantes, invicem obviam facti sunt, in veneranda Virginis Deiparæ æde, quæ appellatur *Nova*. Illinc cum cruce, & supplicatione egressi, lati, & gaudentes cum gratiarum actione sacris reliquiis ocurrerunt, &c. Accedentibus illis, & salutantibus sepulchrum martyris, illicque sacris reliquiis munus in memoriam sancti offerentibus, mulier quædam, (*Arete*) &c. Ego, inquit, reliquias e Perside venientes numquam venerabor, &c. Cum sacræ reliquiae in urbem allatæ fuissent, communis sententia cives martyri oratorium prope *Tetrapylum*, locus est is in medio civitatis, constituere decreverunt, quin etiam illius imaginem illic constituerunt. Jam cum esset extructum oratorium, sanctus martyr in habitu monachi per somnum coram misera afflitto, illique ait, *e lumbis ægrotas?* ipsa autem respondens: Non, inquit, Domine, neque enim quidquam mali sentio. Postquam hoc dixisset, ex parte facta subito dolores in se ruere sensit, cœpitque clamare, & gemere, &c. Jam docta sum meo cum periculo, reliquias ex Perside adorandas venerandasque, & quæ Deus sacravit, non esse communia appellanda. Impositam itaque eam scutulo, (*fili*) bajularunt. Cum autem appropinquasset ipsi loco ipsa eminus conspicata sancti imaginem, cum lachrymis cœpit exclamare: Hic est, qui in somnis a me visus, instruxit me de matis, quæ me habent, deinde se ipsa in folium

prosternens, sanctumque orationibus flebilibus martyrem placans, sana firmaque surrexit. Ex miraculi sancti Anastasi martiris.

Petrus, & Petrus vicarius Hadriani Pap. veteris Romæ dixerunt: „ Ipsi illa imago in præsentem diem Romæ est in monasterio cum pretioso capite “. Joannes Episcopus Tauromeniacus dicit: „ Recte dixerunt venerabiles vicarii. Nam & in Sicilia muliercula, cum dæmonio vexata, retur, Romam profecta ad imaginem sanctissimam sopradictam sanata est “. VII. synod. action. IV.

C A P U T III.

Cum Christianus in domo conducta imaginem Christi ex adverso lectuli fixisset, erat hæc sane veneranda, quod integrum Christi Domini proportionem exprimeret, &c. Judæus domo conducta cum alios invitasset, illam viderunt, & convocatis aliis, multis malis afficere tentarunt, & dum singula passionis persequuntur, cum lancea latus imaginis aperuissent, exivit sanguis & aqua, &c. ex eo sanguine, & aqua hydria repleta in synagoga unctus paralyticus, & cæci sanantur, & multitudo magna ægrotantium, atque homines Judæi conversi sunt, &c. Sanctam Iconam Domini Salvatoris Metropolitano demonstrarunt, is a Christiano didicit, unde imaginem habuisset. Qui dixit, Nicodemum eam fecisse, & Gamalieli Pauli magistro reliquisse, eum vero Jacobo, Jacobum Simoni, & Zachæo, & sic Hierosolymis conservatam. Sed ante excidium XLII. anno post ascensionem Domini, biennio ante adventum Titi & Vespasiani, eam imaginem Christiani cum reliquis transtulerunt, eaque in Syria permanxit. Is vero eam a parentibus accepit, & pro hærede possidebat, &c. Episcopus ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones milit singulas de sanguine, & aqua, quæ de imagine Domini Salvatoris nostri decurrerunt, quas etiam per Asiam, Africam, Europam per suos nuncios dirigens cuncta, quæ evenerant, universis declaravit, efflagitans, ut nona die Novembr. qui apud Hebræos nonus est mensis, non minori reverentia, quam Natalis Domini, vel Paschalis ista dies præcipua observatione colatur, &c. Hic est sanguis ille Dominicus, qui apud plerisque repertus esse dicitur, nec potest ex carne, & sanguine Christi aliquid in mundo reperiri, nisi illud quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur, &c. Athanasius in sermone de imagine Christi. Berytens. lecta in VII. syn. act. 4.

C A P U T IV.

Tharasius Patriarcha dixit: „ Sed quispiam dixerit, quamobrem miracula a nostris imaginibus non eduntur? “ Cui sicut ita sit cum Apostolo responsum: Miracula non creditibus de- Mat. 12. ta sunt, sed illis, qui in incredulitate versantur, &c. Generatio enim improba, adulteri- 1. Cor. 14. na signum querit, &c. Tharas. VII. syn. act. 4.

C A P U T V.

Vir Galata senex in monte Sina degens, cum filium ei barbari abstulissent, Dominum nostrum Christum per intercessionem Platonis patrii marty-

108 Juris Pontificii Veteris Epitome

tyris ad commiserationem sollicitabat. Idem quoque filius in vinculis per ejusdem martyris patrocinum tentabat, ut sic misertus Dominus miraculum aliquod exhiberet. Utrorumque autem preces cum essent exauditæ, patris videlicet in spem mortis latentis, filiique, in captivitate detenti. Ecce confessim martyr noster Plato ipse eques, equumque alium trahens filio vigilanti, cognoscentique ex pictura sœpe visa effigiem martyris apparuit, iussisque ut ex media turba exurgens equum ascenderet. Vix dixerat hæc, cum vincula aranearum telis fragiliora visa sunt, ipseque solus per divinum nutum admonitus, liberatusque equum ascendens, gaudens, considensque divinum martyrem suum secutus est. Compendio autem, & admodum velociter uterque tum sanctus ipse, tum adolescentis monachus, veluti alati, sensis mentionem pervenient, assequunturque jacentis adhuc in terra, & filii cladem deflentis. Sanum autem patri ex animo dolenti præclarus vicit, martyisque filium dilectum postquam obtulisset, nusquam amplius visus est, ut non dubitandum sit, quin omnibus in locis Deum periplos martyres invocantibus, mirifica, & admiranda præclarri illi athletæ per Dominum Christum dare possint, &c. *Nilus in epistola ad Heliodorum Sileniarium. VII. synod. act. 4. post princ.*

C A P U T VI.

Cum aliquando ab aulicis quibusdam injuria essem affectus, venit ad me diaconus meus, virpius, & timens Deum, retulitque in somnis sibi visum Metropolitanum nostrum, pollicentem negotiis meis expectatum finem, & successum. Ibi mihi inquirenti, qua effigie visus sibi esset Patriarcha, respondit: Facie rubicunda, & capite cano. Inquam ego, non esse eam Patriarchæ similitudinem, sed Divi Nicolai imaginem, quemadmodum fertur. Respondit tum is mihi, me recte dixisse, sic enim circumfertur illius imago passim expressa, quemadmodum mihi in somnis adstitit. Mox itaque confusus sermonibus, in sacram, & Regiam urbem profectus, res, quæ ad Episcopatum meum pertinebant, ex animi sententia composui. *Theodor. Myrorum Episc. VII. synod. act. 2. post princ.*

C A P U T VII.

Genes. 50. A sanctorum martyrum reliquiis, & imaginibus sœpe dæmones fugantur, &c. Quot inumbrações, quot scaturigines, sœpe etiam sanguinis flores ex imaginibus & reliquiis martyrum extiterunt, &c. Quod si est impium ossa venerari, quamobrem ossa Joseph cum omni honore ex Ægypto veda sunt? Quomodo homo mortuus ossa Heliæ attingens resurrexit. Jam si per ossa mirifica Deus facit, clarum est, quod & per imagines, lapides, pluraque alia idem possit. *Leont. Episc. Neapoleos Cypri ex lib. 5. apolog. contra Judæ. VII. synod. act. 4. in med.*

C A P U T VIII.

Imaginem maximam, & mirificam vidimus, repreäsentantem in medio quidem picturam Domini nostri Jesu Christi, Christi autem matrem & dominam nostram Deiparam semper Virginem Mariam a sinistris, a dextris vero Baptistam, &c.

præterea Apostolorum, & Prophetarum choros aliquot, & Martyrum cœtus, qui ante imaginem collocati genibus flexis, & capitibus in solum inclatis, ante Dominum procidebant, &c. Tertio ad eandem imaginem venientes, prædictis verbis modisque usi sunt horamque longam obsecrarent, & declinati, hoc solum, quod jubes Domine, clamabant: Christus vero commiseratus annuit, &c. De terra itaque surgentes martyres, primo quidem gratias agebant Deo nostro, qui eorum preces exaudiuit, deinde gaudentes, & exultantes: Ecce, ajunt ad ne, gratiam Deus tibi dedit, ingredere itaque Alexandriam, & in magno templo jejonus dormi, parumque olei ex lampade, quæ supra Salvatoris imaginem accensa dependet, in ampulla sumpto, rursum jejonus ea, quæ hic sunt, auferes, & hoc pedes ungens, donum latitudinis consequeris, &c. Ipse vero surgens post somnum, lampadis oleum sumpsit, & ad Sanctorum sanum veniens manus & pedes inunxit, & confessim a morbo liberatus, valetudinem bonam recuperavit. *Sophron. Episcop. Hierosolymit. in encomio in sanctos Cyrum & Joann.*

C A P U T IX.

Thomas presbyter, & monachus, Vicarius Orientis dixit: Hæc ipsa imago Alexandriae in templo dicto Tetrapylo etiam hodie existit, omnemque morbos curat. *VII. synod. act. 4. in medio.*

C A P U T X.

Incluso dixit dæmon: imaginem istam, si nolis me tecum luctari, cave amplios adores. Habuit autem imago figuram dominæ nostræ Deiparae Virginis Mariae gestantem Jesum Christum, &c. Theodorus dixit, non egredieris, quia adores Christum Jesum Dominum nostrum cum matre sua in imagine, &c. *Sophron. Hierosolymitanus Episcopus in Limonario, ubi multorum sanctorum vitas scripsit in med. Synod. VII. action. 5. ante fin. act. 4. post med.*

C A P U T XI.

Vir quispiam admodum mansuetus fistula in junctura coxae laborabat, &c. Multis consulentiibus, ut Cosmæ & Damiani famulorum Dei templum sacratum adiret, statuit tecum consiliis amicorum, res enim multi consilio necepsitas, acquiescendum. Vider igitur per somnium viros Dei sibi astantes, dicentes, ad eundem ad nos, & sanaberis, &c. egredius ad eum, sacram videt in porticus limite a dextro latere imaginem Servatoris nostri positam, apposta autem erat, & sancta Deipara dominæ nostra, beatique viri Cosmas, & Damianus, & quidam ex magnatibus, qui tabulam suspedebat, Leontius nomine. Oblerationibus igitur rursum factis, amareque illacrymans multis horis rogat sanctos, ut voti fiat compos; digressus autem ad cubiculum domus sua videt noctu sanctos viros Dei ad se venientes, in medio autem Virginem matrem dicente ad illos, en hic est, suppetias illi quamprimum ferre. *Ex libro miraculorum sanctorum Cosmæ, & Damiani. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XII.

Constantinus quidam etiam peregre profectus imaginem sanctorum Cosmæ, & Damiani ferre

solebat, &c. is uxorem duxit, quæ cum paulo post ex maxilla dolere cœpisset, falsa est, te eos dolores amplius ferre non posse. Is vero illi respondens, ait, siquidem in nostra civitate viveremus, possem ego cerea sanctorum meorum Cosmæ, & Damiani imagine omnes dolores tuos sedare, & auferre, &c. Rogavit illa ut in sancta beatorum æde, postquam reversi fuissent, preces fundere sibi liceret, &c. Videt in somnis tremendos hos, & magnos medicos, & famulos Christi Colimam, & Damianum ea, qua pinguntur, figura, lecto suo assistentes, &c. Maritus recordatus, quod in manicis sub axilla figuram sanctorum ferret, manicam excussum, uxoriique imaginem ostendit. Hæc autem cum vidisset, adoravit, & cognovit vere omnia, quæ cum sanctis, & secum essent acta. *VII. synod. act. 4. post med. ex eod. lib. miraculorum sanctorum Cosmæ, & Damiani.*

C A P U T XIII.

Manzon Episcopus Praconorum dixit: Postquam ego e regia urbe profectus in civitatem meam pervenissim, subito morbo adeo corruptus fui, ut amicorum jussu testamentum condere cogerer, sed jussi, ut inferrent ad me sanctam Servatoris nostri Christi imaginem, quam cum vidisse, dixisse, Domine, qui das sanctis gratiam, respice me, imposuisse, loco dolenti, morbus ab ea repulsus est, & sanitatem recuperavi. Theodorus Episcopus Seleucia dixit, & nobis hoc præceptum est, factum enim est non longe a nobis. *VII. synod. act. 4. post med. post dict. lib. lectionem.*

C A P U T XIV.

Fidelis quædam mulier sanctos Dei Cosmam & Damianum precibus sollicitabat, nec satifuit, quod in singulos dies eorum templo frequentabat quin etiam omnibus aedium suarum parietibus imagines eorum appinxit &c. Cum graviter terminibus cruciaretur, ad locum repere coepit, in cuius parietibus sanctorum effigies depinixerat, fide sua pro Scipione. Christma autem accipiens, in aquam effudit, illamque bibit, & confessim sanitati sanctorum intercessione, restituta est, &c. *Ex libro passionis sanctorum Cosmæ, & Damiani. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XV.

Ajunt Simeonem Romæ tam fuisse fama nobilis, ut in omnibus erijam officinarum vestibulis exiguae ejus imagines collocarint, custodiam quandam, & securitatem rebus suis illinc promittentes. *Theodoritus Episcopus Cyri in vita Simeonis. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XVI.

Illa imago Simeonis plura miracula fecit. *Ex vita Simeonis in mirando monte cap. 118. VII. synod. ibid.*

C A P U T XVII.

Constantinus Episcopus Constantiæ Cypri relutit, vidisse hominem, qui oculum sibi effodit eodem stimulo, quo oculum pietæ Virginis Deiparæ effodit. Alius quod clavum in fronte imaginis B. Petri infixit, dolore capitidis torquebatur, donec clavum abstulit, admonitus ab Episcopo Citi, qui id testatus est in synodo. Agarenus quo-

que oculum amisit, quod oculum effodit imaginis. *VII. synod. act. 4.*

C A P U T XVIII.

Stabam in angulo quodam aulæ ipsius templi, atque ita adhuc vix a populi tumultu me defendere potui, cumque sursum aspicerem, intuita sum vivificum illud lignum, statimque ratio salvularis oculos mentis inæc tetigit, &c. imaginem sanctissimæ Deiparæ stantem conspexi. Loquor autem ad eam, non conniventibus oculis, eandem inspiciens, &c. Jube, ut & mihi quoque fores parent, ut & divinam illam crucem adorem, &c. procul audivi vocem clamantem: Si quidem Jordanem transieris, requiem invenies bonam, &c. *Ex vita sanctæ Mariae Ægyptiacæ. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XIX.

Joannes vicarius Orientis dixit: Talem imaginem nos vidimus in sancta Christi Dei nostri civitate, eamque saepius salutavimus. *VII. synod. ibid.*

C A P U T XX.

Supra illum locum in trabe crucis imago Salvatoris nostri Jesu Christi stebat. Theodoro autem ex bubone ejulante, instillarunt in illum gutta roris ex imagine, confessim levius a dolore se habuit, sanitatique pristinæ restitutus est, &c. meditabundus in oratorium sancti martyris Christophori, quod prope oppidum erat, concidens in faciem se projecit, &c. Cum autem jam a pavimento se levasset, inque Dei imaginem intentius spectaret, dulcedinem sensit melle suaviorero orienti illius insertam, &c. & ab illa hora facilis negotio, & dociliter psalterium didicit. *Ex vita Theodori Archimandritæ monasterii Sicanon. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XXI.

Neanias venit in Scythopolim, & omne sodalitum aurifaborum, & argentariorum convocans interrogavit eos dicens: Potestis ne mihi facere vas aliquod, quod ego tradam vobis? Illi vero communī consilio statuerunt apud illum unum ex omnibus, quem optimum artificem existimabant, nomen illi Marcus erat, &c. Perlaus itaque Marcus in abdito ex auro, & argento noctu crucem fabricavit. Cum autem opus consummatum erigeretur, tres in eo imagines apparuerunt. Scriptum autem erat Hebraica dialecto in superiori parte Emmanuel, & utrinque in summitate alarum, Michael, & Gabriel. Voluit autem Marcus sibi timens expandere imagines, verum non potuit, confessim enim manus illius sicca permanit. Sub gallicinum autem dux, qui dicebatur Neanias ad ædes Marci, quo crucem auferret, properat. Vident autem illam, protinus adoravit. Ait autem ad Marcum. Quæ sunt haec persona? quæque haec inscriptio? (Respondit Marcus). Domine, in qua hora crux a me erigebatur, imagines istæ per se enatae sunt, neque ego cognosco, quænam, aut cujus sit inscriptio. Neanias vero cognoscens virtutem quandam in his esse adorata cruce, Marco artifici copiosam mercedem solvit, &c. *Ex martyrio B. Procopii lectio in VII. synod. act. 4. post med.*

CA.

IIO Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T XXII.

Summa rerum in hoc concludi potest, quod extra omnem controversiam est, sanctorum imagines mirifica designare miracula, ut & debili-
bus valetudo bona per eos * concilietur, saepe que in somnis apparentes optima quæque nobis consulant. Extra omnem controversiam est, in
* Zozopoli Pisidiæ civitate imago Virginis matris intemerata, quæ ex pieta etiæ manu sua unguentorum scaturiginem effudit, cuius sane miraculi plures testes sunt. Hæc omnia sancti per fidem operati sunt in mundo, ut in Actis Apostolicis legimus, cuius rei etiam evidens testimonium est umbra vestimentorum, & sudaria sanitates largientia. Quod igitur non omnis corporis umbra, neque qualibet sudaria id possint, facile videt is, qui, quæ fides fuerit utriusque erga Deum animadverterit, ut qui ejusmodi gratia per inanimata illa indicaverit. Quamobrem credendum est, per imagines quoque talia a Deo designari, non per quaslibet tamen picturas aut imaginum species ejusmodi sunt, sed sanctorum effigies representantium tantum, aut Iesu Christi, neque enim hujusmodi curationes spontaneas esse credendum est, sed tantummodo ex Dei gratia. Dignum autem est, ut arbitror, & id recentere, quod apud Pamphili Eusebium scriptum est in historia Ecclesiastica. In Paneade enim civitate, quam & Cæsarem Philippi Evangelium vocat, dicitur fuisse domus Hæmorrhœæ, &c. pro foribus autem domus, ajunt, ex ære fusam imaginem flare, quæ Domini nostri effigiem representat, ex adverso vero statua ejusdem materiae mulieris genibus provoluta, palmasque suppliciter tendentis, expressa est, &c. Sub pedibus autem statuæ Dominica herba quædam excrescit peregrina specie, neque satis cognoscibilis, quæ omnium morborum remedia, & curationes exhibet. Quod & ipse Eusebius se vidisse tradit. Manifestum autem est, quod ex insigni misericordia ejusmodi dona contingunt. Idem in eodem libro scripsit te Apostolorum Petri, & Pauli, item ipsius Domini nostri Iesu Christi ex coloribus depictas imagines vidisse, asserit autem ea specie, qua putantur fuisse, &c. Germanus Episcopus CP. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos VII. syn. act. 4. ante fin.

C A P U T XXIII.

Cosroes postquam impressionem in civitatem (Edeffenam) fecisset, mille insidias terendit, &c. Re igitur ad summam desperationem deduxit imaginem a Deo factam, quam hominum manus non attigit, portant, Augaro, vel Abagaro autem Christus Deus, quod eam videre desiderabat, misit. Hanc igitur sacram imaginem ad opus a se factum afferentes, ignem quidem succenderunt, lignæque Cosroæ machinæ immulerunt, confessim autem divina voluntate, & potentia fideque insipientium res successit, & quod antea non poterant, tunc perfecerunt, &c. Evagr. lib. 4. hist. Ecclesiast.

Leo Lector magnæ ecclesiae CP. dixit: Cum ego descendillem cum regiis apocrysiis in Syriam Edessam petivi, & venerandam imaginem non

factam hominum manu adorari, & honorari a populo vidi. VII. syn. act. 5. antefin.

C A P U T XXIV.

In somnis foemina quædam devota vedit quendam ad se venientem, & dicentem: Age, mitte ut simulachrum Abbae Theodosii ejus qui in scopolu vivit, huc adferatur, & Deus tibi dabit aquam. Mulier itaque duos homines misit, qui imaginem afferrent, quæ cum esset allata, dimitentes eam in puteum, confessim aqua scaturit, ut bona pars putei impleretur. Attulit itaque nobis de ista aqua, bibimusque, & Deum nostrum glorificavimus, &c. Habebat senex (Joannes Abbas) in spelunca imaginem intemerata nostræ Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, habentem in ulnis Christum Deum nostrum. Cum autem esset abitus in desertum vastum, aut Hierosolymam adorandæ crucis gratia, & sancta loca, vel in montem Sinai orandi causa, vel ad martyres longe ab Hierusalem distantes, erat enim studiosus martyrum, nunc enim in Ephesum ad B. Joannem, nunc vero ad Euchartam ad sanctum Theodorum, vel ad sanctam Theclam in Seleuciam, vel Araphas ad B. Sergium ibat. Candelam parabat, eamque incendebat pro suo more, & cum accinctus ad iter preces funderet, dicebat ad Dominam totus in imaginem ejus intentus. Sancta Domina Deipara, quandoquidem restat mihi longum iter conficiendum, candelam tuam cura, eamque inextinctam juxa meum propositum serva: nam ego tuo fretus sublido longum iter ingredior. Hæc autem cum ad imaginem dixisset, abiit, destinatumque iter postquam confecit, rediit, nunc quidem intra mensem, nunc intra duos, aut tres, est, & quando quinque, aut sex mensibus absfuit, candelam tamen semper accensam deprehendit, &c. Ex incerto. VII. synod. act. 5. ante fin.

T I T U L U S XVII.

DE VENERATIONE IMAGINUM.

C A P U T I.

Tharasius sanctissimus Patriarcha respondit, &c. Vim litterarum lectorum (Hadrianus Papæ Romani) confirmamus, & imaginum picturas secundum priscam patrum nostrorum traditionem recipimus, & has desiderio nostro adoramus & in nomine Christi Dei nostri, & intemeratae Dominae nostræ Deiparæ Virginis, sanctorumque Angelorum, & omnium Sanctorum factas, sed apertis verbis testamur, nos dum taxat in unum Deum verum latrjam, hoc est cultum, & fidem nostram referre, & reponere. Sancta synodus dixit: Universa sancta synodus sic credit, & sic docet. VII. synod. act. 2. in fin.

C A P U T II.

De imaginum usu, & veneratione Tharasius in epistola ad Episcopos Orientis, & Theodorus Episcopus Hierosolymitanus, quorum sententiam omnes partes amplectuntur. VII. synod. act. 3.

C A P U T III.

Sancta synodus dixit diviniloquorum patrum doctrinæ nos correxerunt, &c. ab his eruditæ venerandas imagines amplectimur, illis adorationem tribuimus, &c. venerandas imagines salutem,

mus,

mus, &c. gloriāmūr in facie matris, nēmpe in traditione catholicæ ecclesiæ, &c. Venerandas imagines salutamus. Qui sic non credunt, anathema. Qui aliter sentiunt, longe ab ecclesia abiiciantur &c. Christianorum accusatoribus, & Iconoclastis anathema. Qui ex scriptura sententias contra idola dictas in sanctas imaginēs torquent, anathema. Qui sacras imagines idola vocant, anathema. Qui dicunt Christianos tamquam Deos imagines amplecti anathema. Qui scienter communionem habent cum iis, qui sanctas imagines reiiciunt, aut contemnunt, anathema. Qui dicunt præter Christum, aliquem nos a cultu idolorum liberasse, anathema. Qui dicere audent sanctam catholicam ecclesiam idola umquam admisisse, anathema. VII. synod. act. 5. in fin.

C A P U T . IV.

Sancta synodus exclamavit, &c. Venerandas imagines amplexamur. Qui secus agunt, anathematizentur. Qui sic non sentiunt, ab ecclesia deplorantur, &c. Quicumque sententias sacræ scripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quod imagines Christiani, ut Deos adorent, anathema. Qui scientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema. Qui præter Christum Dominum Deum nostrum dixerit alium nos a cultu idolorum liberasse, anathema. Qui autem ecclesiam catholicam dicere aliquando idola suscepisse, anathema, &c. Cunctis hæreticis anathema. Rugienti conciliabulo contra venerandas imagines, anathema. Impia hæreſeon verbula æstimantibus anathema. Theodosio pseudoepiscopo Ephesi, anathema. Sisinnio Pastore, anathema. Basilio maledico Tricacabo anathema. Trinitas trium horum dogma sustulit, Anastas. Constantino, & Nicatori, qui successebile thronum Constantinopolitanæ ecclesiæ ascenderunt, non aliter, ac novo Ario, Nestorio, Diſcoro anathema. Sancta Trinitas horum trium dogma sustulit. Joanni Nicomediæ, & Constantino Natoliæ hæresiarchis anathema. In nihilum redegerunt imaginem Domini, & sanctorum ejus, Dominus eos in nihilum deduxit. Si quis ex Iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit, anathema. Si quis Deum secundum humanitatem non circumscriptibilem confessus fuerit, anathema. Si quis evangelicas narrationes per picturam repræsentatas non acceptaverit, anathema. Si quis has non salutaverit in nomine Domini, & sanctorum ejus, anathema. Si quis traditionem ecclesiæ, sive scripto sive consuetudine valentem non curaverit, anathema. VII. synod. act. 7. in fin.

C A P U T . V.

Audemus anathematizare Arii insaniam, Macedonii rabiem, &c. Deinde, & qui post hos vana, & nova excogitarunt nugamenta contra venerandas imagines, eodem iusfragio, & convenienter accepto a sancto Spiritu verbo, & pura fontis illius aqua, spongea divinorum dogmarum absterrimus, & expunximus, inventoreique au-

peræ vaniloquentiæ longe extra ecclesiasticos muros ejecimus, &c. His ita se habentibus in confesso, & sine ulla dubitatione credimus acceptam, & placitam coram Deo esse venerandarum imaginum depictionem, &c. Qui vero ita non est animatus, sed circa venerandarum imaginum adorationem laborat, & dubitat, eum anathematizat sancta, & veneranda nostra synodus, quæ efficacia divini spiritus, & ecclesiasticis patrum traditionibus munita est, & cincta. Syn. VII. in ep. ad Constat. & Irenens. Imp. post act. VII.

C A P U T . VI.

Apostolice instructi, traditiones, quas acceperimus, servamus, omnia scilicet suscipientes, quæ sancta catholicæ ecclesia, & scripto, & conuentu admisit. Quorum de numero, cum & venerandarum imaginum essent figuraciones, de his peculiariter egimus. Nicæn. II. in epist. ad cler. CP. ad med.

C A P U T . VII.

Theodorum Iconomachum, qui nominatur Crithinus anathematizat sancta haec, & universalis synodus, & omnes consentaneos ejus, tam qui nunc adhuc supersunt, quam qui in eodem sensu, & opinione vita excesserunt. Synod. VII. gen. sub Hadrian. II. act. 8. in fin.

C A P U T . VIII.

Ascendens Stephanus Deo amicissimus diaconus, & notarius anathematizavit ita: Omnibus hæreticis anathema. Concilio, quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema. His, qui sumunt divinæ scripturæ dicta, quæ sunt adversus idola contra venerandas imagines, anathema. His, qui vocant lacras iconas idola, anathema. His, qui dicunt, quia ut ad Deos Christiani ad imagines accesserunt, anathema. His, qui coquinant, & inhonoran venerabiles iconas, anathema. Anastasio, Constantino, &c. anathema. Synod. VIII. gen. act. 8. in fin.

C A P U T . IX.

Sacram imaginem Domini nostri Jesu Christi æquo honore cum libro sanctorum evangeliorum adorari decernimus, &c. propter honorem, qui ad principalia ipsa refertur, iconæ honorentur, æque ut facer evangeliorum liber, atque typus pretiosæ crucis. Si quis ergo non adorat iconam Salvatoris Christi, non videat formam ejus, &c. Sed alienus sit a communione iphius, & caritate*. Si militer autem, & imaginem intemeratae matris ejus, Dei genitricis Mariæ, insuper, & iconas sanctorum Angelorum depingimus, quemadmodum eos figurat verbis divina scriptura. Sed & laudabilissimorum Apostolorum, prophetarum, martyrum, & sanctorum virorum, & omnium sanctorum honoramus, & adoramus, & qui sic se non habent, anathema sint. Synod. VIII. CP. sub Hadrian. II. cap. 3.

C A P U T . X.

Cupimus ad compescendam erroris insaniam, adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere, forsitan resipiscere inquieti. In libro enim Exodi sic Exod. 25. legimus: Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, loquere filii Israhel ut tollant mihi primicias, &c, haec sunt autem quæ accipere debe-

112 Juris Pontificii Veteris Epitome

tis, & cætera per ordinem usque ad duos Cherubim, qui erant super arcam testimonii, &c. Aliud testimonium ex libro tertio Regum, ut sileant garribentes mandato Dei. A Salomone construto templo, inter alia fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum, & infra: Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro, & operuit tam Cherubim, quam palmas, & cætera auro. Ecce charissimi fratres, consideremus, quid Deo mandante Moses fecerit, quidve Salomon sapientissimus iussu construxerit divino, &c. Quanto debemus puro corde, & animo sculptum Christum Deum nostrum, sanctamque semper Virginem ejus Genitricem Mariam, Apostolos quoque, vel omnes Sanctos Dei, per eorum sacras effigies, atque imagines colere, vel adorare, & ad propitiandum nobis petere, & relaxari delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus, & adoramus, sed pro nobis incarnato Verbo Dei. Si autem manufacta omnia obicienda sunt, neque arca fœderis, neque aurei, & cælati Cherubim ejus debuerunt recipi, &c. Si vero illa susceppta sunt, & hæ imagines opportune recipiuntur, quoniam secundum Deum sunt. Unde & operantur, sicuti & arca, multa miracula. *Greg. II. in synod. Rom. apud Hadrian. de imaginib. c. 70.*

C A P U T XI.

Quoniam oportet nos majorum nostrorum instituta immoto mentis intuitu conservare, & in omnibus sanctorum patrum semper dogmata venerari, definimus de lacris, & venerandis imaginibus Domini nostri Iesu Christi, ejusque semper Virginis Genitricis Mariae, omniumque sanctorum, qui Deo ab Abel justo placuisse creduntur, quæ ecclesia sancta in universo orbe diffusa antiquitus accepit, quæque sedis Apostolicæ Præfules pro eis decreverunt, ac statuerunt, illibata persistere, atque intemerata permanere. *Nicol. in synod. Rom. c. 6. apud synod. VIII. gen. CP. act. 8. sub Hadr. II.*

C A P U T XII.

Petrus sequenti die baptismatis sui, hoc est, Paschali, imaginem Genitricis Dei, & venerandam crucem in synagoga Iudæorum posuit, &c. His hortamur affatibus, ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione imagine, atque cruce, beatis, quod violenter ablatum est reformate. *Greg. lib. 7. epist. 5. reg. ad Jan. Caralit.*

C A P U T XIII.

Bellum erat cum impiis, in quo, licet non aperite, insignem tamen belli socium habuisti Deum nostrum Christum, cuius quidem labarum insigne gestasti, ipsam dico vivificantem crucem, magnum illud post mortem illius trophyum, in quo mundi fines quadripartito descripsit, &c. Deinde etiam sanctam omnium Dominæ castæ Dei matris imaginem, cuius faciem divites populi supplicant. Sanctum enim est, ut patribus videatur, nam quicumque eam ita venerantur, his sine dubio magna retribuit, quandoquidem imaginis veneratio in prototypum juxta magnum Basilium reddit. Pietate enim plenum est vene-

*Lib. I. de
Spiritu S. c.
18.*

randarum picturarum argumentum, ut auctore est Chrysostomus. Si quis alius, ergo certe, inquit, ex cera fusilem picturam pietate plenam amavi. Vidi enim Angelum turmas barbarorum in imagine persequentem, & David vere dicentem: *Domine in civitate tua imaginem eorum annihilabis*, neque umquam ecclesia erravit in hoc, quod dixerit, Deum nobis imagines concessisse, neque etiam hoc ethnica traditionem sapit. Nam & in Paneadem civitatem Hamorrhoidæ imago transmissa, in memoriam miraculi, quo herbæ excrescentes omnibus egreditur auxiliares erant, celebrabatur, idque summa erga nos Dei bonitate. Ergo ecclesiæ capita, & columnæ talia fieri permiserunt, & tradiderunt, ut in omni oculis ejusmodi picturæ exhiberentur. *Greg. II. ad Germanum CP. Episcop. VII. synod. act. 4. ante fin.*

C A P U T XIV.

Beatus Silvester per diaconos adferri, quas habebat, Apostolorum imagines iussit, quas cum Imperator aspexisset, clara voce proclamavit: *hi sunt, quos per visum conspiceram*, &c. Ecclesiæ Dei exadficare cœpit, columnas eorum paſſim sacræ imaginibus in memoriam incarnationis Domini nostri Iesu Christi, omniumque Sanctorum reverentiam exornavit, &c. Quemadmodum etiam beatus pater Gregorius Apostolorum successor prædicavit, ob id depingi in templis evangelicas historias, ut homines illiterati, & qui sacros libros legere nequeunt, quorum sane maxima pars est, conspectis illis redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quæ in carne conversatio Domini nostri Iesu Christi fuisset, ut taceam alios Imperatores cum sacerdotibus, & universo christiano populo, qui omnes juxta antiquam sanctorum patrum traditionem venerandas imagines & receperunt, & tenent, & in memoriam, & compunctionem cordis conservant, & in hunc usque diem venerantur. Nec aliter fiebat in regionibus istis, donec proavus vester ex impiorum quorumdam instructione venerandas imagines abstulit, &c. Qua de causa in magnam tribulationem uterque Gregorius Romani Pontifices per ea tempora sanctissimi, conjecti sunt, &c. Post id & Zacharias, Stephanus, Paulus, & alter Stephanus, qui nobis * in Episcopatu hujus * nos, f. almæ urbis præcesserunt, avum, patremque vestræ Serenitatis pro restitutione sanctorum imaginum sæpe interpellarunt. Eadem ratione & nostra exiguitas Imperatoriam vestram majestatem cum omni humilitate oblecat, finat aliquando recordationis causa erigi in ecclesiis sacram Jesu Christi juxta incarnationem humanitatis imaginem. Ponatur in aula Dei similitudo ejus sanctæ Matris, sanctorum quoque & beatorum Apostolorum, prophetarum, martyrum, & confessorum, & ex animi desiderio eas veneremur, quemadmodum a sanctissimis patribus majoribus nostris, probatissimisque Pontificibus nobis a multis saeculis traditum est, &c. Nimur ut per visibilem figuram ad invisibilem magnitudinis ejus divinitatem spirituali dispositione mentes nostræ rapiantur, &c. Nequaquam autem sic statuamus, quem-

*Genes. 49.
Heb. 11.
Exod. 40.
Num. 21.*

quemadmodum quidam nugantur, ut imagines tamquam Deos conficiamus, labor enim, & fatigatio nostra, quam exhibemus, in desiderium Dei sanctorumque ejus perficitur. Et quemadmodum sacra Scriptura imagines in memoriam venerationis habet, sic & nos eas habeamus, servantes tamen perpetuo fidei nostræ puritatem, &c. Quæcumque in admonitionem hominum ad gloriam Dei spectantia fiunt, Deo displicere nequeant. Jacob in summitate virgæ suæ adoravit, &c. non virgam, sed tenentem eam in signum dilectionis adoravit, & nos juxta desiderium, & amorem, quo erga Deum, sanctosque illius affecti sumus, figuræ in imaginibus representemus, non inquam in coloribus, & tabulis honorem constituentes, sed eorum prædicantes gloriam, quorum appellationem imagines referunt, &c. Animadvertisendum est, Dominum de medio Cherubim manu hominum factorum pro salute populi non dignatum loqui. Quamobrem non est dubitandum, omnia, quæ in ecclesiis Dei ad laudem, & decorem domus illius constituantur, sancta, & collenda esse, &c. In libro Numerorum legitur: *Fac serpentem, & pone illum in signum, qui tactus fuerit, illumque inspernerit, vivet,* &c. Christi vero Dei, & Servatoris nostri, omniumque sanctorum figuræ contemplantes, & venerantes, dubitamus nos servari, absit, ut amplius dubitemus, absit, ut a patrum sanctorum traditione diversa sentiamus, hæreamus in doctrina illorum, nec ab illa declinemus, &c. B. Augustinus ait in sermonibus adhortatoriis: „Quid est imago Dei aliud, nisi vultus Dei, in quo signatus est populus Dei.“ Et B. Gregorius Nissæ Episcopus de Patriarcha Abraham: „Vidi non infreainter passionis figuram neque sine lacrymis ejusmodi picturam transii, cum scilicet opus artificii in personam significatam demonstratum esse viderer“, & reliqua, quæ ex interpretatione in Cantica Canticorum adfert. Et deinceps: „Numquid materia diversorum colorum animæ imitationem non representat? nam qui imaginem aspicit, quæ ex arte per diversos colores in tabula est expressa, non est pictura, & colorum tintura similitudine accipit, sed ad contemplationem primi exemplaris animum reducit“. Et Basilius epistola in Julianum Apostolam, &c., Confiteor etiam Filii incarnatam oīnovouīcū deinde sanctam Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suscipio etiam sanctos Apostolos, prophetas, & martyres, qui proxime apud Deum supplicant, quo per illorum mediationem propitius mihi sit Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratias largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro, hoc enim nobis traditum a sanctis Apostolis, non est prohibendum, sed in omnibus ecclesiis nostris eorum historias erigimus“. Idem in sermone in XL. martyres: „Quin etiam bellorum trophyæ, & victorias, & historici scriptores, & pictores demonstrant, hi quidem oratione rem exornantes, hi vero in tabulis depin-

Tom. VI.

„gentes, multos ad virtutem, & virilitatem excitarunt, siquidem, quæ historia oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem ostendit“. Et Joannes Chrysostomus CP. Episcopus in sermone in parabolam de femente: „Nonne injuria afficit Regē, qui regiam vestem violat. Non novisti, quod is, qui injuria afficit Imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipsum, veluti exemplar imaginis ejusque dignitatem injurius est? Nescis, quod quicumque ex ligno & coloribus imagini convicia dicit, illum non damnari, veluti in rem inanimatam, sed contra Regem ipsum dixerit? Judicatur enim occulte Regi injuriam intulisse“. Et in sermone in quintam diem Paschæ, &c. „Nam cum regiq. figuræ, & imagines in civitates inferuntur, populus non ipsam tabulam, aut ex cera factam imaginem honore prosequitur, cumque magistratu illis obviam procedit, sed potius regiam historiam, & veluti præsentiam suscipiunt eodem sane modo, & ipsa creatio non terrenam ipsam speciem, sed cælestem historiam admiratur“. Cyrillus in Matthæum &c. „Imaginum usum nobis supplent parabolæ, quæ signorum virtutem nobis subiiciunt, nisi mirum per oculorum appositionem, manu factum, & quæ in nudo intellectu contemplationem obscure habent“. Athanasius Alexandrinus Episcopus de Incarnatione Domini: „Ea, quæ in tabulis picta sunt, cum figura per sondes, & situm delata fuerit, necessarium est, ut denuo pingantur,“ &c. Ambrosius ad Gratianum Imperatorem lib. III. cap. ix. „Quid ergo, Numquid cum divinitatem, & carnem adoramus, Christum dividimus? Num quando in eo & divinam imaginem, & crucem adoramus, ipsum partim? absit“. Et Stephanus Bostrorum Episcopus: „Quicumque imagines divisorum confitentur, non errant, siquidem omne opus factum in nomine Dei, bonum, & sanctum est. Aliud enim imago, altud, hoc est, animalis abjecti statua, &c. Quod imago Dei sit homo, honore prosequendus est, & admitti dignus: omnis enim imago, sive Angelorum, sive Prophetarum, aut Apostolorum, aut Martyrum, aut aliqui justorum virorum in nomine Dei facta, sancta est. Non enim ipsum lignum honoratur, sed ipsum illud, quod in ligno datur contemplandum, atque ita per recordationem veneratio exhibetur. Omnes enim Principes, etiam si peccatores, adoramus, & reverenter salutamus. Quid vetat igitur, quominus non liceat & sanctos Dei ministros venerari, & in memoriam eorum imagines statuere, & erigere, ne in oblivionem perpetuam veniant? Verum, inquis, Deus ipse manufacta prohibuit adoranda, Dic mihi, o Judee, quid est, quod super terram extet, quod non sit manu hominum factum? &c. Nos vero in memoriam sanctorum imagines facimus, Abraham, Mosis, Eliæ, Esaïæ, Zachariæ, reliquorumque Prophetarum, Apostolorum, & sanctorum Martyrum, qui propter Christum tribulati sunt, quo oannis-

P

„q̄d

114 Juris Pontificii Veteris Epitome

qui eos in imagine contemplatur, illorum, &
 meminerit, & glorifiet Deum, qui illos quo-
 que magni fecit. Decet siquidem eos honor, &
 veneratio propter justitiam eorum, ut omnis
 qui viderit eos, in imitationem suorum ope-
 rum ducatur. Qualis vero iste est adorationis
 honor? Profecto non alias, quam is, quo nos
 peccatores quoque invicem proequimur, sa-
 lutantes nos inter nos per honorationem, &
 dilectionem. Quid aliud apud Dominum De-
 um nostrum tentamus, quam adorantes, glo-
 rificantes, & trementes eum. Imago enim ni-
 hil aliud est, quam figura illius, in qua pietu-
 ra * exprelius est Impii vero, qui ipsi nihil boni
 faciunt, neque sanctorum recordantur, ca-
 veant bona operantes impedire, neque scandalo
 sint iis, qui sanctos Dei servos honore afficiunt
 &c. Ex his liquido constat ob recordationes
 Sanctorum, imagines tantum pingi, venerari, &
 coli, quos clare constat servos esse Dei, & pro
 nobis apud Deitatem obsecrantes, & interceden-
 tes. Dignum namque est, ut ducum nostrorum
 memores simus, & Deo gratias agamus. Et bea-
 tus Hieronymus presbyter Hierosolymitanus in
 quodam sermone: „Etenim, ut concessit omni-
 bus gentibus adorare, quae manu facta sunt,
 Iudeis quidem crustas illas, quas fabricavit
 Moses, præterea duo Cherubim aurea, ita no-
 bis Christianis crucem largitus est, & honorum
 operum imagines pingere, & venerari, atque
 ita nostrum opus apud eum probare, &c. Ideo
 supplico, obtestor, adjuro, ut sacras imagines
 in ipsa Deum colente & regia urbe, & in utri-
 que Græciæ partibus in pristinum statum re-
 stitui, & firmari jubeatis, custodientes tradi-
 tionem hujus sanctissimæ vestræ ecclesiæ, abi-
 ciendo etiam & execrando impiorum hereti-
 corum improbam vehementiam, quo sacram
 hanc vestram catholicam, & Apostolicam Ro-
 manam ecclesiam indissolutam complecti pos-
 sitis. Amen.“ Hadrianus ad Constantiū
 & Ireneū act. 2. syn. VII. Nicæn. II. vide Ha-
 drianum c. ult. de imaginibus. Hæc epist. com-
 probata fuit in ead. syn. VII.

C A P U T XV.

In epistola tua est expressum, quod in sextæ
 synodi, divine, & legaliter prædicatis canonibus
 recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus di-
 gito Præcursoris demonstratus, graphicæ est in-
 sculptus, qui in typum gratiæ assumptus, verum
 nobis per legem agnum, nempe Christum Deum
 indicat. Veteres igitur typos, figuræ, & umbras
 tamquam veritatis signa, & notas ecclesiæ tradi-
 tas suscipientes, gratiam & veritatem agnoscimus
 tamquam legis plenitudinem hanc arbitrantes.
 Ut igitur & in colorum affectibus omnium oculis
 subiicitur figura illa, quæ agnum illum, qui ab-
 stulit peccata mundi nimirum Deum nostrum,
 juxta humanam effigiem delineat, censemus ab
 hoc tempore pro vetere illo agno, & novum in
 ecclesia Dei erendum, &c. Deinceps etiam ve-
 nerandas imagines, primum juxta humanam figu-
 rationem Christi Dei nostri secundum nos, & pro
 nobis incarnati, deinde inviolatae, & vere Dei-

Do conf. d.
 3. c. Sexta
 29.

paræ, postremo omnium sanctorum suorum bea-
 titas vestra dilecta colere, & adorare pergit, &c.
Hadrian. ad Tharas. CP. VII. syn. act. 2. Trull.
cap. 83. Ivo part. 4. c. 122. decr. Hæc item epi-
stola in eadem syn. comprobata fuit V. Tharasii
epist. ad Episcopos Orientis act. 3. post med.

C A P U T XVI.

O insanía frementium contra fidem, & reli-
 gionem christianam, ut afferant non colere, aut
 venerari imaginæ in quibus figuræ sunt Salvato-
 ris, ejus Genitricis, vel sanctorum, quorum vir-
 tute subsistit orbis, atque potitur humanum ge-
 nus salutem. Ænei serpentis inspectione credimus
 Israeliticum populum a calamitate injecta libe-
 rari, Christi Dei nostri, & sanctorum effigies af-
 picientes, atque venerantes dubitamus salvari?
 Absit talium nefaræ temeritatis cedere amentiæ:
 patrum præcas sequamur traditiones, & ab eo-
 rum doctrina nulla declinemus ratione. *Hadrian.*
de imaginibus c. 26.

Num. 21.

C A P U T XVII.

Sanctus Cyrilus Alexandrinus, & sanctus
 Gregorius Nyssenus uno tenore in histor. Abrahæ
 pro sacrarum imaginum veneratione dixerunt,
 &c. *Hadrian. de imaginibus c. 37. in VII. syn.*
act. 4. in princ. vide epist. Cyrill. ad Acacium
Episc. Scytopoleos, & Greg. Nyssen. in orat.
de Deitate Filii & Spiritus Sancti.

C A P U T XVIII.

Quod contra B. Gregorii instituta sit imagines *Objec.*
 adorare, seu frangere, &c. Nequaquam sacras *Responso.*
 contempstis imagines aliquando, sed magis con-
 stantissime observavit, & eorum veneratus est fi-
 guras. *Hadrian. de imaginibus cap. 50.*

C A P U T XIX.

De eo, quod Theodosius Amorii Episcopus *Objec.*
 incaute, & extraordinarie dixerit: „Confiteor,
 & promitto, & suscipio, & oscular, & adoro
 imagines“, & post pauca: „Qui non instruunt
 diligenter omnem Christo dilectum populum
 adorare, & venerari sacras, & venerandas i-
 magines omnium Sanctorum, qui a seculo
 Deo placuerunt, anathema“. Putamus, quia
 zelo fidei servens prædictus Theodosius talem o-
 rationem confessus est, qualem in eorum defini-
 tione explanaverunt. Nam & prædecessores no-
 stros videlicet beatissimos Pontifices Gregorium,
 & Gregorium Zachariam, & Stephanum, Pau-
 lum, & iterum Stephanum reperimus pro sacra-
 rum imaginum erectione, in Spiritu sancto fer-
 ventes, rectæ fidei zelum habere. Pro quo Do-
 minus Gregorius Papa secundus junior, una cum
 LXXI. sanctissimis Episcopis, ante confessionem
 beati Petri Apostolorum Principis præsidens,
 multorum sanctorum Patrum testimonia robo-
 rantes, venerari, & adorari sacras imagines in
 eorum concilio censuerunt. Porro & prædecessor
 noster sanctæ recordationis quondam Dominus
 Stephanus Papa similiter cum Episcopis partium
 Franciæ, atque Italiæ, &c. sanctorum Patrum
 testimoniis adhærentes adorare, atque venerari sa-
 cras imagines statuerunt. Unde & beatus Paulus
 Apostolus docens, inquit: *Teneite traditiones,*
quas accepistis, &c. *Hadr. de imaginibus c. 63.*
z. Theb. c. 2.

CA-

C A P U T XX.

Ex prava revertentes hæresi totis nisibus eorum tentaverunt sanctæ catholicæ, & Apostolicæ in ipsorum confessione satisfacere ecclesiæ, & ideo talem adorationem se confessi sunt pro sacrissimis imaginibus credere, qualis in definitione synodi constituta est, inter cetera: „ Reordinari venerandas, & sanctas imagines, quæ ex coloribus & metallo, & cetera materia opportune habentur in sanctis Dei ecclesiis, in sacrissimis vasis, & in vestibus, parietibus, & talibus, domibusque, & viis, quasque Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi imagines, intemeratae dominæ nostræ sanctæ Dei Genitricis, pretiosorum Angelorum, & omnium Sanctorum, & justorum virorum “. *Hadrianus de imaginibus c. 67. VII. syn. act. 7. in definit.*

C A P U T XXI.

Prædecessores nostri sanctissimi Pontifices in sanctis conciliis talem dedere sententiam: „ Si quis sanctas imagines Domini nostri Jesu Christi sibi ejus Genitricis, atque omnium Sanctorum secundum sanctorum Patrum doctrinam * venerari noluerit, anathema sit “. *Hadrian. de imaginibus c. 76.*

C A P U T XXII.

Illi nobis dicere debebant in quali de ipsis sex synodalibus conciliis reprehensæ sint sacræ imagines. Enī vero in primo sancto concilio Sæpius ostensum est, quia sanctus Silvester Papa, & Constantinus Christianissimus Imperator venerati sunt sacræ imagines, & cum nomine Christianitatis palam coram omnibus fideliter, atque mirabiliter eas ostenderunt, & a tunc usque hactenus sanctorum Pontificum, videlicet Silvestri, Marci, & Julii miræ magnitudinis sanctæ eorum ecclesiæ apud nos sunt depictæ, tam in musivo, quamque in ceteris historiis cum sacrissimis imaginibus ornatis*. Item in sancto secundo concilio sanctus Damasus elegantissimus Papa propriam suam fecit ecclesiam, cuius sanctus Gregorius Papa meminit in dialogis, quæ ex nomine conditoris Damasi vocatur, similiter a tunc usque hactenus historiis sacræ, & imaginibus pietam habemus. Item & de sancto tertio concilio sanctus Cælestinus Papa proprium suum coeneterium picturis decoravit, magis autem Beatus Xystus Papa fecit basilicam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, cognomento *Majorem*, quæ & ad Præsepe dicitur, quam in diversis historiis sacræ decoravit imaginibus, &c. Item de sancto quarto concilio, sanctus Leo Papa fecit ecclesias, quas in musivo diversis historiis, seu imaginibus pingens decoravit, &c. Et de sancto quinto concilio sanctissimus Vigilius Papa in Lateranensi Patriarchio basilicam faciens pulcherrime eam decoravit picturis, tam in historiis, quamque in sacrissimis imaginibus. Multo amplius vero ejus sanctissimi successores Dominus Pelagius, atque Dominus Joannes miræ magnitudinis ecclesiam Apostolicam a solo ædificantes, historias diversas tam in musivo, quam in variis coloribus cum sacrissimis pingentes imaginibus, & a tunc usque hactenus a nobis venerantur. Sed & sanctus Gregorius Papa in monasterio suo pul-

chrom fecit oratorium, & ipsum diversis historiis pingi fecit, atque sacras ibidem erexit imagines, ubi & cum B. Eleutherio pro ægritudine stomachi sui ingressus, in oratione pariter exauditi sunt. Et ille vir sanctus Eleutherius, quem dicunt & mortuum suscitatæ, ante ipsas sacras imagines se prosternens, divinam exorare clementiam cum sancto Gregorio non dubitavit, sed fidem ferentes perfectam, pariter exauditi sunt, & usque hactenus apud nos venerantur, &c. In texto vero sancto concilio non solum contemnere non sunt ausi, sed etiam easdem sacras imagines venerantes statuerunt, agnum Christum Deum nostrum secundum humanam figuram, & in imaginibus a nunc pro veteri agno retitulari, &c. Prædecessor noster sanctissimus Gregorius junior Papa, pro sacrissimis imaginibus, inquit, „ omnia, & ipsa nostra tradimus, si contigerit corpora, &c. Ideo nequaquam nos quispiam terminos patrum nostrorum transgredi facere valebit, neque novitates vocum imponere, sed in ea orthodoxa fide, quam suscepimus, manentes, & oitanam traditionem amplectentes prædeceorum nostrorum sanctissimorum Pontificum proculdubio veneramus, & tenemus pro sacrissimis imaginibus concilia, nullum quemlibet jam exinde contrarium sermonem suscipientes, neque rationem reddentes “. *Hadrian. de imaginibus cap. 90. Ex Gregor. lib. 3. dialog. c. 33. Trull. cap. 33.*

C A P U T XXIII.

Sæpius exaravimus, qualiter prædecessores nostri sanctissimi Pontifices in eorum sacrissimis referentes conciliis, pro venerandis imaginibus constituerunt, & nimis constat eorum Apostolicam censuram apud nos observandam, ac venerandam existere. *Hadrian. de imaginib. c. 95.*

C A P U T XXIV.

Nusquam frigidus, nusquam tepidus labor sanctorum Apostolicæ Sedis Præsulum circa sacrarum imaginum debitam reverentiam, & competentem venerationem apparuit. Nec defuerunt harum impugnatoribus decessorum nostrorum certamina, qui hoc egerunt scriptis, hoc diversis laboribus, hoc etiam suis increpationibus apud mundi hujus Principes, ut talis error eminus pelleatur. Quamvis dixeritis, non nostri equitile vos ad expugnandos hæreticos, pro eo, quod jam fuerit hujusmodi hæresis in Nicæa secundo convocata synodo, & a magno Metodio deinde subversa. Quasi non & ipsi secundo in Nicæa collectæ synodo Apostolica nostra sedes præfederit, & prima contra male sententes spiritalem sagittam emiserit, &c. Nam & in causa sacrarum imaginum ante sanctissimum Methodium, quin nemo & ante synodum in Nicæa sub Irene congregatam, cum adhuc hoc schisma noviter esset exortum, & Constantinopolitanos pœne cunctos more pestilentiae invaserisset, Romani Præfules, Gregorius inter ceteros, & Stephanus convocatis Episcopis occidentalium regionum inveniuntur fortiter dimicasse, & hoc funditus condemnasse. *Nicol. epist. ad Michael. Imper. cuius initium est: Proposueramus post med.*

116 Juris Pontificii Veteris Epitome

C A P U T XXV.

Pristinam sanctorum Patrum traditionem, quam a prædecessoribus nostris beatissimis, & orthodoxis Pontificibus, qui post B. Petrum in ejus Apostolica Sede resederunt, nobis observandam suscepimus, &c. Oportet ergo tota mentis intentione, summiq[ue] desiderii conamine venerandas tam Domini nostri Iesu Christi, quam suæ sanctissimæ Genitricis, & beatorum Apostolorum, atque omnium sanctorum imagines venerari, & colere, & eo, quo valeamus, adiuvare contra hæreticorum vesania[m], qui ab earum veneratione populum cohident, resistere studeamus, &c. Cur eorum execramur effigies, per quos agnovimus fidei veritatem, &c. Hæc brevi stilo transentes, &c. scripsimus, quia Hadrianus sanctissimus Præsul antecessor noster multa de his in epistolis, quæ CP. habentur, tradidit, &c. Nicol. in ep. ad Mich. Imp. incip. Principatum. antefin. lecta VIII. synod. sub Hadrian. II. act. 4.

C A P U T XXVI.

Dicit Hadrianus, quod nisi in erigendis imaginibus ferventius contra illorum depositores, atque conculcatores, ut verus miles Christi resisteres, nequaquam vestræ consecrationi assentum præberemus, &c. Nicol. in epist. ad Photium, incip. Postquam B. Petro ex Hadrian. in epist. ad Tharassium in VII. synod. act. 2. lect. in dict. act. IV. synod. VIII. sub Hadrian. It.

C A P U T XXVII.

De consecr. In aliquibus picturis sanctorum imaginum agnus digito Præcursoris ostenditur, quo indicatur Christum fuisse verum legis agnum. Has igitur formas, & umbras, uti veritatis symbola, & characteres ecclesiæ traditas veneramur cum caritate, & veritatem, ut implementum legis suscipimus, sed ipsum hominem pingi jubemus. Trull. cap. 83. refert. VII. synod. act. 3. 4. ¶ 6. ¶ act. 2. in epist. Hadrian. ad Tharassium, ¶ epist. ad Carol. Magn. c. 35. ¶ 90. ¶ in epist. Tharasii ad Episcopos Orientis. Ivo part. 4. cap. 122. ¶ 126. decret. Cæsaraug. lib. 1. c. 39.

C A P U T XXVIII.

Universam hæreticorum linguæ incontinentiam abiiciens execror. Interpellans etiam intemeratæ Virginis nostræ Deiparæ, sanctorum cælestium potestatem, omniumque sanctorum intercessionem, horum etiam sanctas reliquias cum omni honore suscipiens, & amplectens, honorifice veneror, firmiter credens, me illorum sanctitatis fieri posse participem. Eodem modo venerandas imagines, quæ œconomiam Jesu Christi, &c. & Dominæ nostræ, & Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & omnium Sanctorum, (ostendunt) suscipio, & amplector, eisque honorem debitum exhibeo, execrans septimam pseudolynodium contra imagines, &c. Christianorum accusatores Iconoclastas execror. Qui lacræ scripturaræ verba de idolis, & gentilium statuis ad venerandas Christianorum imagines exponentes trahunt, execratio, &c. Qui asterunt Christianos, ut Deos imagines adorare, execratio. Qui doctrinam sanctorum patrum, & traditionem catholicæ ecclesiæ contemnunt, execratio. Basilius Episcopi An-

cyr. respicientis confessio a VII. synod. laudata act. 1. post princ.

C A P U T XXIX.

In primis approbo, suscipio, saluto, & veneror ante omnia intemeratam Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri imaginem, & ejus, quæ ipsum sine semine peperit, sanctæ matris Virginis, cuius etiam auxilium, protectionem, & intercessionem nomine diuque, ut peccatori mihi subveniat, invoco, ut quæ eam potestatem habet ab illo, quem in mundum edidit, Christo Deo nostro. Quin etiam sanctorum Apostolorum, prophetarum, martyrum, patrum, & eremum collentium imagines suscipio, & veneror, non ut Deos, absit, verum mentis meæ affectum, & desiderium, quo in illos affectus sum, hoc modo indicans, ex toto animo omnes obtestor, ut ad Deum pro me intercedant, quo in oculis ejus misericordiam id die judicii consequar. Eadem ratione, & reliquias sanctorum veneror, & honore prosequor & saluto, veluti athletarum, & certatorum pro Christo, qui gratiam a Deo consecuti sunt, & remedia praestare, morbos curare, dæmones expellere, quemadmodum Christiana ecclesia veluti per manus accepit a sanctis Apostolis, & patribus usque in præsens sæculum. Probo similiter, quæ a primordio receptæ traduntur imagines Jesu Christi, &c. Nam si Imperatorum vexillis sanctioribus, & imaginibus in civitates, & provincias missis omnis populus cum cereis, & sufficien-
*In oratione
in IX. martyres.*

titis odoratis occurunt, &c. Quemadmodum B. Basilius ait: „ Verum etiam in bello fortia viros facinora, & historici scriptores, & pictores, res sæpe denotant, hi quidem oratione exornantes, hi vero in tabulis depingentes, utrique etiam multos ad virtutem excitarunt “, &c. Et Chrysostomus ait: „ Sanctorum enim gratia morte non amputatur, interitu non obtunditur, sed & post mortem viventibus sunt potentiores, &c. Qui venerandas imagines non veneratur, anathema: Christianorum accusatoribus, aut Iconoclastis anathema “. Theodoreus Episcopus Amorii respicens. VII. syn. act. 1. post princ.

C A P U T XXX.

Leo Rhodi Episcopus ait: „ ex legali, propheetica, Apostolica, patrumque traditione instruisti sumus, hanc esse veritatem, pietatemque, ut in sanctis ecclesiis venerandas imagines collantur, docente idem multorum annorum consuetudine ab Apostolorum temporibus hucusque probata, atque ex his persuasi sumus “. VII. syn. act. 1. ante med.

C A P U T XXXI.

Postquam hæreticorum caligines discussæ sunt, lux orthodoxæ fidei omnes illuminavit. Quam & ego secutus suscipio, & amplector sanctas, & venerandas imagines. Qui vero secus sentiunt, anathemate devoveo. Agapius Episcopus Cæsareae Cappadociæ VII. syn. act. 2. in fin.

C A P U T XXXII.

Euthymius sanctissimus Episcopus Sardensiū dixit. Et ego anteletis beatissimi Papæ veteris Romæ litteris sincere, & irrepugnabiliter inhæreo

con-

consentio, & confiteor de orthodoxa fide, deque
sanctis videlicet, & venerandis imaginibus, non
veluti hoc sit novum aliquod dogma, aut nu-
perum inventum recipiens, sed clare cognoscens ex
Apostolica traditione, sanctorumque doctorum
in ecclesia iussu per manus nobis traditum, ob
eam causam venerandas imagines ex toto corde
cum debito honore, & salutatoria adoratione su-
scipo. Eos vero, qui secus sentiunt, aut recla-
mant, contrariave docent, alienos a catholica ec-
clesia arbitror, renuntio*, & haereticos proclamo.
VII. syn. act. 2. in fin.

C A P U T XXXIII.

Sanctas, & venerabiles imagines recipio, am-
plicitor, & honoro, veluti arrabonem existentes
meæ salutis: secus autem sentientes anathemati-
zo. *Stauratus Episcopus Chalcedonis VII. syn.*
act. 2. in fin.

C A P U T XXXIV.

Dc confec. Sextæ synodi decretum, in quo assignatur quidam in picturis agnum digito Præcursoris in-
d. 3. c. 29. dicatum feliciter effigiari, veluti in typum gratiæ
verum illum agnum Christum Deum nostrum
per legis præcessionem præfiguratum, recipio.
Propriæ antiquas illas picturas, & umbras figu-
rarum tamquam symbola, & notas ecclesiæ tra-
ditas amplectimur, ipsam tamen gratiam, & ve-
ritatem prius suo honore convenientes, legis enim
satisfactio hæc sunt. Picturas autem non in alium
usum admittimus, nisi ut perfectius omnium con-
spiciui, oculisque exhibeantur, quemadmodum
agnus, qui peccata mundi sustulit, juxta huma-
nam effigiem configuratus a nobis erigitur, ut ex
hac ejus humilatione altitudinem verbi Dei con-
sideremus. *Tharasius in ep. ad Episcopos Ori-
entis VII. syn. act. 3. in princ. Trull. c. 33. Hæc
epist. comprobatur a synodo.*

C A P U T XXXV.

Sanctas imaginas reveremur, principio adoran-
tes Dei verbi propter nos incarnati Domini no-
Philipp. 2. stri, & Servatoris Jesu Christi, qui formam servi
assumpsit, imaginem. Quamquam sciamus ipsam
imaginem, & typum Deitatis, quæ cum carne il-
lius immaculata inconvulsim unita est, minime
posse figuram præstare. Invæsibilis enim est divina
natura, nec depingi, nec figurari se permittit. *De-*
1. Joann. 4. c. um enim, ut ipse inquit, nemo vidit, unquam,
sed humanitatis illius in naganem coloribus ducen-
tes, adoramus; visus enim est Deus, & cum ho-
minibus conversatus est, nostroque more, & na-
tura laboravit, esuriit, sitiit. Adoramus quidem
Christi imaginem, quemadmodum facies ejus vi-
sa est, non tamen a Deitate separata, &c. Vene-
ramur etiam, & adoramus imaginem Deiparæ,
& Domina nostræ irreprehensibilis, immaculatæ,
& inexplicitæ castitatis marris, quæ illum pe-
nit, quin etiam sanctorum Apostolorum, propheta-
rum, & victorum martyrum, sanctorumque,
& beatorum veluti amicorum Dei imagines colli-
mus, non in materia, aut coloribus honorem
constituentes, sed per officium nostrum, quod i-
p̄sis adeo, quorum typum imagines gestant, debe-
mus, impartientes. Cum liciamus, juxta Basiliæ
magni sententiam, quod imagini honor exhibitus,

ad ipsum prototypum referatur. Qui negant fas
elle imagines sanctorum adorare, cum sint manu-
factæ, ob id etiam idola impii illi eas vocant, sci-
ant hi quod & Cherubim, & propitiatorium, &
arca, & mensa, &c. manu hominum facta sunt
& adorata*, &c. Cum igitur scriptura veneran-
das imagines recipit, adorare eas licitum est, sed
prototypi caussa. *Theodorus Episcop. Hierosoly-
mit. in ep. synod. in fin. apud VII. synod. act. 3.*
in fin. ubi comprobatur a patrib.

C A P U T XXXVI.

Recipio, venerorque juxta veterem traditio-
nem sanctas imagines. Et conventiculum illud a-
postaticum, quam leptimam synodum delirantes
quidam ausi sunt appellare, omnesque, qui cum
hac sentiunt, horrendis diris devoveo. *Epiphan.*
Diacon. Catanes. VII. synod. act. 3. ante fin.

C A P U T XXXVII.

Vetus scriptura habuit Cherubim obumbran-
tia propitiatorium, & nos quoque imagines Jesu
Christi, & sanctæ Deiparæ, sanctorumque habe-
bimus obumbrantes altaria. *Tharas. VII. synod.*
act. 4. in princ.

C A P U T XXXVIII.

Ego ex cera fusilem picturam pietate plenam
amavi. Vidi enim angelum in imagine barbaro-
rum nubes propulsantem, vidi barbarorum cohortes
concultatas, & Davidem vere dicentem: *Da. Psalm. 72.*
mine in civitate tua imaginem eorū ad nihil redige. Joann. Chrys. in oratione, quod veteris, O
novi testamenti unus sit legislator. VII. synod.
act. 4. post princ. Hadrian. de imaginibus, c. 42.
Greg. Pissinun. Episcop. apud eandem synodum,
act. 1. ante med.

C A P U T XXXIX.

Mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur,
postquam gratiam nacta fuisset, statuam Christo
erexit, &c. *Antipater Episcopus Bostrorum in*
sermone de eodem miraculo VII. synod. act. 4.

C A P U T XL.

Surgentes omnes cum gaudio, & lacrymis sur-
rexerunt, pœnitentiamque egerunt, factaque pre-
catione unusquisque sancta evangelia, veneran-
damque crucem, & imaginem Dei Servatoris no-
stri Jesu Christi, nec non Domina nostræ Dei
paræ salutarunt, ponentes manus suas super ea in
confirmationem eorum quæ locuti erant, &c. No-
visti, quæ sancta sunt per sancta evangelia, vi-
vificamque crucem, nec non imaginem Dei Sal-
vatoris nostri, ipsiusque sanctam semper Virginem
matrem. *Sanctus Maximus confessor in do-*
gmatib. inter ipsum & Theodosium Episcopum
Cæsarea in Bithyn. Animadvertisimus quo pacto
dixerint hoc verbum Ηλαζρην id est salutarunt,
quod & nos facere debemus: nam λαζρεῖ ad u-
num Deum refertur *Tharas.* Petrus Episcopus
Nicomediae dixit: „ Neque etiam vulgaris vir,
„ qui hoc fecit, sed Maximus Dei philosophus,
„ & cum patribus certans, quin etiam confessor,
„ & veritatis propugnator. Sufficiat igitur nobis,
„ ut in salutando venerandas imagines illum se-
„ quamur“. *Apud VII. synod. act. 4. ante med.*

C A P U T XLI.

Venerentur alii aliter sanctos, hos diversimode

118 Juris Pontificii Veteris Epitome

eorum dona magnificantes, benefactaque multifariam prædicantes, hi quidem excelsorum templorum erectionibus, illi vero variarum unionum ornatibus, alii gemmarum, & aurei contextibus, alii præclarorum pictorum artificio, &c. Sophronius Archiepiscopus Hierosolymit. in encomio in sanctos Cyrum, & Joann. VII. synod. act. 4. in med.

C A P U T XLII.

Indicant verba patris nostri Sophronii, quod scilicet præstat jurantem pejerare, quam plane juramentum in destructionem venerandarum imaginum servare. Hoc autem dico, quia hodie quidam juramento idem statuerunt. Joannes monachus Vicarius Sacerdotum Orientis VII. synod. act. 4. post med.

C A P U T XLIII.

Confiteor etiam filii incarnatam *οἰκονομίαν*, deinde sanctam Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans, suscipio sanctos Apostolos, prophetas, & martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quo per illorum meditationem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur. Quam ob causam, & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro. Hoc enim nobis a sanctis Apostolis non est prohibitum, sed in omnibus ecclesiis nostris eorum historias erigimus. Basilius in epist. ad Julian. Imp. apostamat VII. synod. act. 4. post med.

C A P U T XLIV.

O clari athleticorum recte factorum pictores, exurgite vestris artibus, militis mutilatam imaginem magnificate, &c. Inscribatur etiam tabula, qui ceraminibus præsidet Christus. Basilius in beatum martyrem Barlaam VII. synod. action. 4. post med.

C A P U T XLV.

Quæ tibi sententia est de Nabuchodonosor? Non meministi scripturæ, ubi impiissimus appellatur? &c. Non audivisti, quod Cherubim rapuerit? non, inquam, intellectilia illa, & cælestia, verum ea, quæ in templo erant collocata obumbrantia propitiatorium, e quorum medio Deus loquebatur. Cyrill. Hierosol. cathec. 2. Sanctissimus Patriarcha (Tharasius) dixit: „Animadversus tamus quomodo accusetur Nabuchodonosor, quod Cherubim subverterit, quantumque ob eam rē increpatus sit, & passus fuerit“. Sancta Synodus dixit: „Magnum sane casum, & condemnationem“. Sanctissimus Patriarcha dixit: „Igitur quicumque sacrum aliquid e templo eiicit, & subvertit, eidem sententiæ subjicit“. Petronas gloriissimus Patricius dixit: „Post istam increpationem, & regno ejectus est, & septem annis in desertis herbas voravit in star bovis“. In VII. synod. act. 5. in princ.

C A P U T XLVI.

Sacræ Synodi cum divinis placitis & venerandas imagines admiserunt, & honore & cultu quodā certo eas Patres nostri dignati sunt. Quin etiam in templis sanctis ab se ædificatis eas collocaverunt, nec illic solum, verum etiam in omni loco

convenienti eas pinxerunt, salutaruntque, &c. VII. synod. act. 6. Epiph. contra Gregorium, & alios tom. 2. post med.

C A P U T XLVII.

Germani filii, non nothi, & adulterini, sponsæ exornatae Christi, quæ neque maculas, neque rugas habet, Catholicæ ecclesiæ, soli Deo cum oblatione sacrificia, & cultum præsentantes, venerandam Christi imaginem, veræque & indubitatae Virginis nostre Deiparae, sanctorum Angelorum, & omnium denique Sanctorum sensu visus intuentes sanctificavit, & in memoriam eorum animo, & corde perpendunt, ut in unum Deum per justitiam credant, & ore confiteantur ad salutem, &c. Non est imaginum structura pictorum inventio, sed ecclesiæ catholicæ probata legislatio, & traditio, &c. VII. synod. action. 6. Epiph. contra Greg. & alios tom. 3. post princ.

C A P U T XLVIII.

Quis ignorat imagine contumelia, aut ignominia affecta, illum laedi, cuius est imago? Hoc & ipsa veritas, hoc rerum natura docet, hoc & beati Patres tradiderunt. Basilius enim Magnus inquit: „Honos imaginis in ipsum prototypum reddidit“. Athanasius: „Qui imaginem adorat, in ipsa Imperatorem adorat“. Similiter & Chrysostomus: „Non novisti, quod is, qui imaginem Imperatoris violat, in prototypum dignitatis injustus est? Atque ita Patres rerum naturam fecuti sunt, &c“. VII. synod. act. 6. Epiph. contra Greg. & alios tom. 5. in fin.

C A P U T XLIX.

Usque adeo venerandarum imaginum demonstratio in Ecclesia obtinuit, ut ab eo tempore, quo evangelium prædicari coepit, ad hæc usque tempora recepta fuerint. Jam autem cognoscimus omne, quod antiquitate excellit, venerandum esse, &c. Servate traditiones, quas accepistis. Profanas vaniloquentias aversemini, &c. Quæcumque Patribus pro tempore super fundatum Apostolorum, & Prophetarum ædificare placuit, recipimus, quæ vero secus se habent, ut hostilia respuius. VII. synod. act. 6. Epiph. tom. 6. in princ.

C A P U T L.

Paulus ad Thessalonenses scribens admonet: „Igitur fratres state, & servate traditiones, quas edoceti estis, sive per verbum, sive per epistolæ nostras, &c.“ Ipsi Imperatores omnibus in locis venerandas imagines restituerunt cum in sacris templis, tum etiam in portis regiarum. Thar. in epist. ad Hadrian. in fin. VII. synod.

C A P U T LI.

Vestem Imperiale si injuraveris, numquid qui eam induit, injuria affici? Nescis quoniam si quis imaginem Imperatoris injuriaverit, primæ formæ dignitati adfert injuriam? Nescis quoniam si quis imaginem, quæ a ligno detrahit, non sicut in inanimatam materiam audens, sic judicatur, sed sicut qui adversus Imperatorem manus extendens foedat materiam sine anima Imperatoris, segregatam ab Imperatore? Imago enim omnino si feriatur, ejus injuria Imperatorem attingit.

*Gervinus. tinct. S. Severianus Epi/cop. Gabalanensis * apud Hadrian. de imagin. c. 66.

C A P U T LII.

Gregorius tertius fuit temporibus Leonis, & Constantini Imperatorum ea persecutio grata, quæ per ipsos mota est ad destructionem, & depositionem sacrarum imaginum Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ Dei Genitricis, sanctorum Apostolorum, omniumque Sanctorum, & Confessorum, pro quibus idem sanctissimus vir, ut ab hoc resipserent, ac se removerent errore, commonitoria scripta vigore Apostolicæ Sedis, & institutionis quemadmodum & sanctæ memoriae decessor ipsius Gregorius secundus direxerat, milit, &c. Ex Pontif.

T I T U L U S XVIII.

QUALIS VENERATIO SIT IMAGINI.

BUS ADHIBENDA.

C A P U T I.

Salutamus sanctas Dominicas, Apostolicas, & Propheticas, item Sanctorum, præcipue autem Dominæ nostræ Deiparæ imagines, quæ nobis veluti exemplaria sunt, & instructiones bonorum operum initiationis, & fidei erga Christum, omnem idolatriam execrantes, & latram solam Christo tribuentes, & Deo Patri, & Spiritui sancto tamquam uni Deo cui honor, & laus in sæcula. VII. synod. Nicæn. II. act. 4. in fin.

C A P U T II.

Fatemur ecclesiasticas traditiones, sive scripta sive consuetudine valentes, & decretas retinere velle, quarum de numero est imaginum effiguratio, ut quæ historiæ evangelicæ promissionis concinat ad credulitatem veræ, & non phantasticæ incarnationis Dei, & ad utilitatem similitudinis, quam nobis exhibet, utiliter inventam. His sic se habentibus regiam viam incidentes, & sanctorum nostrorum, & divinorum Patrum doctrinæ insistentes, & catholicæ ecclesiæ, in qua sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes, definimus, cum omni diligentia, & cura venerandas, & sanctas imagines ad modum, & formam venerandas, & vivificantis crucis, & e coloribus & tesseliis, aut alia quavis materia commode paratas dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque, tum in sacris vasibus, & vestibus, tum in parietibus, & tabulis in ædibus privatis, in viis publicis, maxime autem imaginem Domini, & Dei Servatoris nostri Iesu Christi, deinde intermeratae Dominae nostræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde sanctorum viorum, quo scilicet per hanc imaginum pictarum inspectionem omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & desiderium veniant, illisque salutationem, & honoriariam adorationem exhibeant, non secundum fidem nostram veram latram, quæ solum divinæ naturæ competit, sed quemadmodum typo venerandas, & vivificantis crucis, & sanctis evangeliis, & reliquis sacris oblationibus suffitorum, & luminarium reverenter accedimus, quemadmodum veteribus pte in consuetudinē hoc adductum est. Imaginis enim honor in prototyporum reluit, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque de-

scriptum argumentum. Sic enim sanctorum nostrorum patrum obtinet disciplina, vel traditio catholicæ ecclesiæ, quæ a finibus usque ad fines evangelium suscepit. Paulo ergo sic in Christo loquenti, omnique Apostolico cœtui, & patribus sanctis idem sentientibus inherentes, servamus traditiones, quas suscepimus, &c. Igitur qui aussiuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum ecclesiasticas traditiones contaminare, aut novam quandam vaniloquentiam inducere, aut quidquam de consecratis in ecclesia abiicere, evangelii, inquam, depictum codicem, aut figuram, crutes, aut imagines, aliquujus picturam, aut reliquias martyrum, quas sciverint esse germanas, & veras, aut contra ista vafre, & improbe aliiquid ex cogitare, quod sit contra constitutionem ecclesiasticam, aut uti tamquam communib[us] sacratis Deo repositis preciosis, aut monasteriis reverendis, si fuerint Episcopi, aut clerici deponantur, si monachi, aut laici communione priventur. VII. syn. Nicæn. II. act. 7. in definitione. Hadrian. de imaginibus c. 67.

C A P U T III.

Arbitrantes (*Iconoclastæ*) se posse obscurare venerandarum imaginum picturam partim exterminarunt, partim quæ ex cera fusæ erant, in singularem ornatum in turpes usus converterunt; quæ vero ex tabulis, & asperculis depictæ erant, tum Christi, tum etiam sanctorum illius, igni tradiderunt, &c. Quam ob rem omnibus modis recipienda sunt venerandæ imagines Domini nostri Iesu Christi, quatenus scilicet perfectus homo fuit, & haec quoque omnes, quæ historice e sacra evangeliorum narratione depinguntur, nempe intermeratae Dominae nostræ Deiparæ, sanctorumque Angelorum, nam hominibus ipsi quoque in forma hominis visi sunt. Item sanctorum omnium quorum prælia, & certamina tabulis, & parietibus sacris, item vestibus, & vasibus insculpta amari debent, quemadmodum catholica ecclesia multis retro sæculis, in hisce est instructa, sic enim ea accepit, sic a sanctis nostræ disciplinæ ducibus, & eorum successoribus patribus nostris statutum est. Sunt autem haec adorandæ quoque, hoc est, ex osculandæ, & amandæ. Id enim significant haec iuxta antiquam Græciæ dialectum. Nam προσκύνειν ἀπαλλέσσω φίλειν significat, hoc est adorare, amplecti, & amare (*vel salutare* οσκυλατο). Præpositio autem πρὸς intentionem significat desiderii, quemadmodum in προσφέρω αφέρω, πνοῶ & προσκυνῶ πνοῶ, & πρατινοῦ ὃ quod significat, & amplectum, & vehementem amorem. Nam quod quis φίλει, hoc est amat, id etiam προσφύνει, hoc est amplectitur, & quod adorat, sive amplectitur, nempe προσφυγεῖ, hoc etiam omnino φίλει, id est amat, &c. Cum his convenit Gregorius. Theologus. dicens, *Bethlehem venerare, præsepe adora*. Quis autem modo recte, & sincere scripturas intelligat, ea, quæ ita in scripturis occurunt, non viderit, inde latram, quæ fit per spiritum, non dici, &c. Neque enim in summo virginis Jacob latram fecit. Neque etiam Gregorius præsepi latræ vocabulum addit, nequam. Rursus cum crucem vivificant salutamus,

con-

Gen. 48.

120 Juris Pontificii Veteris Epitome

convenienter canimus : crucem tuam adoramus Domine : lanceam, quæ virificans latus sanctitatis tue aperuit, adoramus. Quæ sane adoratio nihil aliud est, quam salutatio, sive amplexum malis dicere, quod indicat hoc, quod labiis quoque nostris propriis ea contingimus. Si vero saepius in scriptura, & elegantibus nostris patribus adorationem quis dixerit, pro cultu, sive latraria, quæ in spiritu fit, sumi non negamus. Nam cum vox sit multæ significationis, non potest non aliquando pro cultu adorationis in spiritu sumi. Adoratio enim est, cum venerationem, desiderium & timorem significet, ita nos vestrum victoriosum, & placidissimum Imperium adoramus. Est adoratio, quæ tantum timorem significat, quem admodum Jacob adoravit Esau. Est, quæ gratiam notat, quo modo Abraham pro agro, quem accepit a filiis Heth in sepulchrum Sarra uxoris suæ adoravit illos. Rursus qui sperant beneficium se accepturos a potentioribus, eos adorant, quem admodum Jacob adoravit Pharaonem. Hinc divina Scriptura dicens, *Deum tuum adorabis, & illi soli cultum exhibebis*: adorabis, absolute ponit, neque adiicit *soli*, ut significetur vox diversæ notionis, & equivoca. *Cultum autem exhibebis*, sive servies, *soli* dixit. Quam ob causam latrariam uni Deo tribuimus, adque illum referimus, &c. has quoque (*imagines*) adorandas, & salutandas putamus. Qui vero ita non est animatus, sed circa venerandarum imaginum adorationem laborat, & dubitat, eum anathematizat sancta, & veneranda nostra synodus, quæ efficacia divini spiritus & ecclesiasticis patrum traditionibus munita est & cincta. Anathema autem istud nihil aliud est, quam separatio a Christo, &c. Tharas. & VII. synod. in epistola ad Imperatores in fin. post act. 7.

C A P U T IV.

Apostolice instruclii traditiones, quas acceperimus, servamus. Omnia scilicet suscipientes, quæ sancta Catholica ecclesia & scripto, & consuetudine admisit. Quorum de numero cum & venerandarum imaginum effent figuraciones, de his peculiariter egimus, &c. Quare eas (*imagines*) honorabiliter adoramus, & salutamus, idem enim significant hæc duo verba, quique eadem confitetur, hic catholicæ ecclesiæ verus, & germanus filius, & participis illius existit. VII. syn. epist. ad omnes/acerdores CP. post act. 7.

C A P U T V.

Tharasius Patriarcha respondit: „ Nos imaginum picturas secundum priscam patrum nostrorum traditionem recipimus, & has desiderio nostro adoramus, ut in nomine Christi Dei nostri, & intemeratae dominæ nostræ Deiparae Virginis, sanctorumque Angelorum, & omnium Sanctorum factas, sed apertis verbis testamur, nos dum taxat in unum Deum verum latrariam, hoc est, cultum, & fidem nostram referre, & reponere “. Sancta synodus dixit: „ Universa sancta synodus sic credit, & sic docet “. VII. syn. act. 2. in fine.

C A P U T VI.

Dignum est, ut secundum congruentiam ra-

tionis, & antiquissimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipsa refertur, etiam derivative, icones honorentur, & adorentur, æque ut sanctorum facer evangeliorum liber, atque typus pretiosæ crucis, &c. Synod. VIII. generalis CP. sub Hadrian. II. cap. 3.

C A P U T VII.

Fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem ecclesiæ imagines confredit, atque projectit. Et quidem zelum vos, ne quid manu factum adorari possit, habuisse laudamus, sed frangere easdem imagines non debuisse judicamus, &c. Tua ergo fraternitas & illa fervare, & ab eorum adoratu populum prohibere debuit, quatenus & litterarum nescii haberent, unde scientiam historiæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minime peccaret. Gregor. lib. 7. ep. 109. regist. ad Seren. Maffiliens.

C A P U T VIII.

Imaginem, quam tibi dirigendam per Dulcediu* diaconum rogasti, misimus. Valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Ab re non facimus, si per visibilia invisibilia demonstramus, &c. Scio quidem, quod imaginem Salvatoris nostri non ideo petis ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in ejus amore recalescas, cuius imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut psalmum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura, quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione mulcet. Ideoque direximus tibi surtarias* duas, imaginem * surtarias. Salvatoris, & sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli contineentes, per supradictum filium nostrum diaconum, & unam crucem, & clavem pro benedictione a sanctissimo corpore Petri Apostolorum Principis, ut per ipsum a malignosis defensus, per cuius lignum* munitum te esse credis, & ex eo te * signum. protegat, qui juvenilia tibi suggerit recordari. Greg. ep. ad Secundinum inclusum lib. 7. reg. c. 53. in fin. vide Hadr. de imaginibus cap. 70. 75. 76. 82. 96.

C A P U T IX.

Nequaquam sic statuimus, quemadmodum quidam nugantur, ut imagines tamquam Deos conficiamus. Labor enim, & fatigatio nostra, quæ exhibemus, in desiderium Dei, sanctorumque ejus perficitur. Et quemadmodum sacra scriptura imagines in memoriam venerationis habet, sic & nos eas habeamus. Servantes tamen perpetuo fidei nostræ puritatem, &c. Hadrian. in epist. ad Imperatores in med. approbata a VII. synod. act. 2.

C A P U T X.

Superius exaravimus pro adorandis imaginibus &c. demonstrantes eis osculum, & honorabilem salutationem reddere, nequaquam secundum fidem nostram veram cultoram, quæ decet solam divinam naturam. Hadr. de imaginibus c. 54.

CA-

C A P U T XI.

Quantum frequenter per imaginariam reformationem videntur, tantum & qui eas aspiciunt assurgunt ad primæ formæ * memoriam, & dilectionem, & ut his osculum & honorabilem salutationem reddant, nequaquam autem secundum fidem nostram, veram culturam, quæ decet solam divinam naturam, sed quemadmodum signo pretiosæ, & vivificæ crucis, & sanctis Evangelii & cæteris sacris ornatis, &c. *Hadr. de imaginibus c. 67. ex definit. VII. syn. act. 7.*

C A P U T XII.

Ex toto corde (*Euthimus*) dicit, se suscipere venerandas imagines, & cum decenti honore, & adoratione amplecti, ut in definitione synodi dictum est, nequaquam secundum fidem nostram veram culturam, quæ decet solam divinam naturam, sed quemadmodum signo pretiosæ, & vivificæ crucis, & sanctis Evangelii, & cæteris sacris ornatis. *Hadr. de imaginibus c. 68. ex definit. VII. syn. act. 7.*

C A P U T XIII.

Sed hoc sollicite fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestæ, ardorem compunctionis percipient, & in adorationem solius omnipotentis sanctæ Trinitatis humiliter prosternantur, &c. *Gregorius ad Serenum Massiliensem Episcopum.* Et quoniam in his vestrum a Deo inspiratum regalem, orthodoxum sensum memorandum est, non docendum, qualiter sanctus Gregorius Papa Sereno Episcopo docuit de sacris imaginibus, ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipient, hoc est, easdem sacras imagines aspicientes in adoratione solius omnipotentis sanctæ Trinitatis humiliter prosternantur. Eo ipso tenore Secundino servo Dei inclusio, inquit: „Non ideo petis, ut quasi Deum colas, sed ad recordanatem filii Dei in ejus amore recalescas, cuius jus te imaginem videre consideras.“ Et nos quidem non quasi ante divinitatem, ante ipsas prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem, aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur. Sicut vero innuit Sereno Episcopo, aspicientem sacras imagines in adorationem humiliter se prosterni solius omnipotentis sanctæ Trinitatis, sic & Secundino inclusio servo Dei docuit, non quasi Deum colere, sed ante easdem sacras imagines se prosternentem, non quasi divinitatem, ante ipsas prosterni, sed prosternentem se, illum adorare, quem per imaginem, aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordatur. Ita & nos eundem ipsum irreprehensibilem, & orthodoxum tensum sancti Gregorii Papæ sequentes, & amplectentes dudum Irene, & Constantino Imperatori pro sacris imaginibus * imaginum, f. erectione prædicandum emisimus, dicentes. Quia in universo mundo ubi christianitas est, ipsæ sacræ imagines permanentes ab oranibus fidelibus honorantur, ut per visibilem vultum ad invisibilēm divinitatis majestatem mens nostra rapiat spiritali affectu, per contemplationem figuratae imaginis secundum carnem, quam filius Dei pro nostra salute suscipere dignatus est, eundem Redemptorem nostrum, qui in cælis est, adoramus, & in

spiritu glorificantes collaudamus, quoniam juxta ut * scriptum est, *Deus spiritus est*, & ob hoc specialiter divinitatem ejus adoramus. Nam ab sit a nobis ut ipsas imagines, sicut quidam garriunt, deficiemus, sed affectum, & dilectionem nostram, quam in Dei amore, & sanctorum ejus habemus, omnimodo proferimus, & sicut divinæ scripturæ libros, ipsas imagines ob memoriam venerationis habemus nostræ fidei puritate ob servantes, &c. *Hadr. de imaginibus c. ult. post princ. Greg. lib. 9. epist. 9. reg. ad Seren. Massiliens. lib. 7. ep. 53. ad Secundinum inclusum.*

C A P U T XIV.

Missi nostri synodum istam (*septimam*) secundum nostram adhortationem fecerunt, & in pristino statu sacras, & venerandas imagines erexerunt, & sicut pro eisdem imaginibus S. Gregorii sensum, & nostrum continebatur, ita & ipsi in eadem synodo, definitione confessi sunt: his osculum, & honorabilem salutationem reddidere, nequaquam secundum fidem nostram, veram culturam, quæ decet soli divinæ naturæ. Insuper & pseudosyllogum illud, quod ab hæreticis factum est sub Constantino hæretico Imperatore, anathematizantes cum eorum sequacibus, atque complicibus damnaverunt, & ad fidem orthodoxam sanctæ catholicæ, & apostolicæ reversi ecclesiæ, per libellos eorum fecerunt rectæ fidei confessionem, & ideo ipsam suscepimus synodum. *Hadrian. de imaginibus cap. ult. ante fin. Ivo part. 4. c. 128. descr.*

C A P U T XV.

Hæc & his similia præcedentes Patres sciendo iconas Salvatoris nostri Jesu Christi, ejusque sanctissimæ Genitricis, semperque Virginis, omniumque sanctorum in parietibus ecclesiæ, secundum quod tempus hodie probat, depinxerunt, & pingere pro congruis locis omni dilectione usque in præsens non prohibuerunt. Quid Christiano verissimo nocet, si quod amat, & diligit, non ad adorandum deificet, sed ad tremendum terribiliter in pariete, vel ligno depingit &c. Quid fidei nostræ contradicit, quod in centro camere super altare ejus figuram, quod Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, animæ nostræ affectando desiderant, cujus imago nominis titulum tentat, & quia per naturam Filium adoramus, quare nomen novum scriptum in calculo, vel gemmis non adoremus? &c. *Nicol. in ep. ad Michaelem Imp. incipit Principatum, ante fin. let. in VIII. syn. sub Hadr. II. act. 4.*

C A P U T XVI.

Suscipio, & amplector venerandas imagines, adorationem autem, quæ fit secundum latram, hoc est Dei culturam, tantum superfluentiam, & vivificæ Trinitati conservo. Qui vero aliter sentiunt, & gloriofos sanctos non approbant, a Catholicæ, & apostolicæ ecclesia separo, & anathemati subiicio, &c. *Constantin. Episc. Constantia Cypri in VII. syn. act. 1. ante fin.*

C A P U T XVII.

Neque apud nos, ut Dii adorantur sanctorum imagines, typi, characteres, &c. Ego vero quantum duo ligna crucis colligata sunt, typum qui-

dem

Q

dem adoro propter Christum qui in eo crucifixus est : cum vero fuerint dissipata a se , abiicio ea , & exuro quoque , & quemadmodum qui mandatum Imperatoris suscepit , illius sigillum osculando , non ipsam ceram , aut characterem , aut plumbum veneratur , verum Imperatori ipsi adorationem , & cultum exhibuit ; ita quoque Christiani typum crucis adorantes , non naturam ligni adoramus , sed sigillum , & annulum , & characterem Christum ipsum aspicientes , per hoc eum , qui in illo crucifixus est , salutamus , & adoramus . Et quemadmodum genuini filii peregrinante longo tempore patre , quidquid filius in domo viderit , sive baculum , sive sedem , sive chlamidem , haec inquam , omnia cum lacrymis attractantes amplexantur , non illa honorantes , sed patrem desiderantes , & venerantes ; sic & nos fideles omnes crucem Christi tamquam virgam adoramus , ut sedem vero , & cubile illius ter sanctum sepulchrum , praesepem autem , & Bethleem reliquaque illius habituca , ut domum , sic Apostolos illius , beatisque martyres , & reliquos sanctos , veluti amicos illius colimus , ita Sion tamquam illius civitatem , Nazareth vero tamquam illius patriam amplectimur . Non aliter etiam Jordani , quam divinum illius lavacrum , reveremur &c. Hinc etiam propter Christum , Christique passiones passim in ecclesiis , in dominibus , & foro in picturis , sindonibus , promptuariis , vestibus , omnibus denique in locis hanc figuram ponimus , quo continuo contemplantibus nobis hec in mente veniant , & non obliviscamur , quemadmodum tu oblitus es Domini Dei tui . Sicut autem tu adoras , librum legis , non naturam membranarum , aut atramenti , sed verba Dei ; sic & ego imaginem Christi adorans , non lignorum , aut colorum naturam adoro , absit , sed inanimatum characterem Christi . Hunc enim cum habeam , per ipsum Christum me tenere , & adorare mihi videor , &c. Ut Jacob vestem filii osculatus est , &c. sic & Christiani omnes imaginem Christi , aut Apostoli , aut martyris tenentes , nostraque carnae osculantes , animo videtur nobis ipsum Christum , aut martyrem amplecti , &c. Non tu vestem filii mortui , aut uxoris osculatus es ? ipsosque liberos , aut patres non osculamur ? &c. Si ligna ut Deos glorifico , &c. quomodo honore afficio , laudo , templa erigo , festa celebro tribus illis pueris , qui in Babylone imaginem auream non adorarunt ? &c. Qua ratione tibi idololatras sumus , qui ossa , cineres , pannos , sanguinem , sepulchra denique martyrum adorantes , illis tamen non sacrificamus , &c. Ego per cœlum , terram , mare , ligna , lapides , reliquias , templa , crucem , angelos , homines , per omnem denique creaturam visibilem , & non visibilem omnium auctori Dominum , & factori soli adorationem , & cultum exhibeo . Non enim per se creatura auctorem adorat , sed per me , &c. Qui in sanctos impenditur honor in ipsum (Deum) recurrit , &c. Alioquin , & * ligna , f. multa Deus per crucem * auditu mira fecit , si quidem lignum viræ , & lignum scientia appellavit , &c. Deinde virga Pharaonem obtexit , mære divisit , aquam dulcem fecit , &c. Is igitur ,

qui tanta miracula per ligna fecit Deus , dic , rogo , numquid per sanctæ crucis pretiolum lignum miranda efficere potest ? Quod si autem est impium ossa venerari , quamobrem ossa Joseph cum Gen. 5. omni honore ex Ægypto vecta sunt ? que modo homo mortuus ossa Heli sei att ingens resurrexit ? 4. Reg. 13. d. Jam si per ossa mirifica Deus facit , clarum est , quod & per imagines , lapides , pluraque alii item possit , &c. Cum igitur Christianos crucem adorare conspexeris , scito , quia crucifixo Christo honos impenditur , tantum abest , ut lignum collant , &c. Rursus nos crucem non ita affamur , neque etiam sanctorum imagines , Dii nostri essent , non enim Dii nostri sunt , sed tantum similitudines , & imagines Christi , & sanctorum illius ad commemorationem , honorem , & decorum ecclesiarum venerandæ . Nam qui martyrem colit , Deum ipsum colit , qui Matrem Dei adorat , ipsi honorem assignat , qui apostolum honore prosequitur , ipsum , qui Apostolus misit , honorat . Utinam , & tu quoque Molaicas , & propheticas imagines fecilles , illasque quotidie adorares , sic enim eorum Domino , & Deo veram latriam exhiberes , non autem au eas statuas Nabuchodonosor . Qua vero fronte contra me imaginum , & crucis causa insurgis , cum noris Abrahamum Gen. 22. idololatras adorasse , Mosen vero Jethro idololatram idem fecisse , Jacob autem Pharaonem , Daniel Exod. 18. Gen. 47. Nabuchodonosorem . Hi prophetæ , & justi cum sint ob beneficia quædam illis præstata in terra existentes , illos idololatras adorarunt , me sanctam crucem , sanctorumque effigies , a quibus infinita beneficia Deo procurante nobis obtrigerunt , adorantem despicias ? &c. Leonius Episc. Neapolis Cypri ex lib. V. Apologia contra Judeos VII. synod. act. 4. in med.

C A P U T XVIII.

Constantinus Episcopus Constantiæ Cypri dixit : „ Pater hic (Leonius) qui lectus est , in una ex civitatibus Cypri , decenter , & sancte conversatus est , multaque encomia , & panegyricas illius orationes etiam habemus , inter quas extat oratio in Transfigurationem Domini . Scriptit , & sancti Joannis , Misericordis appellati , Episcopi Alexandrini vitam , & beatitudini Simeonis , turbationesque propter Christum circa ea tempora in ecclesia factas . Scriptit , & alia quadam , in quibus omnibus orthodoxyus cognoscitur . Floruit circa tempora Madæricii Imperatoris “ . VII. synod. action. 4. in med.

C A P U T XIX.

Nemo offendatur in adoratiois vocabulo . Si quidem , & homines , & sanctos Angelos adoramus . Non autem , quod λατρεία , hoc est cultum divinum exhibeamus . Moses enim inquit , Deum tuum adorabis , Καὶ ἡμεῖς λατρεύομεν σοι . Quo loco diligenter observabis , qua ratione posteriori dicto , nimirum λατρεία * , adjicerit * λατρεία soli , adorabis vero non . Quamobrem adorare licet . Quid enim aliud est , quam honoris alicui exhibiti veluti emphasis , adoratio ? Latria vero nequaquam . Neque etiam licebit προσδιέχεσθαι , quod est proprie Deum adorare , &c. Anastasius Denter. 6.

us Episcopus Theopoleos in epist. synod. VII. act. 4. in med.

C A P U T XX.

Quemadmodum absente Rege, pro eo illius imago adoratur, præsente vero eo, veluti supervacaneum hoc omittitur, cum satius sit ipsum, quam imaginem coli, neque tamen ob id ipse, qui non adest, perid, quod pro illo adoratur, ignominia affici creditur, &c. Quemadmodum cum quispiam temulentus in imaginem Imperatoris impetum faciens, juste corrigitur, veluti ipsum Regem ignominia affecisset, cum tamen ipsa imago, nihil sit præterquam lignum, aut colores cum cera misti; eodem modo, qui in aliquo typum, aut effigiem ignominiosus est, in illum, cuius est rypus, injuriam factam arbitramur. *Idem Anastasius ad Simeonem Episcop. Bostror. serm. de sabbato. VII. synod. act. 4. in med.*

C A P U T XXI.

Omnia tibi serviant Deo, immo imagini Domini, non enim cum Regiae imagines, & figuræ in civitatem afferuntur, magistratus, & populus gratulabundus tabulas veneratur, neque ex cera fusilem imaginem, sed Regiam figuram. *Joann. Chrysost. oratione in pelvum. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XXII.

Hoc aliquis ex imagine Imperatorum clarius, & attentius cognoscere possit. Nam in imagine Regis forma, & species est; in Rege vero ea, quæ est in imagine, forma existit, impermutabilis autem est in imagine Regis similitudo, itaut qui imaginem inspicerit, ipsum quoque Regem simul inspiciat. Rursus qui Regem conspicit, novit eum esse, quem in imagine conspexerat. Quandoquidem autem, ex eo quod similitudo non differt, volenti post imaginis inspectionem Regem videre, recte dixerit imago: „ego in illo sum, & ille in me, & quod in me vides, vides in illo“. Qui igitur imaginem adorat, adorat etiam ipsum Regem, illius enim forma, & figura est imago. *Athan. lib. 4. contra Arianos. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XXIII.

Tharasius dixit: Hæc sane rerum natura docet, quod honor imagini exhibitus, ad ipsum fontem primum referatur, quomodo etiam contumelia, &c. *Tharas. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XIV.

Quia Rex dicitur etiam Regis imago, neque tamen ob id duo Reges, non enim scinditur potentia, neque honor distribuitur. Nam quemadmodum principium nos conservans, potestasque una, ita & nostra glorificatio, sive laudatio una, & non plures, quam ob causam etiam imaginis honor ad primum veluti fontem dirigitur. *Basil. Magnus ad Aphrodisium de Spiritu sancto, ex 30. capitib. cap. 17. VII. synod. act. 4. post med. Hadrian. de imagin. cap. 66.*

C A P U T XXV.

Non qui in foro Regiam imaginem diligentius intuens, Regemque, illam dicens eum, qui in tabula pictus est, duos Reges fatetur, nimisrum ipsam imaginem, & eum, cuius est imago. Neque

si quis in tabula pictum indicaverit, dixeritque: ecce Regem, ob id primum & veram exemplar, ipsum scilicet Regem appellazione privavit. Profecto videtur magis honorem Regis per ejusmodi confessionem stabilivisse. *Basil. contra Sabellianos, & Arium. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XXVI.

Joannes presbyter locum tenens Episcoporum Orientalium dixit: „Falsa synodus sparserat hoc axioma. Quicumque imaginem Christi adorat, in duo Christum dividit. Et quicumque imaginem aspiciens dixerit, aut inscriperit, ei, hic est Christus, Christum dividit. Stultum id sane est, nam Basilius, &c. honorem imaginum ad ipsum exemplar primum redire testatus est, &c.“ Clare enim dixit, quod, & Rex dicatur Regis imago, neque tamen duo Reges. Adeo ut tam clarum sit, quod is, qui adoraverit imaginem, & dixerit, hic est Christus, non peccaverit indicat enim, quod Christus verus est Dei Filius, & Patri considerans in celis, idque in proprio suo corpore. Verum per imaginem, quæ per colores exprimitur, potentia ejus adoratur, & glorificatur, & per sensum in cognitionem ejus potestatis pervenimus. Unde & beatus pater indicavit, non esse duas adorationes, sed unam ipsius imaginis, & primi exemplaris, cuius est imago. *Joann. presb. VII. synod. act. 4. post med.*

C A P U T XXVII.

Theophilus Episcopus Nacolæ dicebat, se instruatum sacra scriptura dicente: Nullam faciens similitudinem ad adorandam illam, neque in celo desuper, neque super terram. Non oportet manufacta adorare, hoc est, quæ manu hominum elaborata sunt. Cum vero sanctos Christi martyres, veras fidei margaritas, omni honore dignos arbitremur, & intercessiones eorum postulemus, non potui illi non respondere. Christianorum itaque fidem, cultum, & adorationem in unum, & solam Deum existere dixi, &c. creature non adoramus, absit: neque cultum divinæ dominationi debitum in conservos deducimus, absit: neque Principes, aut Reges super terram adorantes, aqualem illis cum Deo adorationem praestare videamus, &c. Neque imaginum ex cera, & colore effigiationem in errorem perfectionis divini cultus suscipimus. Non enim invisibilis Deitatis imaginem, aut similitudinem, aut figuram, aut formam expressam, quin etiam ipsorum sanctorum angelorum prastantes ordines, neque intelligere, neque investigare omnino possumus, &c. Sanctæ illius carnis (*Christi*) characterem in imaginibus delineantes salutamus, & cultu, & honore omni, quo decet, dignamur, nec ob aliud, nisi in recitationem Divinitatis illius vivificæ, & inexpresæ humanitatis. Eadem ratione, & intemerata ejus juxta carnem matri, sanctæ Deiparæ Virginis similitudinem referimus. Hoc modo ostendentes, quod mulier juxta naturam existens, & a nostra massa haudquam aliena, Deum invisibilem, & omnia manu sua continentem, ultra omnem, & hominum, & angelorum existimationem in ventre suo conceperit, & ex se incarnatum genererit. Etenim ob id eam, ut vere, & pro-

prie veri Dei matrem veneramur, & magnificamus, & quavis visibili, & invisibili creatura superiorem reputamus. Ad hæc sanctos martyres Christi, Apostolos, prophetas, tamquam conservos nostros, & veros Dei ministros, bonis operibus, & divina prædicatione veritatis, item per pessime pro ipso Deo afflictionum gloriosos, amicos Dei veros, quibus ipse etiam magnam loquendi confidentiam dedit, admiramur, & beatos prædicamus, nec non ad recordationem fortitudinis eorum, & rectam pro Christo servitutem, similitudines eorum depingimus, non quod de divina natura participant, per hoc demonstrare volentes, neque debitum tantummodo divinæ potestati, & gloriæ honorem illis tribuentes. Verum desiderium nostrum, & amorem, quo erga eos affecti sumus, ita declaramus. Nam quæ per auditio-nem tamquam vera credidimus, hæc etiam per pingibilem imitationem ad stabiliorem nostram instructionem collocamus, quando & ipsi sancti Dei in unum, & solum Deum cultum adoratio-nis, & glorificationem, & procreationem conservantes, pro Christo sanguinem suum effuderunt, & veræ confessionis coronā acceperunt. Hæc imaginum apparatus ratio est, non quod nos adorationem in spiritu, & veritate incomprehensibili, & investigabili Deitate decentem, in manu factas imagines, aut in opera hominum arte facta, aut sane in ea, quæ subsunt Deo, sive visibilia sint, sive invisibilia, transferre studeamus; verum ut dilectionem nostram, quam juste in sanctos Dei servos habemus, per justum modum exhibeamus, & per honorationem illorum in eū, qui per illos glorificatus est, quique illos glorificavit, in confessionem potentia-suæ, Christum, glorificationem, & cultum referimus, ita ut & nos imitatores fortitudinis eorum, & dilectionis erga Deum, per bonorum operum contra passiones resistentiam fiamus. Hunc autem esse imaginum in ecclesia Dei usum unusquisque per hanc instru-ctionem cognoscat, neque aliunde nos salutis spē sive in hoc mundo, sive in futuro sæculo exspectare, nisi ab unigenito filio Dei. At si Domini, & Servatoris nostri, item intemeratae ejus matris vere Deiparæ, nec non sanctorum imagines salutamus, confessim etiam fidem, & dispositionem mentis erga illos habemus, sed unum Deum sine principio, sine fine, qui omnia in manu sua ha-bet, factorem nostrum, & omnis creaturæ, & vere Servatorem, habentem potestatem in cælo, & in terra, pro genere humano hominem factum agnoscimus, ancillam autem, & matrem illius existentem vere pro genere nostro intercedentem pre-sentissime, ita ut Dominus quidem noster salutem dispensem, illa vero materno affectu pro nobis poscat, agnoscimus. Sanctos denique omnes tamquam conservos nostros, ejusdem nobiscum naturæ participes, gratissimos Dei ministros, ut dictum est, & hac gratia a Deo donatos, ut beneficia a Deo data nobis ministrant: Curationes in-quam, morborum, & periculorum liberationes, quando per memoriam eorum invocatio Dei fit, quatenus nobis in hymodiis, & glorificationibus possibile est, memoria autem eorum cum enco-

mio celebratur, ut ait scriptura, agnoscimus, &c. Germanus CP. Episcopus ad Joann. Episcop. ^{Prov. 1.} Synnad. VII. synod. act. 4.

C A P U T XXVIII.

Facta precatione unusquisque sancta evange-
lia, venerandamque crucem, & imaginem Dei
Servatoris nostri Iesu Christi, nec non Dominæ
nostræ Deiparæ salutarunt, ponentes manus suas
super ea in confirmationem eorum, quæ locuti
erant, &c. Maximus confessor in dogmatibus * sa-
lutarunt, dixerunt, quod & nos facere debemus,
nam latria ad unum Deum refertur. Tharaf. CP.
^{* η οπωρ}
VII. synod. act. 4. ant. med. ^{ταυτ.}

C A P U T XXIX.

Nos imagines sanctorum, qui revera in carne
fuerunt servi Christi, fingimus, idque in memo-
riam eorum, neque quidquam indecorum effici-
mus, pingentes eos, ut re ipsa fuerunt, neque
enim e nobis fingimus, neque rerum incorporearum
corporeas formas crudimus, neque ipsi ima-
gines, ut tu dicebas, adoramus, sed eum, qui
per picturam indicatur, glorificamus, neque hos
etiam ut Deos, absit, sed ut veros Dei servos, &
amicos, & potestatem habentes pro bonis apud
Deum intercedendi, Dei autem imaginem Iesu
Christi Servatoris nostri, quemadmodum ipse
super terram cum hominibus conversatus est,
pingimus, non ut ipsa natura Deus est: quæ
enim posset esse Dei similitudo? aut quæ figura
incorporei non effigibilisque Verbi Patris? Deus
enim ut scriptum est, spiritus est, &c. Nos ejus
humanitatem ea ratione pingimus, non illius in-
corpoream Deitatem, &c. de Angelis, & Ar-
changelis, & eorum potestatibus, quibus & no-
stras animas adjungo, ipsa catholica ecclesia sic
sentit, esse quidem intelligibiles, sed non omnino
corporis expertes, & invisibiles, &c. Sic au-
tem multos sanctorum Patrum sensisse cognovi-
mus. Basilius magnus, & beatus Athanasius, &
Methodius, & qui stant ab illis, &c. imitabiles
pictura existunt, & in loco existunt, & circum-
ferentiam habent, non tamen ex quatuor ele-
mentis, & crassa illa materia, ut nos, &c. Mul-
totiens visi sunt, sed ab illis, quibus Dominus
oculos aperuit. Nos igitur eas, non ut Deum, sed
ut creaturas intelligibiles, & ministros Dei pin-
gimus, & colimus. Quod autem hominis forma
pingantur, in causa est, quod in ea visi sunt, si
quando ministerium Dei apud homines abie-
runt. Joannes Episcop. Theffaloniken. in serm.
five dialogo gentilis & christiani VII. synod.
act. 5. post princ.

C A P U T XXX.

Sancti martyres dicunt: Non divinum, sim-
plex existens, & incomprehensibile, formis, &
figuris assimilamus, neque cera, & lignis super-
substantialem, & ante principia existentem sub-
stantiam honorare nos decrevimus, &c. in qua
vitis est ab hominibus figura, & in qua converla-
tus est inter homines, in tabulis pingitur, qua ra-
tione per divinum typum ejus salutaris potentia
recordamur. Constantinus diaconus Constanti-
n. in omnes sanctos martyres. VII. synod. act. 5.
ante fin.

CA-

C A P U T XXXI.

*Exod. 20.
Deut. 5.
* incite-
mur, f.* Non erunt tibi Dii alii præter me. Non facies tibi idolum, &c. & si facimus hominum piorum similitudines, non tamen ea sunt, ut adorentur, ut Dii, sed ut eas videntes, ad imitationem facinorum illorum irritemur*. Si vero similitudines Christi facimus, tane non propter similitudinem adoramus, sed quo mens per ea, quæ conspexit, furium volet, non eam imaginem corruptibilem hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo incommutate dignatus est fieri, facinus illius imaginem, velut hominis, quamvis sciamus eum natura Deum existentem. Non idem igitur Deum, & imaginem dicimus, sed Deum cognolentes, similitudinem in imagine dispensationis illius humanæ figuramus. Gentiles autem errantes similitudines Deos esse arbitrantur. *Scholion Incerti. VII. synod. action. 5. ante fin.*

C A P U T XXXII.

*De confecr.
dist. 3. c. 28.* Venerandas imagines Christiani neque Deos appellant, neque ut Deo cultum exhibent, neque salutis spem in illis constituunt, neque ab his judicium aliquando futurum expectant. Quod si autem in recordationem, & memoriam, item quod singulari quadam affectione in ipsa prototypa ferebantur, salutaverint, & honorifice adoraverint imagines, non tamen ob id illis latriam exhibuerunt, aut divinam venerationem adscripserunt, &c. *VII. synod. action. 6. Epiph. tom. 2. in princ. contra Gregor. & alios.*

C A P U T XXXIII.

Christiani unum Emmanuel Christum Deum noscentes, ipsum pingunt secundum hoc, quo Verbum caro factum est, &c. Picturas inspicientes, nihil aliud animo cogitant, quam quod in his significatur, nam cum in pictura Virginem peperisse conspiciunt, Angelosque cum pastoriibus adstantes, Deum hominem factum esse reputant, natum ob nostram salutem, &c. *Epiph. ubi supra tom. 3. post princip.*

C A P U T XXXIV.

Aliud est imago, aliud prototypum, neque aliquis, modo quid sapiat, proprietates prototypi in imagine exquirit, nam vera ratio in imagine nihil aliud, quam nominis communionem, cuius est imago, neque substantiam prototypi cognoscit, &c. *Epiph. ubi supra tom. 3. post princ.*

C A P U T XXXV.

In praecedentibus ex sanctorum patrum rivis haurientes imaginis honorem in primum exemplar reverti significavimus. Et qui imaginem Imperatoris videt, in ea ipsum Imperatorem contemplatur, & qui imaginem ejusdem adorat, ipsum quoque Imperatorem adorat, hujus enim forma, & figura illius est imago. Et quemadmodum qui deliciens imaginem Imperatoris violat, non aliter castigatur, quam si ipsum Imperatorem contumelia affectile, cum tamen illa ipsa imago, præter lignum, & colores nihil sit, colores inquam, cum cera mixtos & temperatos, eodem modo, qui typum alicujus, sive figuram ignominia afficit, in illum ipsum, quem typus

repræsentat, injurius est. Quin etiam ipsa rerum natura id ipsum docet. Hoc etiam universi mortales agnoscunt, patresque sanctoros ita tradidisse norunt, & eos, qui aliter docent ecclesiæ catholicæ, immo naturæ rerum contradicere, &c. *Epiphanius, ibid. tom. 4. post princ.*

C A P U T XXXVI.

Imaginum pictarum jugis contemplatio continuo memoriam exercet, ne iterum recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore meretricio detentum rapere cupit, casti Joseph imaginem proponit, &c. Traditionem itaque ecclesiæ recipiamus, legislationem ejusdem *Genes. 39.* veneremur, &c. An non sentimus probam, & laudabilem esse imaginum erectionem? an non sentimus spiritualiter nos per eas referri ad prototyporum recordationem? Sane sentimus. Quapropter non indignas habebimus eas honore salutatione, & veneratione, debitamque adorationem illis dare debemus. Sive igitur placebit salutationem, sive adorationem appellare, idem profecto erit, modo sciamus excludi latriam, hæc enim est alia a simplici adoratione, &c. Qui autem est adoratus venerandam imaginis picturam, si dignus est, accedat, si indignus sit, purgetur, deinde accedat, &c. Hi mentes muliebres decipiunt dicentes, quod si quis adoraverit imaginem Domini, aut intemeratae Deiparae Dominae nostræ, aut sanctorum Angelorum, aut alicujus e sanctis, is in spiritu latriam illis exhibet, &c. Gregorius Theologus ejuscemodi cogitata subvertit, adhortatus nos omnes ad Bethlehem venerationem, & ad præsepsis adorationem. Cum illo gloriosus Maximus, cuius laus in omnibus ecclesiis, &c. divinam figuram venerabilis crucis, item sacrum evangelium, & venerandam imaginem jussit in medium adduci, voluitque ut in confirmationem actorum oscularentur ab omnibus. Athanasius in epist. ad Marcellinum, quam præposuit interpretationi psalmorum, dicit: „Librum psalmonrum aliquis assumens, prophetias de Salvatore continuo, ut in aliis scripturis admiratus, & adorans enarrat, &c. Qui vero dicunt, sufficeret usum imaginum ad memoriam solum, non vero ad salutationem eas habendas, semiprobi, & falso veri, ut ita dicam, deprehenduntur, altera quidem parte veritatem confitentes, ex altera vero perverse agentes, &c. Igitur cum timore Dei omnia agamus postulantes intercessiones incontaminatae Deiparae, & semper Virginis dominæ nostræ Mariæ, item sanctorum angelorum, omniumque sanctorum salutantes, & venerandas illorum reliquias, ut nos sanctitudinis eorum siamus participes“, &c. *VII. synod. action. 6. Epiph. contra Gregor. & alios in fin.*

C A P U T XXXVII.

Interrogatio Antiochi ad sanctum Athanasiū pro imaginibus. Cum lex, & prophetæ dicant, statuas, & similitudines non adorabis, quomodo vos facitis imagines, & adoratis eas? Respondit: „Non sicut Deos imagines adoramus nos fideles, absit, pagani, sed tantummodo affectu, & charitate nostræ animæ ad

„ vul-

126 Juris Pontificii Veteris Epitome

Genes. 47. „ vultum faciei imaginis apparentis. Unde multo
„ totiens, vultu deleto, sicut lignum purum atque
„ que commune eam, quæ dudum fuerat imago,
„ comburimus “. Sicut enim Jacob approximans morti, summitatem virgæ Joseph adoravit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat, sic & fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, nisi pro desiderio effigie declarati. *Hadrian. de imaginib. cap. 34. ex D. Athanasio.*

T I T U L U S XIX.

DE IIS, QUI HÆRESIS ICONOCLASTARUM AUCTORES FUERUNT, AUT ILLI IN PRIMIS FAVERUNT.

Vide lib. XI. tit. XLVII. & adde :

C A P U T I.

Principium hujus hæreseos, ex Constantino Episcopo Nacoliæ ortum est. *Tharaf. VII. synod. act. 4. ante fin.*

C A P U T II.

Promittebas te correcturum ea, & confirmaturum, de quibus fides tua vacillare dicebatur, neque etiam quidquam amplius contumeliae adversus Dominum, aut sanctorum ejus imagines dicturum, aut facturum, sed tantum e scriptura probaturum, nihil divini honoris in creaturis consistere, sed licere tamen venerationem illis exhibere, &c. *German. CP. Episcop. ad Constantinum Episc. Nacoliæ. VII. syn. act. 4. ante fin.*

C A P U T III.

Inductio peregrinæ istius novitatis a prædicto Episcopo Nacoliæ initium cœpit. *Tharaf. VII. synod. ibid.*

C A P U T IV.

Joann. 4. Non esse decens dicebat Xenæus angelos existentes incorporeos, corporea, & humana effigie repræsentari, quin etiam hæc fuit opinio ejus: Christo non dandum esse honorem, aut laudem esse dicendam in pictura hominum arte elaborata, esse autem illi solum acceptam adorationem in spiritu, & veritate. Inter cetera autem dicebat, & hoc esse puerilis animi factum, fingere in columba idolo ter adorabilem Spiritum sanctum, nusquam enim evangelicis scriptis traditum esse Spiritum sanctum columbam esse, sed quod in *Matt. 3. d.* & *Marc. 1. a.* specie columba aliquando vilus est, id autem dispensative, & non substantialiter factum esse. Ita putabat inconveniens pios homines Spiritum sanctum, ut corpus habentem, delineare. Hæc Philoxenus docens simul cum ipsa doctrina opere rem demonstrabat, saepe angelorum imagines adferens ejecit. Christum autem imagines repræsentantes omnes in unum locum collocavit. *Joannes Diaconomius in historia Ecclesiastica VII. synod. act. 5. in med.*

C A P U T V.

Neque etiam sanctorum Angelorum honorem (*Severus*) illæsum esse sivit; frequenter autem sermonem in gradibus stans hac de re habebat, populumque saepe persuadere conabatur, etiam in ipso templo sanctissimi Michaelis, non decere purpureas angelos vestes, sed albas, non ignorans sanctis non esse curæ potestatibus, quo vescit utantur; studebat autem, & hæc discerpere, &

commovere ne quomodo res se haberet, cognosci posset. *Joannes Episcopus Gabalon in vitam, & politiam Severi hæresiarchæ, act. 5. post med.*

C A P U T VI.

Anastasius, Constantinus & Victor Patriarchæ CP. hæretici, libros de imaginibus bene loquentes deleverunt. *VII. synod. act. 5. post med.*

C A P U T VII.

Origo Iconoclastarum ex Arabis, & Hebræis ora est. Nam Ezidaus rex Arabum persuatus a Sarantapechi Hebræorum duce in Tiberiade, jussit aboleri omnes imagines. Hos imitatus pseudoevpiscopus Nacoliæ, sed illi male perierunt, &c. *Joann. Vicarius Episc. Orientis. Episcopus Melenæ dixit: „ Et ego puerulus eram in Syria, quando Sarracenorum Princeps imagines subvertit “. VII. syn. act. 5. in fin.*

C A P U T VIII.

Utinam erubescant, cum in priscos Christianorum mores inspiciunt, qui nunc dici volunt hoc nomine, sane non damnarent picturarum apparatus, qui ab eo tempore fuit, quo prædicatum est evangelium, nam ab eo tempore quo celebrata est sacrofæsta synodus (*sexta*) usque ad conciliabulum, quo hi convenere, qui contra sanctas imagines steterunt, non plus qua LXX. anni lapsi sunt, &c. In primo enim & quinque millefimo Christus natus est, & xxx. * annis, * XXXII. in mensibus v. fere nobiscum fuit, &c. qui Apostolis mandavit, ut ea, quæ a se erant docta, alios deinceps docerent: ab eo tempore ad tempora Constantini primi ex Imperatoribus Christiani anni propemodum CCC. ante illum gentiles tyrannice regnarunt, quorum tempore martyres idola oppugnantes occubuerunt. At vero Christianorum cœtus divina æmulatione ducti tempora construxerunt, partim Christi nominis gratia, partim sanctorum martyrum causa, atque illi quidem historiam humanæ Christi dispensationis in iis pioxerunt, hi vero martyrum gestis effigiandis operam collocarunt, alii id tabellis expreftere, quo martyrum memoriam in oculis perpetuo ferrent, aut ipsius etiam Christi facta, alii autem in vestibus sacratis, in pretiosis repositoriis, in quibus incruenta sacrificia peragunt, imagines pinxere, &c. Sacra autem sexta, & universalis synodus, &c. sub Justiniano &c. CII. canones edidere, in quorum LXXII. de imaginibus sic tradiderunt: „ In quibusdam venrandarum imaginum picturis, &c.“ Videamus igitur omnes, & intelligimus, quod & ante sacras sex synodos, & post has etiam sanctorum picturæ in ecclesia traditæ fuerint, non aliter atque sacra evangelii lectio. Nam quæ leguntur ubi ad aures venerint, ad animum deinde legamus & transmittimus, & quæ oculis videmus in picturis, ea quoque mente complectimur, atque ita per duo ista invicem consequentia, lectionem, inquam, & picturam, unam cognitionem acquirimus, quæ ad recordationem rerum gestarum pervenitur, &c. *Epiphan. tom. 1. in fin. contra Greg. VII. syn. act. 6.*

C A P U T IX.

Tempore Gregorii secundi decrevit Imperator Leo,

Leo, ut in nulla ecclesia imago cuiuslibet sancti, aut martyris, aut angeli haberetur, maledicta enim omnia asserebant, &c. Ex Pontif.

TITULUS XX.

ANATHEMATA CONTRA ICO-NOMACHOS.

Vide lib. XI. tit. XLVII. & in hoc libro tit. XVI. quibus adde:

CAPUT I.

Anathematizamus omnes haereses simul cum Iconomachis. *Libellus Roman. Eccles. in VII. syn. sub Hadr. II. act. 1.*

CAPUT II.

Tantum amorem erga imagines sanctorum habere videbatur (*Simeon Stilita*) ut impios illos (*Iconomachos*) anathematis jacularet ictibus. *Hadrian. in lib. de imaginibus ad Carolum Magnum c. 16. in med.*

CAPUT III.

Missi nostri synodum istam vii. secundum nostram adhortationem fecerunt, &c. Insuper, & pseudotylogum illud, quod ab haereticis factum est sub Constantino haeretico Imperatore anathematizantes cum eorum sequacibus, atque complicibus damnaverunt. *Hadrian. de imaginibus cap. ult.*

CAPUT IV.

Qui venerandas imagines non veneratur, anathema sit. Qui in sanctas, & venerabiles imagines blasphemias congerunt, anathema. Qui traducere, & maledicis verbis incessere audent venerandas in imagines, aut easdem reilcere, anathema. Qui ex animo Christianum populum non docent venerationem sanctorum & honorabilium imaginum omnium sanctorum, qui ab initio Deo placuerunt, anathema. Christianorum accusatoribus, aut iconoclastis, hoc est imaginum demolitoribus, anathema. *Theodosii Episcopi Amorii resipiscientis confessio VII. syn. act. 1. post princ.*

CAPUT V.

Habebitis trium Apostolicorum thronorum concordem sententiam, & concionentem concordiam, qui sane sex generales synodos ante habitas una voce praedicant, aliam autem illam, quam septimam dicunt, synodum, (*loquuntur de pseudosynodo haereticorum*) non modo non recipiunt, sed uno animo, & voce detestantur, utpote quæ ex haeresi contra Apostolicam, & patrum traditionem sit congregata, non aliam ob causam, quam ut sacrofancetas, & venerandas imagines subvertat. *Orientalium ep. ad Tharasium VII. syn. act. 3.*

CAPUT VI.

Anathematizamus omnem, qui non adorat sanctas & venerabiles imagines. *Nicetæ, & Theophilus conversi ex Iconomachis apud syn. VII. gen. act. 8.*

CAPUT VII.

Gregorius tertius decrevit cum synodo nonginta trium Episcoporum, ut si quis deinceps antiquæ consuetudinis, & Apostolicæ ecclesiæ fidem usum contemnens aduersus eandem venerationem sacrarum imaginum, videlicet Dei, & Domini nostri Jesu Christi, & genitricis ejus sem-

per Virginis immaculatae, atque gloriose Mariæ, beatorum Apostolorum, & omniū Sanctorum depositor, atque destructor, & profanator, vel blasphemus extiterit, sit extorris a corpore, & sanguine Domini nostri Jesu Christi, vel torius ecclesiæ unitate, atque compage. Ex Pontif.

TITULUS XXI.

DECRETA CONTRA ICONOMACHOS.

CAPUT I.

Quod justum est, iuste exequendum. Deilo-
quus Moyses evidenter lege promulgat,
cum bonum non sit bonum, nisi secundum ratio-
nem efficiatur. Bonum ergo profecto, & valde
proficuum est, sanctas, & venerabiles iconas pin-
gere, sed & proximos disciplinas divinæ ac huma-
næ sapientiæ docere; non autem bonum est, nec
omnino proficuum ab indignis horum aliquid fieri.
Hujus rei gratia nequaquam iconas operari in
sacris templis, sed neque in quovis loco docere a-
nathematizatos ab hac sancta, & universali syno-
do definimus, & promulgamus, usque quo a pro-
pria seductione*, ac malitia convertantur. Quis-
quis ergo post hanc definitionem nostram ad pi-
etatem sanctorum imaginum in ecclesiis, aut do-
ctrinæ actionem quoquo modo eos admirerit, si
quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur,
si vero laicus separetur, & divinorum myste-
riorum communione privetur. *Syn. VIII. gen.*
CP. sub Hadr. II. cap. 7.

CAPUT II.

Inimici sanctæ catholicae, & Apostolicæ ecclæ-
siæ malignantes adversus olitanam, orthodoxam
que traditionem pro sacris imaginibus* deposi-
tione ad nihil redacti sunt. *Hadr. in lib. de imaginum.*
imaginibus ad Carolum Magnum c. 15.

CAPUT III.

Beatus Augustinus in psalm. xix. explanavit *Psalm. 9.*
hunc versum: *Inimici defecerunt frameæ in fi- nem*, dicens. Non pluraliter *inimici*, sed singulariter *hujus inimici*. Cujus autem inimici, nisi Diaboli frameæ defecerunt? Hæc autem intelliguntur diversæ opiniones erroris, & post pauca:
Et civitates destruxisti, civitates autem istæ sunt, in quibus diabolus regnat, ubi dolosa, &
fraudulenta concilia, tanquam curiæ locum obti-
nent, &c. & ideo adimplatum est in ipsis haereti-
cis, quando sacras imagines temerantes procaci-
ter deposuerunt. *Hadr. de imaginibus c. 41.*

CAPUT IV.

Debueras Paulum divinum Apostolum audi-
visse dicentem: *Traditiones, quas accepisti, si-
ve per sermonem, sive per epistolæ nostras ser-
vate, & iterum Tito, & Timotheo scribentem:*
Impuras verborum vanitates respuite. Quid au-
tem impurius, & vaniloquentius, quam christia-
nos idololatriæ studiosos dicere? *Tharas. VII.*
syn. act. 2. in princ.

CAPUT V.

Omnem blasphemiam excedit improbum hoc
factum, quod in Deum Verbum pro nobis incarna-
tum, ejusque gloriosam Matrem, & in veorandam,
sanctamque crucem Samaritæ designarunt,
nam cum videamus pias vestras leges, eos, qui
imaginem, aut statuam Imperatoris ignominia
affi-

2. *Theff. 2.*

1. *Tim. 6.*

2. *Tim. 2.*

Tit. 3.

afficiunt, extremo, & justo mortis suppicio plemente: qua tandem pena puniendo sunt, qui in imaginem Domini nostri, ejusque Matris nefando facinore grassati sunt? tantum enim sceleris est commissum, ut nec ulla humanitatis mica amplius supereile credatur, &c. Simeon Stilita ep. 3. ad Justinum Juniorem VII. syn. act. 5. in princ.

C A P U T VI.

Quid est, quod alios dicunt excitatos, qui de imaginibus traditionem, quae per octingentos annos valuit, quamque beati patres veluti anchoram stabiliverunt, & confirmarunt, subverterunt? VII. syn. act. 6. Epiphan. contra Greg. O' alios tom. 2. post princ.

C A P U T VII.

Si quidem sacras imagines suscepserint Iconoclastæ, ecclesiæ catholicæ adhærebunt, utpote quas sacrae sex universales synodi admiserunt. Si vero non sequentur catholicam ecclesiam, nemo eos audiet, utpote qui hujus sacram traditionem non sequantur. VII. syn. act. 6. Epiphan. contra Greg. O' alios tom. 2. post med.

T I T U L U S XXII.

ARGUMENTA ICONOMACHORUM, ET CONFUTATIO IPSORUM.

C A P U T I.

Appellant illos (*Iconomachi*) umbratiles pictores, qui Christum coloribus delineant, pinguntque. Quid ergo, num & fabrum crucem præparantem, ædificantemque χριστόν hoc est ineptum fabrum, & rudem vocabunt? &c. VII. syn. act. 6. Epiph. contra Gregor. O' alios tom. 3. post princ.

C A P U T II.

Objetio. Arbitratus est ipsam imaginem Christum vocando, est autem Christus hoc nomine Deus, & homo: sequitur, ut & imago Dei sit, & hominis, ut deitatem circumscripterit, aut inconfusa unitio nem naturæ humanæ, & divinæ confuderit, &c. *Pseudosynod.* VII. in synodo act. 6.

Solutio. Non est imaginum structura pictorum inventio, sed ecclesiæ catholicæ probata legislatio, & traditio. Nam quod vetustate excellit venerandum est, ut inquit divinus Basilius. Testatur hoc ipsa rerum antiquitas, & patrum nostrorum, qui Spiritu Sancto ferontur doctrina, etenim cum has in sacrâ templis consiperent, ipsis quoque animo propenso veneranda tempora extruentes, in eis quidem gratas orationes suas, & incruenta sacrificia Deo omnia rerum Domino offerunt. Atqui concilium, & traditio ista non est pictoris, verum ordinatio, & dispositio patrum sanctorum, qui ædificaverunt. Hoc autem nomen *Christus*, significativum est & deitatis, & humanitatis secundum illam naturam, qua visus est. Homines Christiani illius imaginem depingere didicerunt, non secundum eam, qua invisibilis erat, hæc enim describi non potuit, audivimus enim ex Evangelio, *Josann. 1.* *Jeann. 4.* Deum neminem unquam vidisse. Itaque natura humana, Christo depicta, ut rei veritas id indicat, secundum nomen tantum Christiani contentur se adaptare visam imaginem archetypo, & non secundum essentiam. Ipsi autem stolidi, & leves imaginem, & prototypum nihil differre di-

cunt, & in diversis substantiis identitatem substantiae indicant, &c. Si in præsepio jacens fasciis involutus * per naturam humanitatis illius divinitatis natura fuit, circumscribetur & in colorata imagine humanitatis ejus incircumscribibilis ejus divinitas, si vero illud factum non est, neque hoc etiam, &c. VII. synod. action. 6. Epiphan. ubi supra tom. 3. post princ.

C A P U T III.

Imaginum appellatio neque Apostolorum, neque patrum traditione cœpit, neque precatio nem sacram ullam, qua sanctificari posset, habet, sed manet communis, & inhonorata, quemadmodum ab artifice pictore absoluta est. *Pseudosynod.* ubi supra tom. 4.

Quod cum multis aliis, quae in Ecclesia obser vantur, sine scriptura nobis imaginum veneratio tradita sit, ab Apostolorum temporibus late per historias traditum est. De imagine maxime Hemorrhoissæ, quam multis scriptoribus confirmare possumus, &c. Quin etiam Basilius Magnus, cuius scripta per omnes terræ fines resonant, in diversis opusculis suis mentionem imaginum facit. Gregorius etiam, illius & carne, & spiritu frater, Nyssenium præsul in sermone in Abraham idem sentit. Item alter Gregorius Theologus in versibus de virtute. Et Jo. Chrysostomus in oratione funebri in Meletium Episcopum Antiochiae, & in sermone, quod veteris, & novi testamenti unus sit legislator. Cyrillus item expiator Nestorianæ hæresis in epist. ad Acacium Episcopum Scytopoleos. Anastasius Episcopus Theopoleos. Sophronius, Maximus. Sed quid hos nominatim citamus? omnes enim sancti patres nostri imagines acceperunt. Quam ob causam mendaces deprehenduntur in hoc, quod dicunt, non esse patrum traditionem, &c. Plane enim pictura convenit cum evangelica narratione, &c. Nam si conspexerimus in imagine Angelum annuntiantem Virgini, plane in recordationem Evangelicæ historiae venimus, &c. VII. synod. action. 6. Epiph. ubi sup. tom. 4.

C A P U T IV.

Quomodo autem, & valde laudatum Dei Matum, quam obumbravit plenitudo Deitatis, per quam nobis eluxit lumen, quod adiri nequit, matrem, inquam, ipsis cælis altiore, sanctiore Cherubim, vulgaris ars gentilium pingere audet? Rursus, quomodo eos, qui cum Christo regnaturi sunt, & in sedibus cum eo sedebunt judicaturi orbem terrarum, conformes ejus gloriæ, quibus non erat dignus mundus, ut divina miracula asserunt, quomodo, inquam, eos non timent per artem gentium exhibere? *Pseudosynod.* ubi supra

Norunt (*Christiani*) per specificam effigiationem certamina, & virilia eorum facta animo perspicere, & supernis honoribus magnificare, cognoscereque illos, secundum divinum Apostolum, cum Christo vincitos esse, & pro nobis intercedere, sinceramque & inviolatam fidem, & cultum in spiritu, & veritate soli Deo offerre, minime vero creaturis illis, quæ sunt sub caelo, &c. VII. synod. act. 6. Epiphan. ubi supra tom. 4. in med.

CA.

C A P U T V.

Objec. Deus est spiritus, & quicumque Deum adorant, in spiritu, & veritate adorent. *Deum nemo vidit unquam*, neque vocem ejus audivisti, neque formam ejus vidiisti, *beati sunt, qui non viderunt, Crediderunt.* *Pseudosyn. act. 6. tom. 4.*

Responso. Non Christiani adorationem in spiritu, & veritate imaginibus exhibuerunt, neque etiam divina crucis effigie, neque etiam unquam invisibilis, & incomprehensibilis naturae imaginē apparuerunt, &c. Nam cum divinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore, & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. *VII. synod. action. 6. Epiphan. ubi supra tom. 4. post med.*

C A P U T VI.

Objec. Et in veteri testamento ait ad Mosem, & populum: *Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem*, &c. Quam ob causam in monte in medio ignis vocem verborum audivisti, similitudinem non vidiisti, &c. *Pseudosyn. ubi supra synod. VII. act. 6. tom. 4.*

Responso. Quæ in veteri lege contra eos, qui inter filios Israel vitulum adorabant, & Ægypti abominationibus insisterent, dicuntur in Christianos quoque jaestate non desinunt. Capiuntur autem labiis proprii oris: utinā autē cogitasset, quia Dominus eam gentem ducturus in terram promissionis, in qua habitabant gentes, quæ adorabant, & colebant idola, dæmones, solem, lunam, & astra, reliquaque creaturas, quin etiam volucres, quadrupedes, & serpentes, Deum autem verum ignorabant; quare tam diligenter eis præcepit, ne facerent ullam similitudinem eorum, quæ aut in cælo, aut in terra sunt. Postquam autem eos ab idolatria abduxisset, iussissetque tabernaculum testimoniū fabricari, Moles servus illius, fidelis, cui omnia significaverat, sensibilia Cherubim habentia hominum formam, respondentia figura intelligibilius ex auro apparuit in umbrantia propitiatorium, quod scilicet Christum præfiguravit. *Synod. VII. act. 6. Epiph. tom. 4. contra Greg. C. alios.*

C A P U T VII.

Objec. Et mutaverunt gloriam immortalis Dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem effectam, & venerati sunt, & coluerunt ea, quæ condita sunt, super eum, qui condidit. Et rursum: Si enim cognovimus Christum secundum carnem, jam non cognoscimus, per fidem enim ambulamus, non per speciem, & hoc quod ab Apostolo aperte dictum est: *Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.* *Pseudosyn. VII. act. 6. ubi supra.*

Responso. Aperte dicere licet eos similes factos gentibus, qui gloriam Dei mutaverunt relicto creatore, dum Apostolicas sententias secundum proprias cupiditates subvertunt. Clarum enim omnibus est Apostolum gentes reprehendisse in eo, quod ait: *Commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis,* infert etiam volucrum, quadrupedum, & serpentium. Dolose tamen isti totam phrasim con-

Tom. VI.

taminaverunt, ut per eam immutatam simpliciores inescarent, quasi scilicet Apostolus de imaginum in ecclesia pictura verba faceret. Nam quæ ab Apostolo inferuntur, apertam habent manifestationem, volatilium enim, quadrupedum, & serpentium mentionem facit. Item ea, & venerati sunt, & coluerunt, creaturas scilicet supra creatorem. *VII. synod. act. 6. Epiph. contra Greg. C. alios tom. 4. ante fin.*

C A P U T VIII.

Epiphanius Cyprius sic ait: „Ne in ecclesiam *Objec.* imagines inferatis, neque in sanctorū cōmetertiis eas statuatis, sed perpetuo circumferte Dcū in cordibus vestris. Quin etiam neque in domo communī tolerentur, non enim fas est Christianum per oculos suspensum teneri, sed per occupationem mentis“. Idem in aliis quoque sermonibus suis de imaginum subversione multa dixit, quæ studiose quærentes facile invenient. *Pseudosyn. ubi supra tom. 5.*

Quod nunc a beato Epiphanio dictum est, illius nequaquam existit. Divinus enim hic pater LXXX. capitum librum edidit, in quo omnes hæreses gentiles, & Judaicas, item quotquot post Christianismum suscepimus inventæ sunt, damnavit. In quo proculdubio & eam posuisset, quæ de imaginibus ab istis fertur, si alienam a Christi religione hanc existimasset. Quod si autem ecclesia has contra venerandas imagines expositiones suscepisset, profecto non fuisset illis uta in ordinatum templorum ad nostram memoriam juvandam, &c. Beatus pater Epiphanius temporibus Arcadii, & Theodosii floruit: ab eo igitur tempore & hanc hæresim usque anni sunt CCC, & tandem libros illos contra imagines nemo Christianorum, præter ipsos novitatis magistros, recipit. Quod si tanto tempore in ecclesia non sunt recepti, quamobrem nunc a nobis recipi debent? Nam quam adferunt quidam storum epistolam veluti scriptam a beato Epiphanio Cypriorum Præfule ad Thodosium Imperatorem, &c. invenimus circa finem epistolæ hujuscemodi emphasm: „Sæpe cum ministris * meis de imaginum oblatione egi, sed ab his non receptus sum, neque vel in paucis vocem meā audire sustinuerunt“.

Attendamus autem, qui floruerunt per tempora Epiphanii, quos tamquam gloriosos. Doctores, & tutæ munimenta ecclesiæ dicere possumus Basilius Magnus, Gregorius Theologus, Gregorius Nissenus, quem omnes patrem patrum vocant, Joann. Chrysostomus, Ambrosius, Amphilius, Cyrilus Hierosolymorum Episcopus. Quod si is, qui hanc expositionem dictorum contra venerandas imagines edidit, ait se a sanctis patribus, qui per ea tempora floruerunt, non fuisse receptum, quomodo ea, quæ sancti patres non probaverunt, nos qui circa fines temporum & sæculorum occurrimus, quique verbi, & cognitionis usu deficiimus *, & indigni sumus, ut discipuli illorū vocemur, recipiemus? præsertim cum falso contra ecclesiam edita sint, &c. Nos autem Christianæ dictum illud Apostoli cogitemus. Traditiones, quas accepimus eas fervemus, profanas vaniloquentias recusemus, eaque omnia falsa, & effecta cognoscemus.

R.

* Communi-
tatis, &c.

* Defici-
murs, al.

2. Theofal. e.
2. Tim. 3.
Ad Tit. 3.

130 Juris Pontificii Veteris Epitome

scamus. Libri enim B. Epiphanii, præcipue is, qui dicitur *Ancyros*, & reliqui per universum terrarum orbem sunt famigerati, &c. hi vero pauci, & forte nuper editi, quare, ut novicii, & alieni, falsique ab ecclesia existimati sunt, nec umquam fuere recepti, &c. Epiphanii discipuli templum in Cypro, quod ejusdem patris nomine appellaverunt, ædificaverunt, & cum multis alijs picturis illius quoque imaginem ibidem collocarunt, &c. VII. synod. action. 6. Epiphan. tom. 5. in princ.

C A P U T IX.

Objectio. Gregorius Theologus in versibus dicit: „ Flagitium est fidem habere in coloribus, & non in corde, ea enim, quæ in coloribus existit, facile eluitur: quæ vero in profundo mentis illa mihi amica“. *Pseudosyn. ubi supra tom. 5.*

Responsio. Beatus Gregorius, &c. voluit, ut operemur, quæ sunt regni cælorum, non vero mundi hujus, quæ tamquam fluxa, & celeriter se mutantia fidem non habent. VII. synod. Epiph. ubi supra tom. 5. post princ.

C A P U T X.

Objectio. Amphilochius Iconii Episcopus ita ait: „ Non enim nobis sanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare curæ est, quoniam his opus non habemus, sed politiae illorum virtutum memores esse debemus“. *Pseudosynod. ubi supra.*

Responsio. Hæreticis proprium est, mutilatas exquirere sententias, &c. hæc dicit beatus pater, maxime quo nos ad imitationem perducat, non enim sanctos propter carnalem amorem laudamus, neque pingimus, sed quo virtutum illorum simus memores, & in libris vitas illorum describimus, in tabulisque illos depingimus, non quod hoc a nobis postulent ipsi, verum id nostra causa, & propter utilitatem nostram facimus, non enim solum passiones martyrum nos instituunt, sed & contextus, & scriptum de illorum passionibus, picturae que idem indicant, simili modo & annua illorum memoria, &c. Nemo enim laudaverit virum, quem viderit virtutes sanctorum aversantem, & quotidie illorum imagines circumferentem, aut templo illis ædificantem, aut vasa comparantem illis, sui ipsius autem templum divinis virtutibus non ornantem, &c. Hoc sane martyrum est encomium, electorum ad virutem convocation, quemadmodum Magnus ait Basilius in moralibus sermonibus, &c. „ Multas cruces in ædicula figurare, & præcepta Dei contemnere, imitationisque passionis illius obliviisci, extrema de- mentia est, &c.“ Asterius Amasiaz Episcopus in sermone de Lazaro, & divite emphasi utens ait: „ Ne pingas Christum in vestibus, sed magis sumptu illo, & impensis pauperibus subveni &c.“ Idem tamen in encomio de Euphemia martyre imaginem laudat, &c. Gregorius Theologus in sermone natalium Domini, sic ait: Bethleem honore affice, & præsepe adora. Nam quæ Deo oblata sunt, ejus participatio ne, & contrectatione sancta fiunt, quemadmodum idem & tota Scriptura testatur, & ob hoc sancto, honor sanctitatis illius non aliter con-

„ servatur, quam per nostram devoutam adoratio nem, &c.“ VII. syn. act. 6. Epiphan. ubi sup. tom. 5. in med.

C A P U T XI.

Theodorus Ancyra Episcopus sic docet. Sanctorum formas, & species ex materialibus coloribus formari minime decorum putamus, horum autem virtutes, quæ per scripta traditæ sunt veluti vivas quasdam imagines, reficere subinde oportet. Ex his enim ad similem imitationem, & zelum pervenire possumus. *Pseudosyn. ubi supra.*

Nos cum congregassimus libros Theodoti sex **Responsio.** ad Lausum tomos contra Nestorium scriptos, interpretationem in symbolum Nicænum, sermonem in natalem Domini, in luminaria, in Helliam & viduam, in sanctum Petrum, & Joannem & in claudum sedentem ad Speciosam portam, in eos, qui talenta acceperant, in duos cæcos, nusquam sane dictam sententiam invenire potuimus &c. VII. syn. act. 6. Epiphan. ubi supra tom. 5.

C A P U T XII.

Similiter & Eusebius Pamphili ad Constantiam Angustam petentem Christi imaginem ad se ab illo mitti, &c. velim mihi significes, quamnam putas Christi imaginem? *Pseudosynod. ubi supra.*

Quis fidelium in Ecclesia, qui que verorum dogmatum scientiam habeat, ignorat Eusebium Pamphili in reprobū sensum coosensisse Arii placitis &c. Opinentur Ariani Christum Dominum nostrum carnem sine anima assumpisse divinitatem, implevisse animæ consilia, &c. nimirum quo passionem, ut ait Gregorius divinitate circumscribant, & ob id vere Theopaschitæ sunt. Qui autem hujus sententiae sunt, imaginem non habendam censem, quemadmodum impius Severus, Petrus Fullo, Philoxenus Hierapoleos Episcopus, & omnis denique illa multi capitis, & sine capite hydra contendit. Hujus igitur societas existens, & Eusebius, quemadmodum ex illius epistolis, & historicis commentariis demonstratum est, imaginem Christi Theopaschitarum more reiicit, qua de causa & Constantia Licinii uxori scribit apud se imaginem non reperi. Nam & in eadem epistola dicit, quod illius incarnata forma in Deitatis naturam mutata sit. Nemo tamen sanctorum patrum nostrorum sic sensit, aut docuit, neque etiam veritas sic se habet. VII. syn. act. 6. Epiphan. tom. 5. ante fin. vide ibi multa contra Euseb. Pamphili.

T I T U L U S XXIII.

COMMUNIA DE IMAGINIBUS.

C A P U T I.

A Postolice instructi traditiones, quas accepimus, servamus omnia suscipientes, quæ sancta catholica Ecclesia & scripto, & consuetudine admisit. Quorum de numero cum & venerandarum imaginum essent figuraciones, de his peculiariter egimus. Nicæn. II. in epist. ad cleric. CP.

C A P U T II.

Imagini Petri, & Pauli ostenduntur a Silvestro Constantino. Hadr. in ep. ad Constant. & Iren. Imperatores, apud syn. VII. act. 1.

CA-

C A P U T III.

Objec. Quod nulla Evangelii lectio tradat Jesum ad Abagaram imaginem misisse.

Resp. Prædecessor noster sanctæ recordationis D. Stephanus, quondam sanctissimus Papa, in concilio præsidens, inter plurima veridica testimonia per semetipsum afferens docuit ita, &c. Quod Redemptor humani generis, appropinquante die passionis, cuidam Regi Edessæ civitatis desideranti corporaliter illum cernere, & ut persecutiones Judæorum fugeret, ad illum convocare, ut auditæ miraculorum opiniones, & sanitatum curatrices, illi, & populo suo impertiret, respondisset: „Quod si faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei speciem transformatam in linteo dirigo, per quam & desiderii tui fervorem refrigeres, & quod de me audisti, impossibile nequaquam fieri existimes, &c.“ Item ex synodica trium Patriarcharum Colmæ Alexandriæ, Theodori Antiochiae, & Theodori Hierosolymæ, &c. Theodorus Patriarcha Hierosolymorum inquit: „Restat mihi tempus enarrandi de Abagaro Edesseno, & alia, aut similia sanctorum Patrum, quæ & vos melius cognoscitis.“ *Hadrianus in lib. de Imaginibus c. 18.*

C A P U T IV.

Visio sacrarum imaginum ad speciosam formam Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi secundum carnem, sanctæque ejus Genitricis, & sanctorum pertinet. *Hadr. in lib. de Imaginibus ad Carol. c. 20.*

C A P U T V.

Objec. Quod non ad adorationem imaginum pertineat testimonium, quod de sexta synodo protulerunt Patres in septimâ synodo.

Resp. Idecirco testimonium de sancta sexta synodo protulerunt, ut clarifice ostenderent, quod jam quando sancta sexta synodus aucta est, a priscis temporibus sacras imagines, & historias pietas venerabantur. Unde ipsa sancta sexta synodus fideliter per canones orthodoxe statuens ita consti-
Cap. 83. tuit, dicens: „In quibusdam venerabilium imaginum picturis, agnus digito Præcursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiæ“, & post pauca: „Secundum humanam figuram & in imaginibus a nunc pro veteri agno retitulari decernimus“, &c. Unde & beatus Augustinus in xxi. psalmo explanavit. Si autem non adoras in Christo ista terrena, quamvis de illa similitudo quedam data est ad significandos sanctos, de quacumque creatura ducta fuerit similitudo tu intellige similitudinem creaturæ, & adora artificem creaturæ. *Hadrian. de imaginibus cap. 35.*

C A P U T VI.

Usus sanctæ nostræ catholicæ, & Apostolicæ Romanæ ecclesiæ fuit, & est, quando sacræ imagines, vel historiæ pinguntur, prius sacro christate unguntur, & tunc a fidelibus venerantur, instar facientes, ut locutus est Dominus ad Mo-
Exod. 30. sem, dicens: *Facieisque unctionis oleum sanctum unguentum compositum opere unguentarii, & unges ex eo tabernaculum testimonii, & arcum testamenti &c.* *Hadrian. de imaginibus c. 39.*

C A P U T VII.

Petrus, qui ex Judæorum superstitione ad Christianæ fidei cultum, Deo volente, perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequenti die baptismatis sui, hoc est dominico, in ipsa festivitate paschali cum gravi scandalo, imaginem (*in synagoga*) Genitricis Dei, Dominique nostri, & venerandam crucem, vel birrum album, quo de fonte surgens indutus fuerat, posuit, &c. „Hortamus ut sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione, imagine, atque cruce debeat, quod violenter ablatum est, reformare, &c.“ Ne ergo suprascriptus Petrus, vel alii, qui ei in hac indiscipline pravitate præbuere solatum, sive consensum, hoc zelo fidei fecisse respondeant, ut per hoc quasi eis necessitas fieret convertendi, admonendi sunt, atque seire debent, quia hac circa eos temperantia magis uenditum est, ut trahatur ab eis velle, non reniti, non ut adducantur inviti, quia scriptum est: *Psalms. 53. luntarie sacrificabo tibi*, &c. Ecce S. Gregorius non est ausus contradicere tali fidei pro sacrifici imaginibus, sed magis eam confirmavit, ubi dixit: *Non adducantur inviti. Hadr. de imaginibus c. 50. ex D. Greg. ad Januarium Episcop. Caral. lib. 7. ep. 5. Indict. 2.*

C A P U T VIII.

Ut de pluribus optimum unum memoremus, S. Ambrosii Mediolensis Episcopi testimonium proferimus, qui in expositione sanctorum martyrum Gervasi, & Protasi, inter reliqua ait: „Tertia vero nocte confecto jejuniis corpore non dormienti sed stupenti quedam mihi apparuit tertia persona, quæ similis erat Beato Paulo Apostolo, cuius vultum me pictura docuerat“. Hoc testimonium in concilio Domini Stephani prædecessoris mei oblatum est, &c. Sanctus Gregorius Papa in dialogis suis meminit de quibusdam beatissimis viris atque religiosis feminis, simulque pueris, quod sanctam Dei genitricem Mariam, atque Principes Apostolorum Petrum, & Paulum, & sanctos Martyres viderint in transitu suo: unde eos cognoverunt, nisi per picturam? sicut & Beatus Ambrosius, ut superius exaravimus, dixit. *Hadr. de imaginibus cap. 71.*

C A P U T IX.

Credimus, quia incognitum non habetis illud quod S. Gregorius Papa, ut superius exaravimus in epistola sua dixit. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit. *Hadr. de imaginibus cap. 81. Greg. lib. 9. epist. 9. reg.*

C A P U T X.

Pictores imitantur arte naturam, & colores coloribus permiscentes, visibiles corporum depingunt imagines, &c. Et Imperatorem sedentem, & barbarum subditum, & gladium acutum, & fluvios recurrentes, & campos variis coloribus adornatos, & omnia, quæ videntur, per artem imitantes, mirabilem historiam videntibus praestant. *Joannes Chrysostomus in psalm. 50. apud Hadr. de imaginibus c. 86.*

C A P U T XI.

Hadrianus Papa ignovit Tharasio Patriarchæ ex laicis sumpto propter zelum de imaginibus sacris. *Joann. VIII. in ep. ad syn. CP. act. 2.*

C A P U T XII.

Placuit picturas (*paganorum*) in ecclesia esse non debere, ne quod colitur (*a paganis*) aut adoratur, in parietibus depingatur. *Elib. c. 36. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 28. pan. C part. 3. c. 40. decr. Burch. lib. 3. c. 35.*

L I B E R Q U I N T U S.

De Vestibus, Vasis sacræ, & de aliis Cæremoniis Ecclesiasticis.

T I T U L U S I.

N E Q U I S Q U A M , P R Ä T E R E O S Q U I S A C R I S I N I T I A T I S U N T , V A S A , A U T P A L L A S S A C R A S T A N G E R E A U D E A T .

C A P U T I.

NUllus lector, vel ostiarius vasa sacrata audeat contingere. *Sylvest. in syn. Rom. CCLXXXIV. Episcop. cap. 9.*

C A P U T II.

In hac sancta sede Apostolica a nobis, & reliquis Episcopis, ceterisque Domini sacerdotibus statutum est, ut lacra vasa non ab aliis, quam a sacratis, Dominoque dicatis contrebentur hominibus. Indignum valde est, ut sacra Domini vasa quæcumque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis, quam a Domino famulantibus, ei- que dicatis trahtentur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagam impo- nat populo suo, & hi etiam, qui non peccaverunt, mala patiantur, aut pereant, quia perit justus saepissimæ pro impio, &c. *Xyst. epist. 2. in princ. Burchard. lib. 3. cap. 214. Ivo part. 3 cap. 264. C part. 2. cap. 70. decret. Anselm. lib. 6. cap. 161. in addit.*

C A P U T III.

Sacratas Deo fœminas, vel monachas sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem, quæ omnia reprehensione, & vituperatione plena esse, nulli rete sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis au- toritate, hæc omnia vobis refecare funditus, quanto citius poteritis, censemus, & ne pestis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abstergi citissime mandamus, &c. *Soter. epist. 2. in princ. Burch. lib. 3. cap. 215. Ivo part. 2. cap. 72. C part. 3. cap. 265. decret. Anselm. lib. 7. cap. 204. Tarrac. lib. 4. cap. 43.*

C A P U T IV.

Non oportet ministros locum habere in dia- conico *, & dominica vasa tangere. *Laodic. cap. 21. Mart. Brach. cap. 41. Ivo part. 3. cap. 105. decr.*

C A P U T XIII.

Constantinus, dum templum Romæ Salvatoris extrueret, in utroque pariete templi historiam veteris, & novi testamenti scripsit, hinc quidam Adam exeuntem paradisum, illinc vero latronem paradisum ingredientem. *Petrus, C Petrus vicarii Hadriani Papæ VII. syn. act. 3. ante med.*

C A P U T XIV.

Cur Angeli, & Cherubini facie hominis pingantur, quia in ea visi sunt ab hominibus. *Tharas. VII. synod. act. 4. in princ.*

C A P U T V.

Non oportet infæcratos ministros licentiam *Dif. 23. c.* habere in secretarium, quod Græci διακόνους *31. C 32.* appellant, ingredi, & contingere vasa dominica. *Agath. cap. 66.*

C A P U T VI.

Non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris *Dif. 33. c.* vasa portare, nec aliis, nisi his, qui ab Episcopo *31. C 32.* subdiaconi fuerint ordinati. *Brac. I. cap. 28. vide Mart. Brac. cap. 41. Ivo part. 6. c. 377. decr.*

C A P U T VII.

Non liceat mulieri manum suam ad pallas do- minicas mittere. *Antifod. cap. 37.*

C A P U T VIII.

Quidam nostrorum, verorum virorum relatu, quidam etiam visu didicimus, in quibusdam pro- vinciis contra legem divinam, canonicamque in- flitionem fœminas sanctæ altaribus se ultro in- gerere, sacrataque vasa impudenter contingere, & indumenta sacerdotalia presbyteris admixtrare, & quod his majos, indecentius, ineptiusque est, corpus, & sanguinem Domini populis porri- gere, & alia quæque, quæ ipso dicto turpia sunt, exercere. Miranda sane res est, unde is illicitus in Christiana religione irreplerit usus, ut quod viris sacerularibus illicitum est, fœminæ, quarum se- xui nullatenus competit, aliquando contra fas sibi licitum facere potuerint, quod quorundam Episcoporum incuria, & negligentia provenisse nulli dubium est. Unde, vñ nobis sacerdotibus, &c. Hoc ergo tam illicitum factum, quia ex to- to a religione Christiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum est. Proinde unusquisque Epi- scoporum sollicite, sagaciterque provideat, ne in sua parochia tale quid fieri deinceps sinat. *Pa- ris. sub Ludor. ic. C Loth. lib. 1. cap. 45.*

C A P U T IX.

Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi *Dif. 23. c.* subdiacono, aut acolytho in secretario vasa do- minica. *Mart. Brac. cap. 41. Ivo part. 6. cap. 377. decret.*

C A P U T X.

Xystus constituit, ut vasa sacrata * non tange- * ministe- rentur, nisi a ministris sacratis. *Damas. in Xysti. ria, al.*

CA-

C A P U T XI.

Soter constituit, ut nulla monacha pallam sacratam contingeret, nec incensum poneret in sancta ecclesia. *Damas. in Soter.*

C A P U T XII.

Bonifacius constituit, ut nulla mulier, aut monacha pallam sacratam contingeret, aut lavaret, aut incensum poneret in ecclesia, nisi minister. *Ex Pontif.*

T I T U L U S II.

DE MUNDITIE, QUÆ DEBETUR VASIS, ET PALLIS SACRIS, ET DE MODO, QUO ABLUENDÆ SUNT.

C A P U T I.

*C. 2. de cu-
fod. Euch.
Greg. IX. &
c. 1. de im-
mun. eccl. in 4. coll.* **S**unt alii clerci, qui non solum ecclesias di-
mittunt incolas, verum etiam vala mini-
sterii, & vestimenta ministrorum, ac pallas alta-
ris, nec non & ipsa corporalia tam immunda re-
linquunt, quod interdum aliquibus sunt horrore.
Quia vero zelus nos comedit domus Dei, &c.
præcipimus, ut oratoria, vala, corporalia, &
vestimenta predicta munda, & nitida conser-
ventur. Nemis enim videtur absurdum, in sacris
sordes negligere, quæ dedecent in profanis.
Innoc. III. in conc. gen. Later. cap. 19.

C A P U T II.

Vasa altaris, & panni vel pallia sint nitida, &
integra, & si fuerint veruſia, vel aliquo caſu cor-
rupta, religioso, & puro loco abscondantur vel
igne clementur. *Greg. VII. in conc. Rom. ann. in-
cert. cap. 27.*

C A P U T III.

*De conf. d. 1.
cap. 38.
* canthara.* **D**e vasib[us] sacris ita gerendum est. [Altaris pal-
la, cathedra*, candelabrum, & velum, si fue-
rint vetustate consumpta, incendio dentur, quo-
niam non licet ea, quæ in sanctuario fuerint,
male tractari, sed incendio universa tradantur, ci-
neres eorum in baptisterio inferantur, ubi nul-
lus transitus habeatur, aut in pariete, aut in fos-
sis pavimentorum jacantur, ne introeuntum
pedibus inquinentur. *Clem. epist. 2. in princ.
Burch. lib. 3. cap. 216. Ivo part. 2. cap. 66. &
part. 3. cap. 266. decret. Tarrac. lib. 4. cap. 42.*

C A P U T IV.

*De conf. d. 1.
c. 39. Ne-
mo, §. 1.
* intra.* **P**allas, & vela, quæ in sanctuarii sordidata
fuerint ministerio, diaconi cum humilibus mini-
stris juxta* sacrarium lavent, non efficientes fo-
ras a sacrario velamina dominicæ mensæ, ne forte
pulvis dominici corporis male decidat a fin-
done foris abluta, & erit hæc operanti peccatum.
Idcirco intra sacrarium ministris præcipimus
hæc sancta cum diligentia custodire. Sane pelvis
nova comparetur, & præter hoc nihil aliud tan-
gat. Sed nec ipsa pelvis velis apponatur lavan-
dis, nisi quæ ad dominici altaris cultum per-
tinent, pallæ altaris solæ in ea laventur, & in alia
vela januarum. De velis autem januarum cura
sit ostiariis ex admonitione majorum, ne quis
negligens, aut ignarus ad velum januæ domus
Domini manus incondite tergit, sed statim coer-
citus dilcat omnis homo, quia velum atrii do-
mus Domini sanctum est, &c. *Clem. epist. 2. post
princ. Burch. lib. 3. cap. 216. Ivo part. 3. cap.
266. decret.*

C A P U T V.

Non licet diacono velo, vel palla scapulas suas
involvi. *Antifiod. cap. 13.*

C A P U T VI.

Conquestum est in sancto concilio de quibus
dam stultissimis presbyteris, ut quando incen-
dium videant, corporale dominico corpore con-
lecratum ad extinguendum incendium temeraria
prælumptione in ignem proiiciant. Ideoque de-
cretem est, sed anathematis interdictione, ne
ulterius fiat. *Salegunt. cap. 6. post Burch. decret.
Ivo part. 15. cap. 172. decret.*

T I T U L U S III.

*C O R P O R A M O R T U O R U M O L I M P A L L I S
A U T S A C R I S V E S T I B U S N O N
T E G E B A N T U R.*

C A P U T I.

EX amore fidelium hujus sedis Rectoribus,
mos ultra meritum erupit, ut cum eorum
corpora humana deferuntur, hæc dalmaticis
contegant, easdemque dalmaticas pro sanctitas
reverentia sibimet partiendas populus scindat,
& cum adsint multa a sacris corporibus Aposto-
lorum, martyrumque velamina, a peccatorum
corpo sumitur, quod pro magna reverentia re-
servetur. De qua re præsenti decreto constituuo,
ut feretrum, quo Romani Pontificis corpus ad
sepeliendum ducitur, nullo tegmine veletur, &c.
*Greg. in synod. Rom. cap. 4. lib. 4. cap. 88. vel
epist. 44. registr.*

C A P U T II.

Nemo per ignorantiam clericus palla mor-
tuum obvolvat, aut diaconus scapulas operiat,
qua fuit in altari, aut quæ data est in mensam
Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter, & quasi
nihil, & negligenter habuerit divina mysteria,
diaconus triennio, sexque mensibus a dominico
alienus sit altari, gravi percussus anathemate.
Quod si clericum presbyter non communuerit,
decem annis, & quinque mensibus excommuni-
catus sit, propterea quod de dominicis sacramen-
tis subjectasibi non commoverint mysteria, &
postea cum grandi humilitate matri reconcilie-
tur ecclesia. *Clem. epist. 2. in princ. vid. Antifiod. cap. 12. & 13.*

C A P U T III.

Observandum, ne pallis vel ministeriis divinis
defunctorum corpuscula obvolvantur. *Arvern.
cap. 3.*

C A P U T IV.

De opertorio dominici corporis, seu palla al-
taris numquam sacerdotis corpus, dum ad tumu-
lum evehit, obregatur, quia sacro velamine
usibus suis redditio, dum honorantur corpora, alta-
ria polluantur. *Arvern. cap. 5. Burchard. lib. 3.
cap. 107. Ivo part. 2. cap. 142. decret.*

C A P U T V.

Non licet velo, vel pallis corpora mortuorum
involvi. *Antifiod. cap. 12.*

C A P U T VI.

Pallia, quæ super corpora mortuorum posita
sunt, non ponantur super altare. *Synod. Bituri-
cen. cap. 13. apud concil. Lemovicen. act. 2.*

134 Juris Pontificii Veteris Epitome

TITULUS IV.

EPISCOPI VASA ECCLESIAE CONSERVENT, ET NEILLA ALIENARE AUDEANT.

CAPUT I.

^{12. q. 2. c. 6.} **A**postolicos, & paternos canones renovans
^{13.} sancta hæc, & universalis synodus definit,
 neminem prorsus Episcopum vendere, vel
 utcumque alienare cimelia, & vasa sacrata, ex-
 cepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata,
 videlicet, quæ accipiuntur in redemptionem ca-
 ptivorum, sed nec tradere ^{*} salario ecclesiarum
 in emphyteutica pacta, &c. Quisquis autem a-
 peruerit post hanc definitionem nostram, contra-
 rum quid huic sanctæ, & universalis synodo age-
 re deponatur, ut prævaricator divinarum legum,
 & præceptorum, castata videlicet omnino, quæ
 facta est in scriptis, vel sine scriptis ab Episcopo
 pro venditione, vel emphyteutica traditione, aut
 alia quavis alienatione, cimeliorum scilicet, &
^{* salario-} ^{rum, f.} ^{* salariis, f.} ^{17. q. 4. c.} ^{15.} **salariorum**, & locorum. Qui vero emerit, aut
 perceperit aliquid ex prædictis cimeliis, vel la-
 lariis, & non restituerit ecclesiæ iterum, quæ
 ecclesiæ sunt, vel non reddiderit ad incidendam
 chartam venditionis, vel emphyteuseos, sit ana-
 thema, usque dum fecerit, quod ab hac sancta,
 & universalis synodo confirmatum est. *Syn. VIII.*
gener. sub Hadr. II. c. 15. Aselm. lib. 6. c. 169.
Cæsar. lib. 7. c. 74.

CAPUT II.

Sicut reprehensibile, & ultione dignum est, sa-
 crata quæpiam vasa, præterquam in iis, quæ lex,
 & facri canones præcipiunt, venundare, ita nul-
 la est objurgatione, vel vindicta plectendum, si
 pietatis causa, pro captivorum fuerint redem-
 ptione distraeta, &c. *Gregor. ad Fortun. Episc.*
Fanensem lib. 6. epist. 13. regis. indict. XV.

CAPUT III.

Quia pervenit ad nos, quod quidam ex Italæ
 ecclesiis clerici vasa sacra in Sicilia venundarunt,
 idcirco Pantaleonem notarium nostrum direxi-
 mus, ut eadem vasa sollicita investigatione re-
 quireret, &c. *Gregor. Joann. Episc. Syracus. lib.*
7. regis. Indict. 1. epist. 27.

CAPUT IV.

Bonifacium vobis ordinavimus sacerdotem,
 cui dedimus in mandatis, &c. ut ministeria, at-
 que ornatum ecclesiæ, vel quidquid illud est in
 patrimonio ejusdem, non minuere studeat, sed
 augere. *Greg. II. epist. 3. ad clerum Cœlestem*
Turingia post princ.

CAPUT V.

De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicun-
 tur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suo-
 rum, placuit nobis, ut quicumque eorum ex a-
 etiæ publicis fuerit detectus vel ^{*} verbis nudis, ab
 ordine cleri amoveatur. *Arelat. I. c. 13.*

CAPUT VI.

^{20. q. 2. c. 1.} Casellas, vel manciopla ecclesiæ Episcopi,
 sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vel vasa
 ministerii, quasi commendata fidi præposito, in
 integræ ecclesiæ jure possideant, &c. *Agath. cap.*
7. Anselm. lib. 5. c. 86. in Rom.

TITULUS V.

NEMO VASA, AUT VESTES SACRAS AD SUUM USUM DOMESTICUM TRANSFERAT, AUT VENDAT.

CAPUT I.

Si quis ausus fuerit, quidquam de consecratis
 in ecclesia abiicere, evangelii inquam depi-
 etum codicem, aut figuram crucis, &c. aut uti
 tamquam communibus sacratis Deo repositis pre-
 tiosis, aut monasteriis: si fuerint Episcopi, aut
 clerici deponantur, si monachi, aut laici com-
 munione priventur. *VII. synod. act. 7. in defin.*
in fin.

CAPUT II.

Vas aureum, vel argenteum sacrum, &c. ne-
 mo in suos usus convertat, injustum enim est. Si
 deprehensus sit, excommunicatione puniatur.
Apost. cap. 73.

CAPUT III.

Si forte quispiam presbyter, sive diaconus sa-
 crarum syndonem, vel velum subtracta vendiderit,
17. q. 4. c.
Judæ Ischariotis similis æstimabitur. Qui propter
 cupiditatem fecerit hoc opus, noverit le supradic-
 eti Judæ suscepturum poenam. *Clem. epist. 2. post*
princ. Ivo part. 2. cap. 65. Cœl. part. 6. cap. 88.
decret.

CAPUT IV.

Vestimenta ecclesiastica, quibus Domino mi-
 nistratur, cultusque divinus, omni cum honori-
 ficentia, & honestate a sacerdotibus, reliisque
 ecclesiæ ministris celebratur, sacrata debent esse,
 & honesta, quibus aliis in usibus, cum Deo ejusque
 servitio consecrata, ac dedicata sint, nemo debet
 frui, quam ecclesiasticis, & Deo dignis officiis,
 quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi
 a sacratis hominibus, ne ultio quæ Balthasar Re-
 gem percussit, super hæc transgredientes, talia
Dan. 5.
 præsumentes veniat divina, & corrue eos faciat
 divinæ ultionis justum flagellum ad ima. *Steph.*
epist. 1. in fin. Ivo part. 2. cap. 74. decret. An-
selm. lib. 5. cap. 26. Cæsar. lib. 8. c. 42. Tarrac.
lib. 4. cap. 44.

CAPUT V.

Pervenit ad nos diaconos ecclesiæ Catanensis
 calciatos compagis procedere præsumptissime, quod
 quia nulli haec tenus per totam Siciliam licuit, ni-
 si solis tantummodo diaconis ecclesiæ Messanen-
 sis, quibus olim a prædecessoribus nostris non du-
 bitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo
 tantæ temeritatis ausus non est leviter attenden-
 dus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate
 perquirat, &c. ut cognita veritate, quid fieri de-
 beat, disponamus, &c. *Greg. ad Joann. Syracus.*
Episc. lib. 7. regis. Indict. 1. epist. 28.

CAPUT VI.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina
 præstentur, ne dum improborum contactu, pom-
 paque sæcularis luxuriaz polluantur, ad officium
 facri mysterii videantur indigna. *Arvern. cap. 7.*
Burch. lib. 3. c. 108. Ivo part. 2. c. 143. decret.
Cœl. lib. 1. tit. 4. c. ult. panorm. Cœsaraug. lib. 8.
c. 42. Cœl. Tarrac. lib. 4. c. 44.

CAPUT VII.

Omni cura, omnique studio providendum est,
 ne

136 Juris Pontificii Veteris Epitome

^{* aquamanile.} manu Episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum, de manu vero archidiaconi urceolum cum aqua & mantile*, & manutergium. *Carth. IV. c. 5.* *Vide Isidor. lib. 2. de eccles. officiis c. 10. apud Aquisgr. c. 6.* *Raban. de institutis clericorum lib. 1. c. 8.* *Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 8. panorm. C part. 6. cap. 9. in fin.* *C part. 14. decr. Anselm. lib. 7. cap. 51.*

C A P U T X.

^{Dif. 23. c. 16.} Acolythus cum ordinatur, &c. ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiæ lumina mancipari, accipiat & urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. *Carth. IV. cap. 6.* *Ivo lib. 3. tit. 3. c. 9. pan.* *C part. 6. c. 15. decr.* *Ansf. lib. 7. c. 50.*

C A P U T XI.

^{Dif. 23. c. 17.} Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo, &c. *Carth. IV. c. 7.* *Ansf. lib. 7. c. 57.* *Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 10. panorm.* *C part. 6. c. 16. decr.*

C A P U T XII.

^{Dif. 23. c. 18.} Lector cum ordinatur, &c. Episcopus spectante plebe tradat ei codicem, de quo lectorus est, dicens: „Accipe, & esto relator verbi Dei“, &c. *Carth. IV. c. 8.* *Ansf. lib. 7. c. 55.* *Ivo lib. 3. tit. 3. c. 11. panorm.* *C part. 6. c. 17. decr.*

C A P U T XIII.

^{Dif. 23. c. 19.} Ostiarius cum ordinatur, &c. tradat ei Episcopus claves ecclesiæ de altario, dicens: „Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quasi his clavibus recluduntur“. *Carth. IV. c. 9.* *Ansf. lib. 7. c. 54.* *Ivo lib. 3. tit. 3. c. 12. pan.* *C part. 6. c. 18. decr.*

C A P U T XIV.

^{Dif. 93. c. 19.} Diaconus tempore oblationis tantum, velle. Etionis alba induatur. *Carth. IV. c. 41.* *Ansf. lib. 7. c. 61.* *Cæsar. lib. 8. c. 20.*

C A P U T XV.

^{Dif. 50. c. 36. De his clericis.} Qui altario ministrant, vel vasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine etiam hostili se abstineant. *Ilerd. cap. 1.*

C A P U T XVI.

Quia aliquanti hujus provinciæ ecclesiæ diacones ab iconfis infra tunicam utuntur orariis, ita ut nihil differre a subdiacono videantur, ut de certe rō luperposito manipulæ, sicut decet, utantur oratio, placuit. *Brachar. I. cap. 27.*

C A P U T XVII.

^{* granos, al.} Lectores in ecclesia in habitu seculari non psal- lant, neque gradus* gentili ritu dimittant. *Brachar. I. cap. 29.*

C A P U T XVIII.

^{11. q. 3. c. 65.} Episcopus depositus restitutus a synodo recipit orariū, annulum, & baculum; presbyter orariū, & planetam; diaconus orarium, & albam; subdiaconus pateham, & calicem, sic & reliqui gradus ea in reparationem sui recipient, quæ cum ordinarentur, perceperant. *Tolet. IV. cap. 27.* *Burch. lib. 2. cap. 192.* *Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 5. panorm.* *C part. 5. cap. 367.* *C part. 6. c. 237. decret.* *Anselm. lib. 8. cap. 27.*

C A P U T XIX.

Oraria duo nec Episcopo induere liceat, nec ^{Dif. 25. Unum, c. 3.} presbytero, nec diacono. Sed diaconus unum orarium gestet in sinistro humero, quando orat, id est, prædicat, dexteram habeat liberam ad ministerium, &c. Purum vero sit ejus orarium, nec ullis coloribus, aut auro ornatum. *Tolet. IV. c. 39.* *Ansf. lib. 7. c. 80.* *Cæs. lib. 4. c. 103.*

C A P U T XX.

Cum antiqua, & ecclesiastica noverimus institutione prefixum, ut omnis sacerdos, cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur, scilicet, ut qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & adversa, virtutum semper ornamento utrobique circumseptus appareat; qua ratione in tempore sacrificii non assumit, quod se in sacramento receperisse non dubitat? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quisque percepit in consecratione honoris, hac retineat*, & in oblatione, vel perceptione suæ salutis, scilicet ut cū al. Sacerdos ad solemnia missarum accedit, aut profice Deo sacrificium oblatus, aut sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita ut de uno, eodemque orario cervicem pariter, & utrumque humerum premens, signum in suo petore præparet* crucis. Si quis autem aliter egreditur excommunicationi debitæ subjaceat. *Brach. III. cap. 3.*

C A P U T XXI.

Presbyteri sine intermissione utantur orariis propter differentiam sacerdotii dignitatis. *Mag. gunt. c. 28.* *Capitul. lib. 5. c. 81.* *Burch. lib. 2. c. 101.* *Ivo part. 6. c. 178. decr.*

C A P U T XXII.

Subdiaconi vasa corporis, & sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt, &c. Hic cum ordinantur, &c. patenam tantum, & calicem de manu Episcopi, & ab Archidiacono scyphum aquæ cum aquamanili, & manutergium accipiunt. *Isid. lib. 2. c. 10. de eccles. offic. apud Aquisgr. c. 6. vide Carthag. IV. c. 5.*

C A P U T XXIII.

Cunctis presbyteris, ut libros, & sacerdotalia vestimenta suo Episcopo in proxima synodo ostendant, expresse commendatum est. *Metens. cap. 3.*

C A P U T XXIV.

Qui scienter excommunicatum fulceperit, &c. ab ordine presbyter cesset, nec gradum recipiat, nisi satisfactus ab Episcopo suo sacræ vestimentis reinduatur, &c. Quando autem Episcopus presbyterum deposuerit, sic agat. Jubeat eum prius indu omnibus sacerdotalibus indumentis, deinde manu sua auferat manipulum, deinde casulam, deinde medianam stolam de collo reflestat inter scapulas sub latere dextro, & depositus est a presbyteratu, & diaconatu. *Concil. Lemovicens. act. 2. post med.*

C A P U T XXV.

Quando more solito ad synodus convenitis, vestimenta, & libros, & vasa sancta, cum quibus

ve-

vestrum ministerium, & injunctum officium peragitis, vobiscum deferre, nec non duos, aut tres clericos, cum quibus Missarum solemnia celebratis, vobiscum adducite, ut probetur, quam diligenter, quam studiose Dei servitium peragatis. *Theodulph. ad presb. Aurelian. cap. 4.*

C A P U T XXVI.

Urbanus fecit ministeria sacra omnia argentea, & patenas argenteas xxv. apposuit. *Damas. in Urban. Tribur. c. 18.*

C A P U T XXVII.

Stephanus constituit sacerdotes, & levitas vestibus sacratis in usu quotidiano non uti, & nisi in ecclesia tantum. *Damas. in Steph.*

C A P U T XXVIII.

Eutychianus constituit, ut quicunque fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut collobo purpurato nullatenus sepeliret. *Damas. in Eutychian.*

C A P U T XXIX.

Silvester constituit, ut diaconi dalmaticis in ecclesia utearentur, & palla linostima lœva eorum tegeretur. *Damas. in Silvest.*

C A P U T XXX.

Zosimus constituit, ut diacones lœvas testas de pallis linostimis haberent. *Ex Pontif.*

T I T U L U S VIII.

D E P A L L I O.

Vide lib. III. tit. IV. quibus adde:

C A P U T I.

MAcarius Episcopus Antiochenus hæresis damnatus deponitur, in ipsaque depositione pallio exiit. *VI. syn. gen. CP. action. 8. in med.*

C A P U T II.

Honoratus Archidiaconus ecclesiae Salonianæ a sanctæ memorie deceffore meo missa supplicatione poposcerat, ut ab Antistite suo invitatus proveni ad fortioris gradus ordinem nullo modo congeretur, &c. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conjugens in Salонem Natalę fratre coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat adhortari, ut supra memoratum Archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, ut consuevit, forte distulerit, usum ei pallii, qui ab hac Sede concessus est, ex auctoritate Sedis Apostolice contradicito. Quem si etiam amissio pallio, adhuc in eadem pertinacia perseverare perspexeris, Dominici quoque corporis, ac sanguinis euodem antistitem participatione privabis. *Greg. lib. 2. reg. ep. 16. Antonino Subdiacono.*

C A P U T III.

Dif. 100. cap. 8. Illud, frater charissime, tibi non putamus ignotum, quod pœne de nullo Metropolitanu, in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, usum sibi pallii vendicasse. Et quod bene hanc consuetudinem generalis ecclesiae noveritis, vestris nobis manifestissime significastiis epistolis, quibus præceptum beatæ memoriae decefforis nostri Joannis Papæ nobis in subdit transmisisti annexum, continens omnes consuetudines ex privilegio prædecessorum no-

Tom. VI.

strorum concessas vobis, ecclesiæque vestrae debere servari. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiae consuetudinem, postquam ea, quæ vos geritis, vobis ex privilegio vendicaris. Nulla ergo vobis in hac re, ut arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium Metropolitanorum etiam a tua est fraternitate servandus, aut si tuæ ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptumve a prioribus Romanis urbis Pontificibus, quod hæc Ravennati ecclesiæ sunt concessæ, a vobis oportet ostendi. Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere, neque consuetudine generali, neque privilegio vendicas, ut usurpare te comprobes, quod fecisti, &c. Decorari pallio volumus forsitan moribus indecori, dum nihil in Episcopali cervice splendidius fulget, quam humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis usum ex non scripto sequi, aut ex scriptis privilegiis se tueri. Quod si postremo nihil horum est, aliis Metropolitanis hujus te præbere nolumus præsumptionis exemplum, &c. Admoneo quatenus nisi decessorum meorum munificentia tibi hæc per privilegium attributa docueris, ut in plateis pallium ulterius non prælumas, ne non habere & ad missas incipias, quod audacter & in plateis usurpas. De secretario autem, quod fraternitas tua resedisse cum pallio, & filios ecclesiæ suscepisse, & fecit, & excusavit, nunc interim nihil querimus, quia synodorum sententiam sequentes minores culpas, quæ negantur, ulcisci recusamus. Hoc tamen quia semel, & iterum sit factum cognovimus, sed fieri prohibemus. *Gregor. lib. 2. epist. 54. ſive cap. 93. indict. 1. Joanni Episcopo Ravennati. Anselm. lib. 6. cap. 87.*

C A P U T IV.

Pallium vobis ex more transmisimus, & vi. *Dif. 100. cap. 20.* ces vos Apostolicae Sedis agere iterata innovatio ne decernimus. *Greg. lib. 4. epist. 15. seu cap. 59. Joanni Episcopo primæ Justiniane Ulyricæ. Anselm. lib. 6. cap. 91. vel cap. 99.*

C A P U T V.

Pallium tibi transmitimus, quo fraternitas *Dif. 100. cap. 6.* tua intra ecclesiam ad sola missarum solemnia utatur. *Gregor. lib. 4. epist. 51. seu cap. 95. Virgilio Episcopo Arelat. Anselm. lib. 6. cap. 90. vel cap. 98.*

C A P U T VI.

Novit fraternitas vestra, quia prius pallium, *Dif. 100. cap. 3.* nisi dato commodo, non dabatur. Quod quia in congruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri Apostolorum Principis, tam de hoc, quam de ordinationibus aliquid accipere sub disticta interdictione vetuimus. *Greg. lib. 4. epist. 55. seu cap. 99. Joanni Corinthi Episcopo. Anselm. lib. 6. cap. 82. vel 90.*

C A P U T VII.

Scriptorum vestrorum insinuatio patefecit, *Dif. 100. cap. 11.* Andream fratrem nostrum Nicomedianæ civitatis Episcopum, Deo propitio, solemniter ordinatum, &c. Suprascripto igitur Andreæ fratri, & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite,

138 Juris Pontificii Veteris Epitome

scite, atque privilegia cuncta concessisse, quæ prædecectores nostri ejus prædecessoribus contulerunt. *Greg. lib. 5. epist. 7. seu cap. 107. indict. 14. Episcopis Epiri. Anselm. lib. 6. cap. 91. vel cap. 100.*

*Difl. 100.
cap. 2.*

C A P U T VIII.
Prisca consuetudo obtinuit, ut honor pallii, nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter postulanti dari non debeat. *Greg. lib. 7. epist. 5. Brunichild. Reginæ. Anselm. lib. 6. cap. 85. vel 93. Cæsar. lib. 3. cap. 52.*

*Difl. 100.
cap. 5.*

C A P U T IX.
In ea synodo, quam contra Simoniacam hæresim perfratrem & coepiscopum nostrum Syagrum decrevimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod transmisimus, tribui, si se prius se promiserit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem synodicam a sancta ecclesia removere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus nuntiare, ut ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores. *Greg. lib. 7. epist. 111. Aregio Episcopo. Anselm. lib. 6. cap. 88. vel 90.*

*Difl. 100.
cap. 9.*

C A P U T X.
Rationis ordo omnino nos admonet, ut cum usu pallii aliqua simul, sicut diximus, largiri privilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque sollicitudinis debet accrescere, ut cultui vestrum, actionis quoque ornamenta convenient, oportet, ut eni xius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, & vestrum illis exemplum instrucio, & vita magistra sit. *Greg. lib. 7. epist. 112. Syagrio Episcopo Augu-studunensi. Anselm. lib. 6. cap. 86.*

C A P U T XI.

Fratri, coepiscopoque nostro Syagrio pro eo, quod in ea prædicatione, quæ in Anglorum gente, auctore Domino facta est, devotum se vehementer exhibuit, pallium ad missarum solemnia utendum transmisimus, ut quia juvare spiritualia studuit, Apostolorum Principis solatio, in ipso quoque inveniatur spirituali ordine proficile. *Greg. ad Brunichild. Reginam lib. 7. registr. epist. 113.*

C A P U T XII.

Cum a Sede Apostolica vestrae insignia dignitatis (*loquitur de pallio*) exigitis, quæ a beati Petri tantum corpore affumuntur, justum est, ut vos quoque Sedi Apostolicae subjectionis debita signa talulis exhibeat, quæ vos cum beato Petro, tamquam membra de membro habere, & catholici capitum unitatem servare declarant. *Paschalis II. in epist. ad Archiep. Poloni.*

C A P U T XIII.

Significamus Deo placita paternitati vestrae, die xvii. Kal. August. inductionis quartæ, nostram humilitatem, divina gratia, suo, ut präcepit, munere præveniente, vestris saeculis ac Deo dignis precibus, in sancta Romana ecclesia Pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolam. *Athanasius, Galii ad Felic. II. post med.*

C A P U T XIV.

Marcus constituit, ut Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopos urbis, tunc pallio utetur, & ab eodem Episcopus urbis Roma conficeretur. *Damas. in Marci.*

T I T U L U S IX.

D E L U M I N I B U S.

C A P U T I.

Si clericus, vel laicus ab ecclesia auferat ceras, vel oleum, excommunicetur, & quinque amplius, quod abstulit, restituat. *Apost. cap. 72.*

C A P U T II.

Dum Dominus donaverit quietem, augebuntur & luminaria sanctorum. *Zach. epist. 4. ad Bonifacium post med.*

C A P U T III.

Prohibendum, ne lucernas hi, qui ab immunitis spiritibus vexantur, publice accendant, si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione. *Eliberit. cap. 37.*

C A P U T IV.

Acolythus ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat le ad accendenda luminaria mancipari. *Carthag. IV. cap. 6. Ivo lib. 3. tit. 3. cap. 9. panorm. O part. 6. cap. 15. decret. Anselm. lib. 7. cap. 50.*

C A P U T V.

Omnibus diebus vesperas, & matutinas clerici celebrent, quia desistente clero, quod est pessimum, comperimus in basilicis, nec luminaria ministrari. *Tarrac. cap. 7. ad finem.*

C A P U T VI.

Placuit, ut de rebus ecclesiasticis tres æquifiant portiones, id est una Episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis ecclesiæ, de qua * parte, sive archipresbyter, sive * quartæ archidiaconus illam administrans Episcopo faciat, &c. *Brac. cap. 25.*

C A P U T VII.

Placuit, ut nullus Episcorum tertiam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parochialibus requirat, sed illa tertia pars pro luminalibus ecclesiæ, vel reparatione * servetur, * recuperatione & singulis annis Episcopo inde ratio fiat, &c. *Brac. II. cap. 2.*

C A P U T VIII.

Non levus culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, tamquam domus privata, consecrator ecclesia. *Brac. II. cap. 5. Vor-mac. cap. 3. Burch. lib. 3. cap. 37. Ivo part. 3. cap. 42. decret.*

C A P U T IX.

Placuit Dei sacerdotibus, ut quisquis Antistes infra suam parochiam Dei aulam inquirat, & munificus ille, qui sanctam Dei ædificaverit ecclesiam, quo ibidem pro sua mercede largitus est, eodem loco presbyter * secundum priorum canonum instituta deserviens * habeat, & si presbyterum ea facultas habere non permittit, * servientem. vel diaconus instruatur. Certe si minor est census, ostiarius a sacerdote sit electus, qui nitorem infra sinus sanctæ ecclesiæ faciat, qui & sancta rum

rum reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendat. *Tolet. sub Reccar. Rege cap. 2.*

C A P U T X.

De lucerna, & cereo intra vigilias ante pascha. *Vide Tolet. IV. cap. 8.*

C A P U T XI.

Sicur in aliis ecclesiis vespertino tempore, post lumen oblatum, prius dicitur vespertinum. *Emerit. cap. 2.*

C A P U T XII.

^{26. q. 1. e.} ^{23.} Quicumque sacerdotum, vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, altare divinum vestibus sacratis exuere præsumperit, seu etiam si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Domini subtraxerit, vel extingui præceperit, &c. si eum ante veræ pœnitudinis coram Metropolitano satisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, & loci suæ dignitatis se novet, & honore privandum. *Illis personis ab hac ultionum sententia separatis, quas aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subversionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obfisionem perferentes, &c. talia fecisse contigerit.* *Tolet. XIII. cap. 7.*

C A P U T XIII.

^{y. q. 1. e.} ^{106.} Quidam fratres dixerunt consuetudinis antiquæ fuisse in eorum ecclesiis, ut pro balsamo emendo ad chrisma faciendum sive pro luminaribus ecclesiæ concinnandis binos, vel quaternos denarios presbyteri darent. [*Statuimus, ut sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipendum est, ita etiam pro balsamo, sive luminaribus emendis nihil presbyteri chrisma accepturi dent, &c.* Episcopi de facultatibus ecclesiæ balsamum emant, luminaria singuli in ecclesiis suis concinnanda provideant. *Cabilon. sub Carolo cap. 16. Burch. lib. 4. cap. 93. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 91. panorm. C part. 1. c. 287. decr.*

C A P U T XIV.

Custodes ecclesiæ luminaria cum omni diligentia (ad horas canonicas) concinnanda provideant. Aquisgran. sub Ludovic. cap. 131.

C A P U T XV.

Nec quempiam offendat, quod ante sanctorū imagines lumina, & suave-olentia thymiamata accenduntur, symbolicos enim ista fieri in honorum illorum opinandum est, quorum cum Christo requires, quorum honor ad ipsum recurrit, hoc ipsum testante Basilio, quod erga conservos bonos honor, erga ipsum Dominum commune benevolentia signum exhibit. Sensibilia enim lumina symbola sunt immaterialis illius, & a Deo dati luminis: aromatum autem incensio, sinceram, & totum sancti Spiritus afflatum, & repletionem significat. *German. Ep. CP. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos apud VII. synod. act. 4. in fin.*

C A P U T XVI.

[•] ^{106. ap. pulle,} Joannes tertius ampliavit, & restauravit cœmeteria sanctorum martyrum, & constituit, ut oblationes, & amulae*, vel luminaria in eadem cœmeteria per omnes Dominicæ de Lateranis ministrarentur. *Ez Pontif.*

C A P U T XVII.

Disposuit (*Gregorius tertius*) ut in cœmeteriis circumquaque positis Romæ in diebus natalitiorum (*Sanctorum*) luminaria ad vigilias facientes, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportarentur, &c. *Ez Pontif.*

C A P U T XVIII.

Zacharias xx. libras auri pro emendo oleo annuo, ut de lucro eorum in luminaribus apostolicis proficiat, instituit, & constitutum sub anathematis vinculo obligavit. *Ez Pontif.*

T I T U L U S X.

DE CAMPANIS, ET CYMBALIS.

C A P U T I.

^{c. 25. de pri-} ^{vil. Gr. IX.} ^{c. 4. cod. tito.} ^{in 4. coll.} **C**oneedimus Episcopis, ut cum commune ter- ræ fuerit interdictum, excommunicatis, & interdictis exclusis, possint quandoque januis clausis, suppressa voce, non pullatis campanis celebrare officia divina, &c. *Innoc. III. in concil. gen. Later. c. 58.*

C A P U T II.

Cum sanctæ civitati reliquæ sacræ appropinquarent, omnibus res ea fuit declarata, & significata. Itaque lætitia magna perfusi omnes, surgentes subito, lignaque sacra pullantes invicem obviam facti sunt, &c. *Ez miraculis sancti Anastasii martyris. VII. synod. act. 4. ante med.*

C A P U T III.

Tempore Vitaliani Imperator Constantius, (*& ejus milites*) Syracusis vasa sacrata, vel cymbala sanctarum Dei ecclesiarum auferentes nihil dimiserunt. *Ez Pontif.*

T I T U L U S XI.

DE AQUA BENEDICTA.

C A P U T I.

^{De eonf. ec-} ^{cles. vol. alt.} ^{c. 4. ap. Gr.} ^{IX. de dedic.} **M**anente ecclesia, & altari, fraternitati tuæ insinuatione præsentium innotescat, quod ipsa reconciliari poterit post humani sanguinis effusionem) per aquam cum vino, & cinere benedictam. *Innocentius III. Compostell. Episc. cap. 3.*

C A P U T II.

Aquam sale conspersam populis benedicimus, *De eonf. d. 3. cap. 20.* ut ea cuncti aspersi sanctificantur, ac purificen- tur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum es- se mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus san- guine populum sanctificabat, atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa, divinisque preci- bus sacram populum sanctificat, atque mundat. Et si sale asperso per Helisæum prophetam steri- litas aquæ sanata est, quanto magis divinis preci- bus saceratus, sterilitatem rerum auferit humana- rum, & coquinatos sanctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera bona multiplicat, & insi- dias diaboli avertit, & a phantasmatis verlutiis homines defendit? Nam si tactu fibriæ vesti- menti Salvatoris salvatos infirmos esse non dubita- mus, quanto magis virtute saceroru ejus verboru di- vinitus sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis, & animæ humana percipit fragilitas? His ergo, & aliis instructi documentis vota singu- lorum Domini sacerdotes respicite, & in virtute Spiritus sancti divinis precibus per ministerium vobis divinitus collatum perficere certate. *Ale- xand. epist. 1. post med. Burchard. lib. 2. cap. Man. 14. d.*

53. Ivo part. 2. cap. 68. decret. Tarrac. lib. 4.
cap. 1.

C A P U T III.

*exorcizata. De aqua benedicta * ad consecrationem ecclesie. Vigil. epist. 1. ante med.

C A P U T IV.

Fana idolorum destrui minime debeant, sed ipsa, quæ in eis sunt, idola destruantur. Aqua benedicta fiat, in eisdem fanis aspergatur, altaria construantur, reliquæ ponantur, &c. Greg. ad Melis. Abbat. in Franciis lib. 9. reg. ep. 71.

C A P U T V.

Cum sacerdos audierit aliquem infirmari in sua plebe, quæmcitius ad eum perget, & ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum asperget cum antiphona, Psalm. 50. Asperges me Domine, & versu, Exurgat Deus, Psalm. 67. Nanner. cap. 4.

C A P U T VI.

Alexander constituit aquam aspersionis cum sale benedici in habitaculis hominum. Damas. in Alexand.

T I T U L U S XII.

DE DIPTYCHIS SACRIS.

C A P U T I.

NUmquid omnes (Episcopi ab Acacio electi) Imperatoris nomen ex diptychis abstulerunt. Gelas. epist. 6. ad Episc. Dardanias post med.

C A P U T II.

Anathematizato specialiter per libellum Acacio, de prædecessorum ejus nominibus taceatur, abrasio eorum de diptychorum inscriptione vocabulis, &c. Hormisda in Indiculo legatis ad Justinum Aug. dato.

C A P U T III.

Catholicorum numero adjungi desiderans S. Papæ Leonis in diptychis nomen asseveras scriptum. Hormisda Joann. Episc. CP.

C A P U T IV.

In venerabili diptycho, in quo piæ memoriarum transitum ad cœlos habentium Episcoporum vocabula continentur, quæ tempore sanctorum mysteriorum secundum sanctas regulas releguntur, &c. In epist. Episcoporum Egypti ad Anatolium CP. Archiep. post med. pro concil. Chalcedon, in 3. part.

C A P U T V.

De atrio diptycho, est in concil. CP. sub Medina contra Anthymum, relecto in concil. V. gen. æt. 1. in princ.

C A P U T VI.

Sanctissimi Episcopi dixerunt: „ Reverentissimus sacerdotum custos vasorum istius sanctissimæ ecclesiæ adserat ad considerationem nobis, & recitationem hujus sacra diptycha, in quibus sanctæ memoriarum sacerdotum istius optimæ civitatis scripta continentur vocabula“ Joan. presbyter, & cimiliarcha dixit: „ Secundum iussionem vestre sanctitatis inter sacra vasa, quæ a me servantur, habentes diptycha ista protuli, & ad recitationem porrigo“ &c. Sanctissimi Episcopi dixerunt: „ Ad auditum nostræ mediocritatis, sed etiam illorum, qui ad

testimonium produssi sunt, reverentissimi, & clarissimi, & honestissimi viri recitentur sacra diptyca, quæ declarant sanctæ memoriarum enumerationem sacerdotum istius Mopsuestanae civitatis, ex quo immaculata, & orthodoxa fides prædicatur, usque ad hunc sacerdorem, qui in presenti XIII. Indictione defunctus est, & lecta sunt nomina ex tribus diptychis, &c. “ Sanctissimi Episcopi dixerunt: Porrigantur & nobis ad recitationem, & considerationem, quæ manifesta facta sunt, sacra diptycha, ut unusquisque nostrum verlegat, & inspiciat, & oblata sunt sanctissimis Episcopis (¶ quæsum de Theodoro ablato, ¶ de Cyrillo posito) in diptychis, &c. “ In concil. Mopsuesten, contra Theodor. relato in V. synod. gen. coll. 5. in med.

C A P U T VII.

Ad satisfaciendum scripsimus, ut & venerabile nomen sanctæ recordationis Leonis quondam urbis Romæ Archiepiscopi, in lacris diptychis tempore consecrationis propter concordiam affigetur, & vestrum benedictum nomen similiter in diptychis prædicetur. Joann. CP. Episc. Hormisda Papæ.

C A P U T VIII.

Post factum libellum ab Episcopo CP. nomen Acacii de diptychis est deletum, &c. similiter deleta sunt de diptychis Zenonis, & Anastasii nomina, &c. Ex suggestione Dioscori diaconi ad Hormisdam Papam.

C A P U T IX.

Quos vestra Apostolica Sedes condemnans in sacris diptychis recitare non jussit, eos nec ego inter sacra facio nominari mysteria, &c. Epiphan. CP. Episcop. in relation. ad Hormisdam.

C A P U T X.

Omnis intentione ordinavimus, ut venerabilis ecclesia CP. nec non complures alij vota suscipiant vestra, non solum in ceteris, sed in auferendis etiam nominibus ex sacris diptychis, quæ removenda maxime postulaisti, &c. Justinus Imp. Hormisda Papæ in epist. quæ incipit Quo fui mus semper, post princ.

T I T U L U S XIII.

COMMUNIA DE VASIS, ET ALIIS

ORNAMENTIS.

C A P U T I.

Dicimus quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quam mentis, vel fidei puritati, &c. amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se sanctæ scripturæ fidem non per spiritum, sed per litteram completueros, &c. in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, &c. Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum consuetudo verratur? Discernendi a plebe, vel ceteris sumus doctrina, non veste; conversatione, non habitu, mentis puritate, non cultu, &c. Cœlest. epist. 2. cap. 1.

C A P U T II.

Multa de vasis, & ornamentis templi Iudeorum,

Lue. 12. 6.
De conf. d.
l.c. 1. §. Fe-
cit ergo.